OPVS FVNDATVM «LATINITAS»

CAROLI EGGER

LEXICON NOMINVM LOCORVM

OFFICINA LIBRARIA VATICANA
Libreria Editrice Vaticana
EDIDIT

OPVS FUNDATVM «LATINITAS»
in Civitate Vaticana constitutum

Series librorum editorum edendorum:

1) C. Egger, *Lexicon nominum locorum.*

2) C. Egger, *Latine discere iuvat,* II editio recognita et aucta (apparatur).

3) C. Egger, *Lexicon nominum virorum et mulierum,* III editio recognita et aucta (apparatur).

4) E. Piacentini, *Inscriptiones Vaticanae Latinae recentioris aetatis* (apparatur).

OPVS FVNDATVM «LATINITAS» - I

CAROLI EGGER

LEXICON NOMINVM LOCORVM

OFFICINA LIBRARIA VATICANA
Libreria Editrice Vaticana
EDIDIT

PROOEMIVM

Cum in Commentariis, qui *Latinitas* inscribuntur, pluries de nominibus locorum non sine legentium probatione egissem, visum est ea, quae iam edita essent, et multa alia, litterarum ordine in volumen digesta, vulgare.

Tempora, quibus aevum agitamus, non quidem eius modi favent incepto; non tamen desunt, qui hodieque studio flagrent humanitatis Latinae, neque hoc lumen restingui patiantur. Addit etiam animum Opus Fundatum, cui nomen *Latinitas,* a Paulo VI P.M. nuper conditum ad tutandum et incrementis augendum sermonem Romanum.

In opere conficiendo has directorias sum secutus:

I. Solum nomina geographica, ad aetatem nostram pertinentia, non vero antiqua, cum vita hominum, qui nunc sunt, non amplius coniuncta, in hoc lexicon sunt relata. Antiqua enim illa nomina in aliis lexicis facile possunt reperiri. Verumtamen nomina vetera, etiam senescentis Romanorum imperii, dummodo loca hodierna certe ac definite significent, sunt, ut liquet, servata. Si antiqua desunt, nomina e Latinitate medii aevi et infima, quae dicitur, sunt saepe petita.

II. Nomina geographica vulgaria, si nondum sunt Latine reddita, aut minus Latine facta, prudenter sunt novata. Qua in re hasce secutus sum normas peculiares:

a) Nomen vulgare, cui sententia vera et propria est subiecta, interdum apte in Latinum vel etiam in Graecum, si res postulat, convertitur; cfr.

Tel Aviv (= *collis vernus*) — Vernicollis; Addis Abeba (= *novus flos*) — Neanthopolis.

b) Si hoc fieri nequit, nomen vulgare ad aures Latinas accommodatur — quemadmodum veteres Romani saepe fecerunt — dummodo intellegens habeatur iudicium et sermonis Latini naturae ac dignitatis ratio ducatur.

c) Nomen geographicum vulgare, si nequaquam aut vix Latinitate potest donari, poterit — iterum veterum Romanorum exemplo — illis accenseri verbis, quae in casus non inclinantur; cfr. Tingi (= *Tanger*), Hebron, Bethleem.

d) Interdum apta fit compositio, qua duo (vel tria) verba in unum coalescunt. Quod saepe fieri contingit, cum vocabulum Graecanicum *polis* additur, maxime ut loca e nomine Sancti Caelitis vel hominis illustris appellata, significentur; cfr. Francopolis (= *San Francisco*), vel, ut est apud veteres, Claudiopolis, Philippopolis. Notum est quidem Romanos in verbis componendis ex more duo tantum verba compaginasse, sed in nominibus geographicis etiam tria apud illos occurrunt; cfr. Neoclaudiopolis.

III. In accommodandis ad aures Latinas nominibus vulgaribus, non ad arbitrium rem feci, sed quasdam leges, quarum nonnullae iam pridem invaluerunt, sum secutus (potissimum ea, quae in lexico a Kraft concinnato, *Deutsch-lateinisches Wörterbuch, Geographischer Anhang* appellato, exposita sunt). Haec est autem earum legum seu normarum summa:

Diphtongi ei, ö, ü vulgarium nominum Germanicorum fiunt ex more: i, o (oe), u; diphtongi vocabulorum Gallicorum ai, ei, oi, oui plerumque fiunt: a, e, o, ue.

Desinentes syllabae vocabulorum vulgarium ita in lingua Latina mutantur:

ach, ack	- acum vel achium	am	- amum
ad	- adum	an	- ania vel anum
agne	- ania	anz	- antia vel antium
ailles	- alia	ar	- aria
ain, eine	- ania, anium	atz	- atium
al	- alium	at	- atum
au	- avia	ig, ick, ich	- icus vel icum
aux	- atium	ie	- ia

ay	- aia vel aria	igno	- inium
berg	- berga	im	- imum
born	- borna	in	- inum
burg	- burgum	inge, ingen	- inga
cester	- cestria	itz, itsch	- itium
dorf	- dorfium vel dorpium	kirchen	- kirka vel convertitur
e	- a	land	- landia
eck	- ecca (eca) vel eccum	leben	- leba
eglia	- elia	mold	- moldia
ein	- inum	mond, mont, monte	- montium
em	- emum	mouth	- muthum
ence, en, enz	- entia	münde	- munda
er	- era	o (It., Hisp., Lusit.)	- um
euil	- olium	oglio	- olium
ey	- ia vel eia	ogne	- onium vel onia
feld	- feldia	oping	- opia
fels	- felsa vel convertitur	oux	- usum
ford	- fordia	ow	- ovia
furt	- furtum (raro fordia)	pel, poli	- polis
gart, garte, gorod, grod	- gardia	sand	- sanda
gen	- gia	stadt, städt, statt	- stadium
hausen, husen, hus	- husa vel husium	stein	- stenum
haven	- havia vel convertitur	tal, thal	- dalia vel talia vel convertitur
heim	- hemum vel hemium	ton	- tonia, raro tonium
hofen	- hovia, hovium vel convertitur	wegen	- vegia
holm	- holmia	y	- ium
holz	- holtia vel holtum	zell	- cella
horst	- horstium	zza	- ssa
hum	- humum		
hut	- hutum vel huta		

IV. Nomina incolarum et adiectiva (in hoc lexico priora solent primo loco, altera secundo recenseri), pertinentia ad vocabula geographica peregrina, plerumque in -enses, ium, et -ensis, e, exeunt. Cui rei documento sunt vetera nomina Africae, quorum 190 adiectiva percensui: 134 vidi in -ensis, 53 in -itanus exire, tria alio modo terminari. Sed hoc pro lege non obtinet, siquidem terminatio-anus, a, um, (et -itanus, a, um) interdum apte inducitur.

Quodsi appellatio geographica duobus vel pluribus verbis efficitur (ex gr. Portus Gratiae, Promunturium Viride, Urbs Lacus Salsi), breve nomen incolarum et adiectivum non sunt in procinctu. Tunc oportet utaris genetivo vel ablativo praeposita vocula de vel ex vel sim. (cfr. civis, templum Portus Gratiae).

V. Peculiaris oritur difficultas, cum soni peregrini, a lingua Latina prorsus alieni, sunt reddendi. Coniunctae litterae, quae cum sibilo eduntur, *sh*, ut Angli scribunt (*sci, sce* apud Italos, *ch* apud Gallos, *ch* apud Hispanos, *sch* apud Germanos), veterum Romanorum Graecorumque exemplo una littera *s* solent significari; cfr. Yerushalaim — Ierusalem; Yehoshuah — Iosue; Shêmuel — Samuel.

Sonus vero *ci, ce* Italorum (*tch* Gallorum, *ch* Hispanorum, *ch* vel *tch* Anglorum, *tsch* Germanorum) non sine audacia quadam, ita Latine reddendus mihi esse videtur, ut ponatur *tz*. Quae quidem coniunctae litterae in lingua Latina, quamquam non in sermone praestanti, inveniuntur: cfr. Titzis, urbs Aegyptia, in Itinerario Anton.; Tzoides, urbs Thraciae (A. H. M. Jones, *The cities of the Eastern Roman Provinces, Oxford* 1937, pp. 25-26); Tzurulum, apud Procop. *Bell. Goth.* III, 38; Cutzara, nomen muliebre, C.I.L. VIII, 16039; Cutzupitae, vel Cutzupitani, apud Augustin., Ep. 53, 2, quo nomine Donatistae, qui Romae fuerunt, per ludibrium, ut videtur, appellabantur. Quam ob rem ponitur, ex. gr.: Tzechoslovakia (a Graecis, qui nunc sunt, scribitur Τσεχοσλοβακία). Ad hoc quod attinet, animadvertendum est litteram *z*, I saeculo a. Ch. n. in linguam Latinam inductam, prorsus sonoram fuisse, uti nunc aiunt, id est sono suavem; cui rei argumento est scribendi ratio zmaragdus (smaragdus), Zmyrna (Smyrna), quae in antiquis litterarum monumentis invenitur. Errant Germani aliique, cum hanc litteram *z*, ut in sermone suo, sono aspero quasi ts efferunt. Itaque *tz* propius videtur accedere ad sonum illum peregrinum, qui supra est dictus.

Sonus suavior, qui item cum sibilo editur, id est *ge, gi* Italorum (*dj* Gallorum, *j* Anglorum, *dsch* Germanorum) coniunctis litteris *dz* exprimitur; compositae enim hae litterae, licet raro, in lingua Latina occurrunt; cfr. Dzidzia, nomen mulieris, C.I.L. v. 7409; Dzoni, nomen viri (pro Dioni), ibid. V, 6215.

Liquet huiusmodi litteras coniunctas ad nomina locorum peregrina referri,

non ad ea, quae ab antiquis appellationibus Latinis manarunt (cfr. Lat. Nursia — It. Norcia; Lat. Perusia — It. Perugia).

VI. *W*, quae littera in linguis vulgaribus frequentatur atque etiam in litterarum monumentis Latinis, media aetate conscriptis, semper littera Latina v redditur (quae fuit semiconsonans u: uox).

Quod ad litteram *k* pertinet, solet Latine c poni, sed ante vocalem e et i, propter diversam enuntiandi rationem sermonis Latini apud nationes nostrae aetatis, servatur *k* etiam in nominibus ad lingua Latinam conformatis.

Ceterum, ubi commode fieri potuit, etiam etymologia nominum locorum exhibetur; quam quidem omnes noverunt rem esse perdifficilem.

Fidenti ergo animo hoc opus edo, bona spe fretus id Latinitatis cultoribus aliquid utilitatis esse allaturum.

Carolvs Egger

SCRIBENDI COMPENDIA EXPLICANTVR

Scribendi compendia, quae saepius usurpantur, hic in litteram digeruntur.

AP	=	*Annuario Pontificio*, quo libro, a Sede Apostolica annuatim edito, dioeceses aliaque territoria ecclesiastica, ministeria Curiae Romanae, Legati, Religiosi recensentur.
B	=	Cosimo Bertacchi, *Nuovo Dizionario Geografico,* 2 voll., Torino 1904.
Bacci	=	Card. Antonii Bacci, *Lexicon vocabulorum quae difficilius Latine redduntur*, ed. 4, Romae.
Bad	=	Oreste Badellino, *Dizionario Italiano-Latino,* Torino.
BM	=	F. H. Th. Bischoff u. J. H. Möller, *Vergleichendes Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie,* Göttingen 1829.
C	=	Abbé Chevin, *Dictionnaire Latin-Français de noms propres de lieux,* Paris 1887, denuo impr. 1964.
C.I.E.	=	*Corpus Inscriptionum Etruscarum,* Lipsiae 1893.
C.I.L.	=	*Corpus Inscriptionum Latinarum,* Berolini.
DG	=	*Dizionario Geografico*, 2 voll., Napoli 1756.
DGAM	=	*Dictionnaire de Géographie ancienne et moderne* . . . Paris 1870.
Diehl	=	E. Diehl, *Inscriptiones Latinae christianae veteres*, Berolini 1925-1931.

DNT = L. Della Noce e F. Torre, *Vocabolario Italiano-Latino.*

Du Cange = *Glossarium mediae et infimae Latinitatis.*

Egli = I. Egli, *Nonima geographica*, Leipzig 1893.

FB = Ph. Ferrarius - A. Badraud, *Lexicon geographicum*, Paris 1670.

Förstemann = E. Förstermann, *Altdeutsches Namenbuch*, 2. Bd: *Orts-und sonstige geographische Namen*, Bonn 1916.

G = M. Gerberti, *Iter Alemmanicum; accedit Italicum et Gallicum*, St. Blasien 1773.

Ge = K. E. Georges, *Deutsch-Lateinisches Wörterbuch*, Leipzig.

IM = I. Mabillon, *Iter Germanicum*, Hamburgi 1717.

Itin. Anton. = K. Miller, *Itineraria Romana*, Stuttgart 1916.

L = L. Luciano, *Vocabolario Italiano-Latino*, nuova ed. a cura di A. Traina, Bologna.

M = A. Miraeus, *Geographia ecclesiastica*, Lugduni 1620.

MG = Menge-Güthling, *Enzyklopädisches Wörterbuch der lateinischen und deutschen Sprache*, 2 voll., Berlin.

MGH = *Monumenta Germaniae Historica.*

OL = Graesse-Benedict-Plechl, *Orbis Latinus*, 3 voll. Braunschweig.

OP = *Onomasticon totius Latinitatis* opera et studio Iosephi Perin, Patavii 1913.

Rav. = *Ravennatis anonymi Cosmographia*; ed I. Schnetz, Lipsiae 1940.

Serra = *Synonymorum Apparatus* authore Francisco Serra, Venetiis 1672.

Sleumer = A. Sleumer, *Kirchenlateinisches Wörterbuch*, Limburg 1926.

Tab. Peut. = Tabula Peutingeriana: *Orbis Antiquus ex tabula itineraria quae Theodosii imp. et Peutingeri audit*, 2 voll. Budae 1824/25.

TLL = *Thesaurus linguae Latinae*, Lipsiae.

A

Aa
Aa, ae, f.
Hoc nomine plures fluvii appellantur (in Belgio, Gallia, Germania, Helvetia).

Aachen
v. Aquisgrana.

Aalst
Halosta, ae, f.; cfr. OL.
Est urbs Nederlandica.
Halostenses, ium; Halostensis, e.

Aar
Arura, ae, f. Scribitur etiam Arula, Arola, Arurius.
Est flumen Helvetiae, quod in ~~Rhodanum~~ influit; cfr. C.I.L. 6, 35991.

Aarau
Arovia, ae, f. vel Araugia, ae, f., ut est in OL; plenius scribendum est Arurovia, ae, f. Est urbs Helvetiae.
Arovienses, ium; Aroviensis, e.

Aarburg
Arolaeburgum, i, n. vel Arburgum, i, n. (OL); cfr. *Aar*. Est oppidum Helvetiae.
Arolaeburgenses, ium, vel Arburgenses, ium; Arolaeburgensis, e, vel Arburgensis, e.

Aarhus
Arhusa, ae, f.
Est urbs populo frequens Daniae (cfr. DGMA).
Arhusani, orum; Arhusanus, a, um.

Aarlen
v. Arlon.

Abadan
Abadanum, i, n.
Est urbs Iraniae, unde multum petrolei exportatur.
Abadanenses, ium; Abadanensis, e.

Abakaliki
Abakalikium, ii, n.
Est oppidum Nigeriae.
Abakalikienses, ium;
Abakalikiensis, e.

Abancay
Abancaium, ii, n.
Est urbs Peruviae.
Abancaienses, ium; Abancaiensis, e.

Abano
Apōnus, i, m. vel Apōni Fons, m. (Fontes).
Saluberrimus fons, in agro Patavino situs, iam ab antiquis celebratur; cfr. Cassiod. *Var.* 2,39; Sil. It. 12.218; Lucan.

7,192; Claudian. *Edyll.* 6; Auson, *De clar. urb.* 14,33; Ennod. *Ep.* 5,8; Plin. *H.N.* 2,103, 106 (227) et 31,6, 32 (61).

Abashiri
Abasirium, ii, n. Est urbs Iaponica.
Abasirienses, ium; Abasariensis, e.

Abbazia Opatija
Abbatia, ae, f. Est oppidum Iugoslaviae.
Abbatienses, ium; Abbatiensis, e.

Abbeville
Abbatis Villa, f.
Est oppidum Galliae; cfr. C.

Abbiategrasso
Albiatum, i, n.;
Est oppidum Langobardiae.
Albiatenses, ium; Albiatensis, e.

Abengourou
Abengurum, i, n.
Est oppidum Litoris Eburnei.
Abengurenses, ium; Abengurensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Abenguruënsis).

Abensberg
Abensberga, ae, f. (apud OL nonnulla alia nomina recensentur: Aventinum, Abucina, Abusina, Arusena, Aventinium, Castrum Rauracense).
Est oppidum Bavaricum.
Abensbergenses, ium; Abensbergensis, e.

Abeokuta
Abeocuta, ae, f. Est urbs Nigeriana.
Abeocutenses, ium; Abecutensis, e.

Aberdeen
Aberdonia, ae, f.
Est urbs Scotiae.
Aberdonienses, ium; Aberdoniensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Aberdonensis).

Abessinien
v. Etiopia.

Abidjan
Abidianum, i, n.
Est urbs Africae ac quidem Civitatis, quae Litus Eburneum appellatur.
Abidianenses, ium; Abidianensis, e (cfr. AP).

Abissinia Abyssinie Abisinia Abyssinia Abyssinien
v. Etiopia.

Abomey
Abomeia, ae, f.
Haec urbs finibus Civitatis Dahomeianae seu Beninensis continetur estque episcopi sedes.
Abomeienses, ium; Abomeiensis, e.

Abruzzo Abruzzes Abruzo Abruzzi Abruzzen
Aprutium, ii, n.
Regio Italica, quam *Abruzzo* (*Abruzzi*) vulgo appellant, vetere nomine caret Latino, neque expedire videtur, ad eam significandam, populos recensere, qui eam olim incolebant, Marsos dico, Frentanos, Paelignos, Marrucinos, Vestinos, Praetutios, Samnites (hi partem tantum eiusdem regionis tenebant). Secundum lexicorum scriptores veteres recentesque (veluti F B), vocatur Aprutium, quod nomen novum esse perhibetur. Cui rei non est plane assentiendum, siquidem aetate, qua sermo Latinus in hominum usu et consuetudine adhuc vigebat, hoc vocabulum usurpabatur. Non semel enim in epistulis S. Gregorii Magni id scriptum invenimus: «Gregorius Opportuno de Aprutio» (*Ep.* 11,68; PL. 77,1118); «Aprutium pastorali sollicitudine destitutum» (*Ep.* 12,12; PL 77,1226); «Anio comes castri Aprutiensis» (*Ep.* 12,11; PL 77,1225). Quod nomen, ut fere certum est, inditum erat pago, qui oppido Interamnae (vulgo *Teramo* dicitur) in finibus Praetutiorum circumiacet, deinde oppido ipsi. Non immerito ergo Latinitatis cultores appellationem Aprutii latius voluerunt patere, ut regionem illam uno comprehenderent verbo.
Aprutienses, ium; Aprutiensis, e. (cfr. supra *Ep.* 12,11, S. Gregorii M.); ab aliis ponitur etiam Aprutinus, a, um.

Acajutla
Acaiutla, ae, f.
Est portus praecipuus Rei publicae Salvatorianae.
Acaiutlenses, ium; Acaiutlensis, e.

Acapulco
Acapulcum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Acapulcani, orum; Acapulcanus, a, um.

Accra
Accra, ae, f.
Est urbs caput Rei publicae Ganensis.
Accrenses, ium; Accrensis, e.

Acerenza
Acheruntia, ae, f.; scribitur etiam Acherontia.
De hoc oppido Apuliae, missis aliis, Horatius commemorat: «Acheruntiae celsae nidus» (*Carm.* 3, 4, 14).
Acheruntini, orum; Acheruntinus, a, um.

Acerna
Acerronia, ae, f.
De hoc oppido Lucaniae commemoratur in Tab. Peut. et apud Rav.
Acerronienses, ium; Acerroniensis, e.

Achonry
Achada, ae, f.; cfr. AP.
Est urbs Hiberniae.
Achadenses, ium; Achadensis, e.

Acireale
Iaca Regalis, f. (cfr. AP).
Iacenses, ium; Iacensis e (ex usu Curiae Romanae: Iaciensis).

Aconcagua
Aconcagŭa Mons, m.
Est altissimum culmen Andarum (6970 m. supra maris libram).

Acquapendente
Aquae Tauri, f.
De hoc oppido Italiae memoratur apud Rutil. Namat. 249, et in Tab. Peut.
In AP est Aquipendium.
Aquenses Taurini (Plin. *H.N.* 3, 5, 8 [52]); Aquensis, e, Taurinus, a, um. (ex usu Curiae Romanae: Aquipendiensis).

Acqui
Aquae Statiellorum vel Aquae Statiellae, f.
De hac urbe Pedemontana Plin. *H.N.* 3,49 et 31,4, commemorat.
Statellates, ium (cfr. Liv., 8,21) vel Statiellenses, ium (Cic. *Fam.* 11,11); Statellas, atis (cfr. Liv. 42,7: «Statellas ager» (sed ex usu Curiae Romanae: Aquensis).

Acri
v. San Giovanni d'Acri.

Adda
Addua, ae, f.
Hic fluvius Italiae Sept. Pado miscetur; cfr. Plin. *H.N.* 2,103, 106 (224); 3, 15, 20 (119); Tac. *Hist.* 2,40; al.

Addis Abeba
Neanthopŏlis, is, f.
Est interpretatio, a Graeco sermone petita, nominis vulgaris, quod idem valet ac: *novus flos*; cfr. tabulam geogr. in Aedibus Vaticanis depictam, et A. Bacci.
Neanthopolitani, orum; Neanthopolitanus, a, um.

Adelaide
Adelaidopŏlis, is, f.
Est caput Australiae Meridianae. Hoc nomen prope eodem modo confictum est quo Irenopolis, quae est urbs Asiae in Cilicia (cfr. Ptol. 5, 8, 6; *Notit. Imp. orient.* 11,24; «Irenopolitana»).

Adeloidopolitani, orum; Adelaidopolitanus, a, um. (ex usu Curiae Romanae: Adelaidensis).

Aden
Adenum, i, n.
Nomen paeninsulae et urbis, quod vulgo *Aden* audit, hoc modo est ad linguae Latinae rationem dudum conformatum (cfr. FB). Neque est, ut nomen Athanae inducatur, ut quidam defendunt.
Adeniani, orum; Adenianus, a, um.

Aden (sinus)
Sinus Adenianus, m.

Adige Etsch
Athĕsis, is, m. Accus. exit in -im, abl. in -i.
Scribitur etiam Atesis, h littera omissa, est tamen apud Ptolomaeum «Ἄθεσις».
De hoc fluvio Alpium plures veteres commemorant; cfr. Plin. *H. N.* 3, 16, 20; Verg. *Aen*, 9,680; Sidon. *Ep.* 1,5; Claudian. *Carm. min.* 65,106; Cassiod, *Var.* 3,48; al.
Athesinus, a, um.

Adigrat
Adigrat, n. Non inclinatur in casus.
Est oppidum Aethiopiae.
Adigratenses, ium; Adigratensis, e.

Admont
Ad Montes; sic oppidum et monasterium O.S.B. in Austria sita appellantur (OL).
Admontenses, ium; Admontensis, e.

Adour
Aturus, i, vel Aturrus, i, m.
Est fluvius Galliae; cfr. Auson. *Mos.* 163, 11, 334, 468; Lucan. 1,42; Tibull. 1, 7, 4.

Adrianopoli Edirne
Hadrianopŏlis, is, f.; scribitur etiam sine *h* littera. Haec urbs, quae nunc Turciae finibus continetur, ab Hadriano imp. condita est ex eiusque nomine appellata.
Hadrianopolitani, orum; Hadrianopolitanus, a, um.

Adriatico (mare) **Adriatique** (mer) **Adriático** (mar) **Adriatic** (Sea) **Adriatisches Meer**
Mare Hadriaticum, n.; scribitur etiam Adriaticum. Appellabatur interdum Superum Mare; cfr. Plin. *H. N.* 3, 26, 29 (150).

Aegean Sea
v. Egeo (Mare).

Afganistan Afghanistan Afganistán Afghanistan
Afganistania, ae, f.; cfr. A. Bacci.
Hoc nomine significatur regio (*stan*) Afganorum, qui a generis auctore *Afgane*, uti ferunt, appellationem traxerunt. Quae regio, aspera et montuosa, iis fortasse finibus continetur, quibus olim Adriana et Drangiana, de quibus veteres commemorant (cfr. Mela 1,2; Plin. *H. N.* 6, 23, 25 [94]; Iustin. 41,6; Curt. 6,6,36; Ammian. 33,6). Tamen saepe haeremus, quo regiones, ab humani cultus sedibus tam remotae, antiquis temporibus se revera porrexerint.
Afgani, orum; Afganus, a, um (Regnum Afganum).

Africa Afrique Africa Afrika
Afrĭca, ae, f.
Africani, orum; Africanus, a, um.
His verbis malumus uti, cum latius pateant; Afer, ri, est incola Africae propriae, ubi sita erat Carthago, et regionis inter utramque Syrtim positae.
Adiectivum Africus, a, um, saepe vento, «crebro procellis», adicitur.

Africa del sud-Ovest Sud-Ouest Africain Africa del Suroeste South-West Africa Südwest-Afrika
v. Namibia.

Agäisches Meer
v. Egeo (Mare).

Agaña
Agania, ae, f.
Hoc oppidum in Oceania positum est.
Aganienses, ium; Aganiensis, e.

Agaune (St - Maurice)
Agaunus ac, fortasse rectius, Acaunus, i.
Est locus in Helvetia, quo Rhodanus ad lacum Lemanum flectitur. Celebratur ob memoriam martyrii S. Mauricii et Sociorum. Cfr. S. Eucher., *Passio Acaunen. Mart.*: «Acaunus sexaginta ferme milibus a Genavensi urbe abest — exiguus inter montium rupes campus aperitur, in quo legio sancta consederat». Est ibi abbatia Can. Reg. S. Aug.
Agaunenses, ium (Acaunenses, ium); Agaunensis, e (Acaunensis).

Agde
Agătha, ae, f.
De hoc oppido Galliae, ad Ararim fluvium (*l'Hérault*) sito, Mela 2,5; Plin. *H. N.* 3,4,5 (33), alii commemorant.
Agathenses, ium; Agathensis, e.

Agen
Agennum, i, n.; scribitur etiam Aginnum.
Hoc oppidum Galliae, ad Garumnam flumen situm, memoratur ab Ausonio *Ep.* 29; Hieron. *Vir. ill.*, 108; Greg. Tur. *Franc.* 6,13; in Itin. Anton., in Tab. Peut., apud Rav.
Agennenses, ium (Greg. Tur, op. mem., 9); Agennensis, e (id., op. mem., 104).

Ägina
v. Egina.

Agra
Agra, ae, f.
Est urbs Indica.
Agrenses, ium; Agrensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Agraënsis).

Agram
v. Zagabria.

Agrigento Agrigent
Agrigentum, i, n.
Est urbs Siciliae, ad ostia Acragantis fluvii, inter promunturium Pachynum et Lilybaeum, sita. Eam ob salinarum metalla laudat Solinus, 5; aedificiorum magnificentia et commercio floruisse Cicero, *Verr.* 4,62, tradit.
A Graecis et Latinis, praesertim poetis, dicitur et Acragas, antis (Ἀκράγας).
Agrigentini, orum; Agrigentinus, a, um (Cfr. Cic. *Verr.* 4,22,48; Liv. 36,31; al.).

Aguascalientes
Aquae Calidae Mexici, plur. f.
Haec est Latina interpretatio nominis vulgaris.
Additur Mexici (ubi haec urbs est sita), ut distinguatur ab Aquis Calidis, quae sunt in Gallia (*Vichy*: Tab. Peut.); (ex usu Curiae Romanae: de Aguas Calientes).

Aguilar de la Frontera
Ipagrum, i, n.
Hoc oppidum Hispanum memoratur in Itin. Ant. et apud Rav.
Ipagrenses, ium (C.I.L. 2,1521); Ipagrensis, e.

Ägypten
v. Egitto.

Ahmedabad
Ahmedabada, ae, f.
Est urbs Indica.
Ahmedabadenses, ium; Ahmedabandensis, e.

Ahmednagar
Ahmednagaria, ae, f.
Est urbs Indica.
Ahmednagarienses, ium; Ahmednagariensis, e.

Aia (L') Hague La Haya Haag
Haga, ae, f. vel plenius, e more Nederlandico, Haga comitis, f. (*'s-Gravenhage*).
Est urbs Nederlandiae, ubi est aula regia et sedes moderatorum regni.
Hagenses, ium; Hagensis.

Aiaún
Aiauna, ae, f.
Est oppidum princeps regionis, quae olim Sahara Hispanica vocabatur.
Aiaunenses, ium; Aiaunensis, e.

Aibling
Aiblinga, ae, f.
Est oppidum Bavaricum.
Aiblingenses, ium; Aibligensis, e.

Aigle
Allium, ii, n.
Est urbs Helvetiae.
Allienses, ium; Alliensis, e.

Aigues-Mortes
Aquae Mortuae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.

Aire
Atura, ae, f.
De hoc oppido Galliae Greg. Turon., *Glor. conf.* 51, commemorat.
Aturenses, ium; Aturensis, e (cfr. *Not. Gall.* 14,9).

Aisne
Axŏna, ae, f.
Hic fluvius Galliae memoratur a Caes. *B. G.* 2,5, et ab. Auson. *Mos.* 461.

Aix-en-Provence
Aquae Sextiae, f.
Haec urbs Gallica e nomine C. Sextii proconsulis est appellata; cfr. Liv. *Epit.* 61; Vellei. 1,15; Flor. 3,3,7; al.
A Plinio Aquae Sextiae Salluviorum dicuntur (*H. N.* 3, 4, 5 [36]).
Aquenses, ium; Aquensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Aquensis in Gallia).

Ajaccio
Adiacium, ii, n.
Nomen huius urbis, quae est Corsicae insulae caput, memoratur a Gregorio Magno, *Ep.* 9,74.
Adiacenses, ium; Adiacensis, e.

Ajmer Adschmir
Adzemiria, ae, f.
Est urbs Indica.
Adzemiriani, orum; Adzmirianus, a, um.

Ajuthia
Aiuthia, ae, f.
Ita urbs Thailandiae, olim huius regionis caput, appellatur.
Aiuthienses, ium; Aiuthiensis, e.

Akita
Akita, ae, f.
Est urbs Iaponica.
Akitenses, ium; Akitensis, e.

Akka Akkon
v. San Giovanni d'Acri.

Aksum
v. Axum.

Ala
Alla, ae, f. (cfr. NT).
Est oppidum in regione Tridentina positum.
Allenses, ium; Allensis, e.

Alabama
Alabama, ae, f.
Sic appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Autochthonum sermone *alibamo* (Lusitani scripserunt *alibamu*) idem valere videtur atque: *hic manemus*, secundum alios idem ac *concertatio* (Egli, 20). Hoc nomen primo inditum erat munitissimo oppido *Pellium Rubrarum*, ad quod Ferdinandus Soto, vir Hispanus, anno 1541 pervenit. Ab hoc loco deinde appellatus est amnis, qui duos fluvios, in Alleganis montibus (*Alleghany Montains*) ortos, excipit et in Sinum Mexicanum effunditur. *Alibamos* vel *Alibamous* praeterea vocati sunt autochthones ibi degentes ab Hispanis et Gallis, qui ad Sinum Mobiliensem (*Mobile*) sedes constituerunt (Egli, loc. mem.). Nomen denique translatum est ad hanc Civitatem Foederatam significandam.
Alabamenses, ium; Alabamensis, e.

Alajuela
Alaiuela, ae, f.
Est oppidum Orodivitense.
Alaiuelenses, ium; Alaiuelensis, e.

Alamogordo
Alamagordum, i, n.
Est urbs Foederatarum Americae Sept. Civitatum.
Alamagordenses, ium; Alamorgordensis, e.

Alasca Alaska
Alasca, ae, f.
Haec regio, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., maximam partem efficitur paenisula, quam Oceanus Pacificus et Oceanus Glacialis Septentrionalis alluunt.
A Sibiria Freto Beringano (*Bering*) disterminatur. Amplissimam hanc regionem, inhospitalem propter caeli asperitatem sed metallis feracem, quam Esquimenses et albi coloris homines non ita multi incolunt, Americani anno 1867 a Russis emerunt.
Alascani, orum; Alascanus, a, um.

Alassio
Alaxium, ii, n. (cfr. OL).
Est urbs Italiae.
Alaxienses, ium; Alaxiensis, e.

Alatri
Aletrium, ii, n.; scribitur etiam Alatrium. De hac urbe, olim in Hernicis posita, commemorat Cicero, *Cluent.* 16,46; cfr. Gromat. p. 230.
Aletrini, orum (Plin. *H. N.* 5, 11.16 [105]), vel Aletrinates, ium (id. op. mem. 3,5,9, [63]; Cic. *Cluent.* 20,56); Aletrinus, a, um, vel Aletrinas, -atis (Cfr. Liv. 9,42: «Aletrinas municipium»; 49: populus —).
Ex usu Curiae Romanae: Alatrinus.

Alba
Alba Pompeia, f.
Haec urbs Italica nomen traxisse videtur a C. Pompeio Strabone, per quem civitatem Romanam est consecuta. Memoratur a Plin. *H. N.* 3,5,7 (49) et in titulis.
Albani Pompeii, orum;
Albanus, a, um, Pompeius, a, um.
Ex usu Curiae Romanae: Albae Pompeiensis.

Albacete
Albasitum, i, n.
Est urbs Hispanica.
Albasitenses, ium; Albasitensis, e.

Alba de Tormes
Alba, ae, f.
Est urbs Hispaniae. Nomen Alba, ae, quo oppidum Hispaniae Baeticae significabatur, apud Plin. *H. N.* 3,1,3 (10) et in Itin. Anton. et in C.I.L. 2, p. 294, occurrit.
Albenses, ium; Albensis, e.

Alba Julia
Alba Iulia, f.
Est urbs Dacoromana.
Alboiulienses, ium; Alboiuliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Alba Iuliensis).

Albania Albanie Albania Albanien
Albania, ae, f.
Albanienses, ium; Albaniensis, e.

Albano
Albanum, i, n.; cfr. Mart. 11,7,3: «Caesar in Albanum iussit me mane venire».
Albani, orum; Albanus, a, um.

Albano (lacus)
Albanus Lacus, m.

Albany
Albanum, i, n.
Haec est urbs princeps Novoëboracensis Civitatis, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Albanenses, ium; Albanensis, e.

Alba Reale Székesfehérvár Stuhlweissenburg
Alba Regalis, f.
Est urbs Hungarica.

Albenga
Albingaunum, i, n.; scribitur etiam Albincaunum, Albigaunum, Albiganum, sed minus recte.
Apud Varr. *R.R.* 3, 9, 17 et Plin. *H. N.* 3,5,7 (48) nomen est divisum: Album Ingaunum; Graece Ἀλβίγγαυνον (Strabo).
Albingaunenses, ium; Albingaunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Albiganensis).

Alberta
Alberta, ae, f.
Sic provincia Canadensis appellatur.
Albertini, orum; Albertinus, a, um.

Albertville
Albertopŏlis, is, f.
Est oppidum Galliae.
Albertopolitani, orum; Albertopolitanus, a, um.

Albi
Albia, ae, f.
Est urbs Galliae.
Albienses, ium; Albiensis, e.

Albione Albion
Albion, onis, m.
Est nomen vetus Britanniae; cfr. Plin. *H. N.* 4, 16, 30 (102): «Albion ipsi nomen fuit, cum Britanniae vocarentur omnes». Nomen deducunt ab albis rupibus (sed Celt. *alb* = altus; Isid. *Orig.* 14,8,18: «Al celsum gallice sonat»).

Albissola
Alba Docilia, f.
Hoc oppidum situm est in ora maris Ligustici, haud procul ab urbe Genua; cfr. Tab. Peut. (ita saltem videtur).

Alborg
Alburgum, i, n.
Est urbs Danica.
Alburgenses, ium; Alburgensis, e.

Albula
Albŭla, ae, f.
Est iugum montanum Helvetiae.

Albuquerque
Alboquercus, us, f.
Est urbs Hispanica.
Alboquercenses, ium; Alboquercensis, e.

Alcalá de Henares
Complutum, i, n.
Hoc oppidum Hispanicum memoratur a Prudentio *Peristeph.* 4, 43, et in Itinerariis.
Complutenses, ium (Plin. *N. H.* 3, 3, 4 [24]); Complutensis, e (Paul Nol. *carm.* 35, 607).

Alcalá del Rio
Ilĭpa, ae, f.; cfr. Plin. *H. N.* 3, 1, 3 (11); Liv. 35, 1; Rav., C.I.L. 2, p. 141.
Ilipenses, ium; Ilipensis, e (cfr. C.I.L. 2, 1192: «Municipium Flavium Ilipense»).

Alcantara
Alcantăra, ae, f.
Est nomen Arabicum oppidi Hispani, ad Tagum fluvium siti, ac quidem eo loco, quo Traianus pontem fecit; qui locus Norba Caesarea appellabatur.
Alcantarenses, ium; Alcantarensis, e.

Alcaraz
Alcarantium, ii, n.; cfr. FB.
Est urbs Hispanica.
Alcaratienses, ium; Alcaratiensis, e.

Aldborough
Isurium, ii, n.
Est oppidum Britanniae ad Abum fluvium (*Ūse*) situm; cfr. Itin. Anton.

Aldington
Aldintonia, ae, f.
Est oppidum Britannicum.
Aldintonienses, ium; Aldintoniensis, e.

Alejandría
v. Alessandria.

Alemania
v. Germania.

Alençon
Alensonium, ii, m.
Est urbs Gallica.
Alensonienses, ium; Alensoniensis, e.

Aleppo
Beroea, ae, f.
Commemoratur a veteribus scriptoribus.
Beroei, orum, vel Beroeenses, ium; Beroeensis, e.

Ales
Alesium, ii, n. (cfr. AP).
Est oppidum Sardiniae.
Alesienses, ium; Alesiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Uxellensis).

Alessandria (Aegypti) **Alexandrie Alejandría Alexandria Alexandrien**
Alexandrīa, ae, f. (cfr. Graec. Ἀλεξάνδρεια); interdum scribitur etiam Alexandrēa, ac dicitur plenius Alexandria Aegypti. Quae urbs celeberrima condita fuit ab Alexandro Magno a. 332 a. Ch. n.
Alexandrini, orum; Alexandrinus, a, um.

Alessandria (Italiae)
Alexandria Statiellorum, f.
Alexandrini, orum, Statiellorum; Alexandrinus, a, um, Statiellorum.

Aleutine (Insulae)
Insulae Aleutinae, f.
Hae insulae, Foederatis Civitatibus Americae Sept. subiectae, Sibiriae, qua ad septentriones et orientem spectat, praeiacent.

Alexandrette
Alexandria ad Issum, f.
Est urbs Turcica; cfr. Tab. Peut., ubi ponitur Catisson (= A. κατὰ Ἰσσόν).
Apud Plin. *H. N.* 5, 27, 22 (91) ponitur solum: Alexandria.
Alexandrini, orum, ad Issum; Alexandrinus, a, um, ad Issum.

Alexandria Alexandrien
v. Alessandria.

Alexishafen
Portus Alexii, m.

Alfambra
Alfambra, ae, f.
Est urbs Hispanica.
Alfambrenses, ium; Alfambrensis, e.

Alfeld
Alfeldia, ae, f. (OL: Alfelda).
Est oppidum Germaniae.
Alfeldienses, ium; Alfeldiensis, e.

Alfidena
Aufidena, ae, f.
Est oppidum Italicum; cfr. Liv. 10, 12; Itin. Ant.; C.I.L. 9, 2805.
Aufidenates, ium (Plin. *H. N.* 3, 12, 17; C.I.L. 9, 2801 et 2803); Aufidenas, tis.

Alford
Alfordia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Alfordienses, ium; Alfordiensis, e.

(*) Algeria Algérie Algeria Algerien; Algeria, ae, f. Algerienses, ium; Algeriensis, e.

Allgäu
Algovia, ae, f. (cfr. OL).
Ab aliis scribitur Algoa, est tamen animadvertendum vocem Germanicam *gau*, qua pagus, provincia significatur, Latine plerumque reddi verbo *govia*; cfr. Breisgau — Brisgovia.
Algovienses, ium; Algoviensis, e.

Algeri Alger Argel Algiers Algier
Icosium, ii, n. Est vetus nomen urbis, quam Arabes saeculo X ab insulis portui praeiacentibus appellaverunt *al-Gesair*, cuius vocis vis est: insulae. Graecorum vero fabulae a viginti (εἴκοσι) Herculis comitibus eam conditam tradunt; cfr. Solin. 25: «Hercule enim illa transeunte viginti qui a comitatu eius desciverant locum eligunt, iaciunt moenia: ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum», i.e. ad εἴκοσι. Eiusdem urbis Icosii mentio fit apud Mel. 1,31; Plin. *H. N.* 5, 2, 1; Ammian. 29, 5; Rav. (*Egosion*); in Itin. Ant., et Tab. Peut.
Icositani, orum; Icositanus, a, um (cfr. C.I.L. 8, 9424, 9259; Conc. Carth. a. 411: «Crescens episcopus Icositanus»; Harduin., *Act. Conc.* I, 1102; Conc. Carth. a. 419: «Laurentio Icositano», I. Mansi, *Ampl. Coll.* 4, 437, 511); ex usu Curiae Romanae: Algeriensis.

(*)

Alghero
Algarium, ii ,n.
Est nobilis urbs Sardiniae.
Algarienses, ium; Algariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Algarensis.)

Alicante
Lucentum, i, n.
Haec urbs Hispanica a Plin. *H. N.* 3, 3, 4 (20), et Ptol. 2, 6, 14, memoratur. A Mela 2, 93, ponitur Lucentia.
Lucenses, ium, vel Lucentini, orum; Lucensis, e, vel Lucentinus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae; cfr. C.I.L. 2, 4379; 8, 8580: «Lucentina»).

Alife
Allifae, arum, f. (Graece 'Αλλιφαί vel "Αλλιφα, unde interdum Aliphae et Latine scribitur, sed minus recte). Est oppidum Samnii; cfr. Liv. 8, 25; 9, 38; Itin. Ant.
Allifani, orum; Allifanus, a, um (cfr. Cic. *Leg. Agr.* 2, 25, 66, et Liv. 22, 13 e 17 et 2,9; ex usu Curiae Romanae: Aliphanus).

Aliwal
Alivala, ae, f.
Sic oppidum in Re publica Africae Australis situm appellatur.
Alivalenses, ium; Alivalensis, e.

Alken
Alcăna, ae, f.
Est oppidum Germaniae (cfr. OL).
Alcanenses, ium; Alcanensis, e.

Alkmaar
Alcmaria, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Nederlandicum.
Alcmarienses, ium; Alcmariensis, e.

Al Kuwait
Cuvaitopŏlis, is, f.
Est caput Phylarchiae Cuvaitensis.
Cuvaitopolitani, orum; Cuvaitopolitanus, a, um.

Allahabad
Allahabada, ae, f.
Nomine huius urbis Indicae «sedes dei» significatur.
Allahabadenses, ium; Allahabadensis, e.

Alleghany Mountains
Allegani Montes, m.
Hi montes in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sunt.

Allemagne
v. Germania.

Allentown
Alanopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Alanopolitani, orum; Alanopolitanus, a, um.

Alleppey
Alleppeium, i, n.
Haec urbs in India est posita.
Alleppeienses, ium; Alleppeiensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Alleppeyensis).

Allersberg
Allersberga, ae, f.
Hoc oppidum in Germania est situm.
Allersbergenses, ium; Allersbergenseis, e.

Almelo
Almelŏa, ae, f. (OL).
Est urbs Nederlandica.
Almeloënses, ium; Almeloënsis, e.

Almeria
Almeria, ae, f. Videtur nomen vulgare Latinitate esse donandum; re quidem vera prope hanc urbem Hispaniae fuit olim oppidum, cui nomen Murgi vel Murgis, de quo a Plinio *H. N.* 3, 2, 4 (17), et in Itin. Ant. commemoratur.
Almerienses, ium; Almeriensis, e.

Alsazia Alsace Alsacia Alsatia Elsass
Alsatia, ae, f.
Alsatiani, orum; Alsatianus, a, um.

Alsfeld
Alsfeldia, ae, f. (OL: Alsfelda).
Est urbs Germanica.
Alsfeldienses, ium; Alsfeldiensis, e.

Al Sh'ab
Saba, ae, f. Est urbs princeps Rei publicae Democraticae Popularis Iemenitanae. Est quidem animadvertendum nomen Sabae antiquis temporibus regioni, inter sinum Arabicum et Persicum positae, inditum esse. De qua in sacris Litteris non semel fit mentio.
Sabaei, orum; Sabaeus, a, um.

Altai
Altaius Mons, m.

Altamira
Altamira, ae, f.
Est urbs in Brasiliae finibus posita.
Altamirenses, ium; Altamirensis, e.

Altamura
Altamura, ae, f.
Est urbs Italica.
Altamurani, orum; Altamuranus, a, um.

Altdorf
Aldorfium, ii, n. (cfr. OL).
Est oppidum Bavaricum.
Aldorfienses, ium; Aldorfiensis, e.

Altena
Altēna, ae, f.
Est urbs Germanica.
Altenani, orum; Altenanus, a, um.

Altenau
Altenavia, ae, f.
Altenavienses, ium; Altenaviensis, e.

Altenberg
Altenberga, ae, f. (cfr. OL.)
Hoc nomine oppidum Saxonicum et vetus coenobium Cisterciense, prope Coloniam situm, appellantur.
Altenbergenses, ium; Altenbergensis, e.

Altenburg (in Austria)
Flexum, i, n.
Cfr. Itin, Ant. p. 267; *Notit. Dign. occ.* 33; C.I.L. 3, p. 549, 2191, 2280, 2328, 193.

Altenburg (in Germania)
Aldenburgum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Germaniae.
Aldenburgenses, ium; Aldenburgensis, e.

Altenhofen
Curia Vetus, f. vel Altenhovia, ae, f.; cfr. BM.
Est oppidulum Germaniae.

Altheim
Althemum, i; n. (OL: Althemium).
Est urbs Germanica.
Althemenses, ium; Althemensis, e.

Alto Adige Tiroler Etschland Südtirol
Athesia Superior, f., vel Tirolis Athesina, f., vel Tirolis Meridiana, f.

Altona
Altōna, ae, f.
Haec urbs Hamburgo conterminat.
Altonenses, ium; Altonensis, e.

Altoona
Altuna, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Altunenses, ium; Altunensis, e.

Altötting
Ottinga, ae, f. vel plenius Ottinga Vetus, f. (cfr. OL).
Est oppidum Bavariae, mariali sanctuario insigne.
Ottingenses, ium; Ottingensis, e.

Alto Volta Haute Volta Upper Volta Obervolta
Volta Superior, vel ut etiam vulgo usu venit (dempta voce *Superior*) Volta, ae, f.
Haec Civitas, anno 1960 sui iuris facta, e nomine fluvii Voltae, ut liquet, appellationem traxit.
Voltenses, ium; Voltensis, e.

Altrip
Altaripa, ae, f.
Hoc oppidum Germaniae memoratur in *Cod. Theodos.* et apud Rav., cfr. C.I.L. 3, 2, p. 175.

Alvernia Auvergne
Arvernum, i, n.
Sic appellatur regio Arvernorum; cfr. Sidon. *Ep.* 1, 11; Greg. Tur *Franc.* 2, 36 (etiam oppidum Arvernorum ita vocatur). Arverni, orum (cfr. Caes. *B. G.* 1, 31, 45 et alibi; Plin. *H. N.* 4, 29, 33 (109); Liv. 5, 24; al.)
Avernus, a, um, vel Avernĭcus, a, um, vel Avernensis, e (cfr. Conc. Aurel, a. 549; Greg Tur. *Glor. Conf.* 5).

Alzey
Alzeia, ae, f. (FB).
Est urbs Germanica.
Alzeienses, ium; Alzeiensis, e.

Amalfi
Amalfia, ae, f. Cfr. *Consuetudines Civitatis Amalfie* (s. XIII). Scribitur etiam Amalfis vel Amalphis. Sed non est cur ponantur litterae *ph*.
Hoc venustum oppidum, medio aevo conditum, e nomine fluvii Molpa seu Melfe appellatum esse perhibetur (cfr. M. Camera, *Memorie storico-diplomatiche dell'antica Città e Ducato di Amalfi*, I, Salerno 1972, p. 4).
Amalfitani, orum; Amalfitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Amalphitanus).

Amapa
Amapa, ae, f.
Est regio seu territorium Brasiliae.
Amapenses, ium; Amapensis, e.

Amaraoti vel **Amaravati**
Amaraotia, ae, f.
Est urbs Indica.
Amaraotiani, orum; Amaraotianus, a, um.

Amargosa
Amargosa, ae, f.
Haec urbs finibus Brasiliae continetur.
Amargosenses, ium; Amargosensis, e.

Amarillo
Amarylla, ae, f.
Nomine Amaryllae, vel, ut frequentius ponitur, Amaryllidis puella rustica, a Vergilio celebrata, appellatur. Sermone Hispanico *amarillo* colorem flavum vel arienam vel aliud pomum significat.
Amaryllenses, ium; Amaryllensis, e (ex usu Curiae Romanae: Amarillensis).

Amarillo (Mar)
v. *Giallo* (Mare).

Amatrice
Amatrix, cis, f.
Est oppidum in Aprutio, Italiae regione, situm (cfr. Martyrol. Rom. «Amatricis oppidum»).

Amazonas
Amazonia, ae, f.
Sic appellatur una e Civitatibus Brasiliae.

Amazonas (flumen)
Amazonius, ii, m.
Est permagnum flumen Americae Meridianae.

Ambala
Ambala, ae, f.
Est urbs Indica.
Ambalenses, ium; Ambalensis, e.

Ambanja
Ambania, ae, f.
Hoc oppidum in Madagascaria est situm.
Ambanienses, ium; Ambaniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ambaniaënsis).

Ambato
Ambatum, i, n.
Est urbs Aequatoriana.
Ambatenses, ium; Ambatensis, e.

Amberg
Amberga, ae, f.
Est urbs Bavarica.
Ambergenses, ium; Ambergensis, e.

Ambérieu
Amberiăcum, i, n. (DGAM).
Est urbs Galliae.
Amberiacenses, ium; Amberiacensis, e.

Amboina
Amboina, ae, f.
Est urbs Indonesiana.
Amboinenses, ium; Amboinensis, e.

Amboland
Ambolandia, ae, f.
Est regio, pars Namibiae, e tribu *Ambo* appellata.
Ambolandienses, ium; Ambolandiensis, e.

Amburgo Hambourg Hamburgo Hamburg
Hamburgum, i, n.
Est permagna urbs Germaniae, quae plenius Hammaburgum appellatur.
Hamburgenses, ium; Hamburgensis, e.

Amelia
Ameria, ae, f.
De hoc oppido Umbriae plures veteres scriptores commemorant; cfr. Cic. *Rosc. Am.* 7, 18 sq.; Plin. *H. N.* 3, 14, 19 (114).
Amerini, orum; Amerinus, a, um.

America Amérique América America Amerika
America, ae, f.
Nomen, ut notum est, petitur ab Americo (seu plenius Amalarico = labor validus, seu dominator impiger) Vespucci, cive Florentino, qui pluries terram illam continentem lustravit et libro, qui *Mundus Novus* inscribitur, et epistulis exposuit.
Americani, orum; Americanus, a, um.

Amersfort
Amersfordia, ae, f.

Est urbs Nederlandica.
Amersfordienses, ium; Amersfordiensis, e.

Amiens
Ambianum, i, n. Nomen deductum est ab Ambianis, gente Celtica (cfr. Caes. *B. G.* 2, 15; Plin. *H. N.* 4, 17, 31). De urbe Caes. *B. G.* 5, 24, 47, 53; Ammian. 15, 11, 10; Hieron. *Ep.* 123; *Not. dign. occ.* 40, commemorant.
Ambianenses, ium; Ambianensis, e.

Amman
Philadelphīa Iordaniae, f. Quae quidem urbs prisca aetate *Rabbath Ammon* seu *Rabbath b'ne Ammon* (= filiorum Ammon) dicebatur; cf. *Deut.* 3, 11: «Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon». A Ptolomaeo II Philadelpho refecta, ex eius nomine est Philadelphia appellata; cfr. Plin. *H.N.* 5, 18, 16; Ammian. 14, 8. Cum vero sint cognomines urbes: Philadelphia in Asia Procosonulari, condita ab Attalo II Philadelpho, rege Pergami (Turcarum sermone nunc *Alauchehr* vocatur), et Philadelphia, urbs creberrima in Foederatis Americae Sept. Civitatibus, verbum Iordaniae non perperam additur.
Philadelpheni, orum; Philadelphenus, a, um.

Ammer
Ambra, ae, f.
Est fluvius Bavariae (Cfr. OL).

Ampurias
Emporiae, arum, f.
Hoc oppidum Hispanicum memoratur a Liv. 21, 60 et 34, 9; Mel. 2, 89; Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (22); C.I.L. 2, p. 615 et 988; al.
Emporiani, orum; Emporianus, a, um.

Amsterdam (in America)
Amstelodamum (Americae), f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, v. Amsterdam.
Amstelodamenses, ium; Amstelodamensis, e.

Amsterdam (in Nederlandia)
Amstelodamum, i; n.
Amstelodamenses, ium; Amstelodamensis, e.

Amudarja
Oxus, i, m.
Est flumen Russiae, quod, oriens e Caucaso Indico (v. *Hindu-Kush*), in Oxianum mare (*Aral*), sed secundum veteres scriptores Graecos et Latinos in Caspium influit; cfr. Plin. *H. N.* 6, 8, 16 (48); Ammian. 33, 6; Curt. 7, 10, 13; Mel. 3, 42; al.

Amur Amour
Amur, n.; non inclinatur in casus.
Hoc nomine «magnum flumen» significari perhibetur (Egli, 37); quod Sibiriam a Sinis disterminat.

Anacapri
Anacaprēa, ae, f. Est oppidum insulae Caprearum.
Ponitur numerus singularis, siquidem forma Caprea, ae, interdum, licet raro, occurrit (cfr. Iul. Hon. cosm. A. 41; Ptol.: Καπρέα).
Anacapreenses, ium; Anacapreensis, e.

Anadyr
Anadyr, n. Non inclinatur in casus.
Sic et flumen et urbs in Sibiria sita appellantur.

Anagni
Anagnia, ae, f.
De hac urbe, quae olim fuit caput Hernicorum, plures veteres scriptores commemorant; cfr. Verg. *Aen.* 7, 684; Sil. It. 8, 392 et 12, 533; Plin. *H.N.* 34, 6, 11 (23); al.
Anagnini, orum (cfr. Cic. *Dom.* 30, 81); Anagninus, a, um.

Anatolia Anatole Anatolia Anatolien
Anatolia, ae, f. Hoc nomen apud veteres scriptores Latinos non quidem occurrit, sed inveniuntur nomina personarum: Anatolius, ii (cfr. C.I.L. 9, 6400), Anatolia, ae (Inscr. christ. De Rossi, 1, 677), Anatole, es. (C.I.L. 6, 11607 et 28976; Hygin. *Fab.* 183), Anatolicus, a, um (cfr. Cassiod. 11, 36, ubi est nomen viri).

Añatuya
Aniatuia, ae, f.
Haec urbs in Argentina sita est.
Aniatuiani, orum; Aniatuianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Aniatuyanensis).

Anchorage
Ancoraria, ae, f.
Anchorage, quo nomine urbs praecipua Alascae vulgo appellatur, idem valet ac statio ancoris iaciendis apta. Nuncupatur Latine Ancoraria, ex adiectivo ancorarius, a, um, quo significatur: ad ancoram pertinens; cfr. Caes. *B.G.* 2, 9, 5, et scriptores serioris aetatis; et Ancorarius mons, Plin. *H.N.* 13, 95; Ammian. 29, 5, 25.
Ancorarienses, ium; Ancorariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ancoragiensis).

Ancona
Ancona, ae, f.; scribitur etiam Ancon, is (cfr. Cic. *Att.* 7, 11; id. Fam. 16, 12; Caes. *B.G.* 1, 11; Tac. *Ann.* 3, 9; al).
Anconitani, orum; Anconitanus, a, um.

Andalusia Andalousie Andalusia Andalusien
Vandalicia, ae, f.
Ita enim haec regio Hispanica a Vandalis, qui olim eam coluerant, media aetate appellabatur.
Vandaliciani, orum; Vandalicianus, a, um.

Andance
Andancia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.
Andancienses, ium; Andanciensis, e.

Ande Andes Anden
Andae, arum, f.

Andechs
Andessa, ae, f. (OL).
Est pagus Bavariae. Coenobium ibi exstans Andecense monasterium solet appellari (ibid.), rectius fortasse Andessense scribendum.

Andernach
Antoniăcum, i, n.
Scribitur etiam Antunnacum, Antennacum.
De hoc oppido commemoratur apud Ammian. 18, 2, 4; in *Not. Utr. Imp. Occ.*, 39.
Antoniacenses, ium; Antoniacensis, e (apud Venant. Fort, *Carm.* 10, 10, 63: «Antonnacense castellum»).

Anderson
Andersonia, ae, f.
Haec urbs Canadae finibus continetur. Cognominis urbs est in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis.
Andersonienses, ium; Andersoniensis, e.

Andorra Andorre Andorra
Andorra, ae, f.
Haec parva Civitas in parte meridiana Pyrenaeorum montium sita est.
Andorrenses, ium; Andorrensis, e.

Andria
Andria, ae, f. Est quidem fatendum oppida duo hoc nomine insignia, sed in Asia Minore posita, a veteribus memorari (Plin. *H.N.* 5, 2728 [100] =*Andriaki*, ut nunc appellatur; id. 32, 41 [145]=in Phrygia). Hoc vero oppidum in Apulia est situm.
Andrienses, ium; Andriensis, e.

Andros
Andros, i, vel Andrus, i, f.
Est insula Maris Aegaei, una e Cycladibus, Graeciae subiecta. De qua plures veteres scriptores commemorant.

Angara
Angara, ae, f.
Est fluvius Sibirianus in Ienisseium se effundens.

Angermanland
Angermania, ae, f.
Est regio Suetica (cfr. OL).

Angers
Iuliomăgus, i, plenius: Iuliomăgus Andecavorum; cfr. Tab. Peut; *Not. Gall.*; C.I.L. 13, 1, p. 479. Serius, i.e. post Romanorum aetatem, nomen, e tribu depromptum, Andecavum (Andegavum) invaluit.
Iuliomagenses, ium, vel Andecavenses, ium; Iuliomagensis, e, vel Andecavensis, e, vel Andecavinus, a, um (cfr. Greg. Tur. *Franc.* 6, 6; 4, 7; id. *Vit. Mart.* 1, 22).
Ex usu Curiae Romanae: Andegavensis.

Anglesey
Mona, ae, f.
Est insula inter Britanniam et Hiberniam sita, olim sedes Druidarum; cfr. Tac. *Agric.* 15 et 18; Caes. *B.G.* 5, 13; Rav.
Moniani, orum; Monianus, a, um (cfr. C.I.L. 5, 7118).

Angleterre
v. Inghilterra.

Anglona
Anglona, ae, f.; ab aliis ponitur vetus nomen Pandosia, ae, f., quo urbs antiquissima Italiae meridianae, inter Consentiam ac Thurios sita, appellabatur (Plin. *H.N.* 3, 11, 15; Liv. 29, 38).
Anglonenses, ium; Anglonensis, e.

Angola
Angolia, ae, f.
Haec nominis exaranda ratio (Angolia, ae) in depicta orbis terrarum tabula, quae in Vaticanis conspicitur aedibus, deprehenditur. Uno fere saeculo post inventum aestuarium fluminis Zaires vel Congi, Lusitani primaria urbe regni Congici sunt potiti suamque dominationem paulatim amplificaverunt. Unum e praecipuis regnis mediterraneis appellabatur *Dongo*, cuius principi nomen erat *Ngola*, quod, paulum immutatum (*Angola*), toti regioni illi est attributum (R. Ricciardi, *L'Africa*, Roma 1962, p. 189).
Angolienses, ium; Angoliensis, e.

Angouleme
Iculisma, ae, f.
Caput provinciae Carantoni (=*Charante*), olim in finibus Santonum, ita appellatur ab Auson. *Ep.* XV, 22; In *Not. Gall.* et C.I.L. XIII, 1; serior scribendi ratio est Ecolisma (ut in nummis Merovingicis) et Engolisma.
Iculismenses, ium; Iculismensis, e (ex usu Curiae Romanae: Engolismensis).

Angra
Angra; ae, f.
Est urbs Lusitana.
Angrenses, ium; Angrensis, e.

Anguilla
v. St. Christopher Nevis Anguilla.

Anguillara Sabazia
Anguillariae, arum, f.
Est oppidum ad lacum Sabatinum situm (cft. OL).
Anguillarienses, ium; Anguillariensis, e.

Anhalt
Anhaltīnum, i, n.; cfr. G.
Anhaltinenses, ium; Anhaltinensis, e.

Aniene Anio
Anio, onis, vel Anien, enis, vel Anienus, i, m.
Hic fluvius, qui magna mole prope Tibur praecipitat, et Tiberi miscetur, a multis scriptoribus veteribus memoratur.

Anio
v. Aniene.

Ankara
Ancyra, ae, f.
Quae urbs finibus Galatiae olim continebatur; eius mentionem Liv. 38, 24; Plin. *H.N.* 5, 32, 42 (146); Eutrop. 88; Curt. 3, 1, 22; Ammian, 22, 9, 8; 35, 10, 11; alii iniciunt.
Ancyrani, orum; Ancyranus, a, um. Hae formae veterum testimoniis comprobantur; invenitur quidem etiam Ancyrensis vel -itanus (Anquiritanus), sed sunt scribendi rationes rariores et sequiores.

Annaba
v. Ippona.

Annapolis
Annapŏlis, is, f.
Est urbs princeps Terrae Mariae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Annapolitani, orum; Annapolitanus, a, um.

Annapurna
Annapurna, ae, f.
Est unus e verticibus perpetuorum montium, qui Imai nomine comprehenduntur.

Annecy
Annecium, ii, n.
Est urbs Gallica (cfr. FB e. a.) Annecienses, ium; Anneciensis, e.

Annonay
Annoniăcum, i, n. (cfr. OL); est urbs Galliae. Annoniacenses, ium; Annoniacensis, e.

Ansbach
Ansbacum, i, n.
Est urbs Germanica.
Ansbacenses, ium; Ansbacensis, e.

Ansonia
Ansonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.
Ansoniani, orum; Ansonianus, a, um.

Antarktis
v. Antartide.

Antartide Antartide Antártida Antarctica Antarktis
Terra Antartĭca, f.
Est quidem apud Ovidium, *Met.* 2, 131, «australis polus», et apud Plinium *H. N.* 68, 68, «austrinus mundi vertex», sed praeferenda videtur vox Graeca ἀνταρτικός, quae in sermones, quibus utimur, influxit.

Antequera
Anticaria, ae, f.
Scribitur interdum etiam Antiquaria. Est vetus oppidum Hispaniae, de quo in C.I.L. 2, p. 276 et 879, in Itin. Anton., et apud Rav. commemoratur.
Anticarienses, ium (cfr. C.I.L. 2, 3034, 2047, 2048); Anticariensis, e.

Antequera (in Mexico)
Anticaria Mexici, f.; v. Antequera (in Hispania).
Anticarienses, ium (Mexici); Anticariensis, e (Mexici); ex usu Curiae Romanae: Antequerensis.

Antibes
Antipŏlis, is, f.
De hac urbe, quae olim fuit colonia Massilitanorum, veteres scriptores, ut Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (35); Tac. *Hist*, 2, 15; Mela 2, 5, 3; Ammian. 15, 11, 15; al., commemorant.

Antipolitani, orum (cfr. C.I.L. 6, 19647); Antipolitanus, a, um.

Antigonish
Antigonēa, ae, f.
Hoc nomine plures olim urbes appellabantur: in Epiro (Liv. 32, 5, al.); in Chalcidice (id. 44, 10, al.); in Macedonia (Plin. *H.N.* 4, 10, 17 [34]).
Visum est hoc nomen ad urbem Canadensem *Antigonish* significandam trasferre.
Antigonenses, ium (cfr. Liv. 42, 58; 43, 23; 44, 32; Plin. op. mem. 1, 1 [2]); Antigonensis, e (ex usu Curiae Romanae: Antigoniensis).

Antigua
Antiqua, ae, f.
Haec Civitas Britannorum Regno anno 1967 est consociata.
Antiquenses, ium; Antiquensis, e.

Antille Antilles Antillas Antilles Antillen
Antillae, arum vel Antiliae, arum, f.
Hae insulae, quas Christophorus Columbus per errorem Indias occidentales esse putavit, serti instar mare Caribicum ab oriente occludunt. Dividuntur autem in maiores atque minores.
In lexicis scriptum plerumque invenitur nomen Latinum: Antillae, arum; interdum autem etiam Antiliae vocantur (cfr. BM, p. 73). Nomen primitus inditum est commenticiae cuidam insulae, ab orientali parti Asiae positae, ut in tabulis geographicis post annum 1424 interdum est videre. Quae quidem insula faciliorem reddere putabatur navigationem, qua Indiae occidentales peterentur. Itaque illius aetatis hominibus idem fuit, quod antiquis Atlantis, ex qua ad antipodas esset transiectus (cfr. Egli, 1893.)

Antille (Mare delle —)
v. Mare Caribico.

Antille Olandesi
Antillae Nederlandicae, f.

Antiochia Antioche Antioquía Antioch Antochien
Antiochīa, ae (vel Antiochēa), f.
De hac urbe Turciae veteres scriptores ethnici et christiani non raro commemorant (et in Sacris Bibliis eius mentio occurrit).
Antiocheni, orum; Antiochenus, a, um.

Antioquía (in Columbia)
Antiochīa Columbiae, f.
Antiocheni, orum, Columbiae; Antiochenus, a, um, Columbiae.
Ex usu Curiae Romanae: Antioquiensis.

Antofagasta
Antofagasta, ae, f.
Haec urbs finibus Chiliae continetur.
Antofagastenses, ium; Antofagastensis, e.

Antrodoco
Interocrium, ii, n.
Hoc oppidum Italiae memoratur in Itin. Ant. et in Tab. Peut.; a Strabone ponitur: Ἰντεροκρέα.
Interocrienses, ium; Interocriensis, e.

Anuradhapura
Anuradapura, ae, f.
Est urbs Ceilani, olim frequentissima et templis Buddistarum insignis.
Anuradapurani, orum; Anuradapuranus, a, um.

Anversa Anverse Antwerpen
Antverpia, ae, f.
Iam saeculo VIII occurrit nomen *Andoverp, Andoverpum, Andwerpa* (Förstemann, 79 sq.). Est nomen Flandricum origine: *aen't werf*, i.e. «ad navale».
Antverpienses, ium; Antverpiensis, e.

Antwerpen
v. Anversa.

Anzio
Antium, ii, n.
Est antiquissimum oppidum Latii, ad maris litus positum, quod Romanis fuit locus deliciarum; cfr. Suet. *Aug.* 58, *Tib.* 38, *Cal.* 49, *Ner.* 6, 9 et 25; Tac. *Ann.* 15, 23 et 37; al.
Antiates, ium (Cic. *Att.* 15, 12; Liv. 8, 14).
Antias, atis, vel Antius, a. um.

Aosta Aoste Aosta
Augusta Praetoria, f. Haec urbs inalpina, olim colonia Salassorum, ab Augusto fuit condita. Memoratur a Plin. *H.N.* 3, 17, 21 (123); Solin. 2; in C.I.L. 3, 8447; Tab. Peut.
Augustani, orum; Augustanus, a, um (cfr. Cassiod., *Var.* 2, 5, 1: «Augustana civitas»).

Aostatal
v. Valle d'Aosta.

Aparecida
Apparitio, onis, f.
Haec urbs praecipuum est mariale sanctuarium Brasiliae.
Apparitionenses, ium; Apparitionensis, e (ex usu Curiae Romanae: Apparitionopolitanus, a, um).

Apatzingán
Apatzingania, ae, f.
Est oppidum Mexicanum.
Apatzinganienses, ium; Apatzinganiensis, e.

Apia
Apia, ae, f.
Hoc oppidum in Samoanis Insulis Occidentalibus est situm.
Apiani, orum; Apianus, a, um.

Appenzell
Abbatis Cella, f.
Est oppidulum Helvetiae. Ex hoc nomine etiam duo Semipagi seu dimidii Pagi appellantur.

Appiano Eppan
Appianum, i, n.
Est pagus non procul ab urbe Bauzano positus.
Appianenses, ium; Appianensis, e.

Aprilia
Aprilia, ae, f.
Est urbs, a Ben. Mussolini in exsiccatis Paludibus Pomptinis condita.
Aprilienses, ium; Apriliensis, e.

Apt
Apta Iulia, f.
Est urbs Gallica; cfr. Sidon, *Ep.*, 9, 9; a Plinio *H.N.* 3, 4, 5 (36), appellatur plenius Apta Iulia Volgientium.
Aptenses, ium (cfr. C.I.L. 12, 116); Aptensis, e.

Apucarana
Apucarana, ae, f.
Haec urbs Brasiliae finibus continetur.
Apucaranenses, ium; Apucaranensis, e.

Apulia Apulien
v. Puglia.

Aquaba
Sinus Aelaniticus, m. De quo apud Plin. *H.N.* 6, 28, 32 (156) commemoratur. Nomen deductum est ab oppido Aelat vel Aela (nunc audit *Elat*), quod finibus Civitatis Israelianae continetur et in Sacris Bibliis (cfr. 4 *Reg.* 14, 22), apud eundem Plin. *H.N.* 5, 65, 12 (11), Ptol. 5, 17, Strab. 16, 769, et alios occurrit.

Aquila (L')
Aquila, ae, f. (cfr. S).
Apud Romanos duae mansiones in Africa hoc nomine appellabantur (ad Aquilam maiorem et minorem), ut est in Itinerario Ant.
Aquilani, orum; Aquilanus, a, um.

Aquileia
Aquileia, ae, f.
Plures veteres scriptores de hac urbe Italica praenobili commemorant (Caes. *B.G.* 1, 10; Cic. *Vatin.* 16, 38; Plin. *H.N.* 3, 48, 22, e. a.).
Aquileienses, ium; Aquileiensis, e.

Aquino
Aquinum, i. n.
Fuit oppidum Volscorum, de quo plures veteres commemorant.
Aquinates, ium (cfr. Cic. *Cluent.* 68.192, et *Phil.* 2, 41.106);
Aquinas, atis (cfr. Liv. 2, 69: «Aquinas ager»; Hor. *Ep.* 1, 10, 27: «Aquinas fucus»; Tac. *Hist.* 1, 88; 2, 63: «Aquinas colonia». Tamen ex usu Curiae Romanae: Aquinatensis).

Aquisgrana Aix-la-Chapelle Aquisgrán Aachen
Aquisgranum, i, n.
Vetus nomen est Aquae; ad quod accessit nomen dei Celtici Granni (Grannus, i).
Aquisgranenses, ium; Aquisgranensis, e.

Aquitania Aquitaine Aquitania Aquitaine Aquitanien
Aquitania, ae, f.
Est regio Galliae, de qua veteres saepius commemorant; cfr. Caes. *B.G.* 1, 1 et 3 et 20; Mel. 3, 2, 4; al.
Aquitani, orum; Aquitanus, a, um, vel Aquitanĭcus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 4, 19, 33 [108]).

Arabia Saudita Arabie Saudite Arabia Saudita Saudi Arabia Saudi-Arabien
Arabia Saudiana, f. Haec regio amplissima e nomine ducis *Ibn Saud* est appellata, qui anno 1932 ad regnum pervenit. Quodsi veteres Arabiam praedicabant felicem propter odoriferas silvas, aurifodinas, agros riguos, mellis ceraeque proventum, haec tamen regio aetate nostra etiam ditior est ob maximam petrolii vim, quod ex arida, ut nunc conspicitur, terra erumpit.
Arabes Saudiani; Arabicus Saudianus, a, um (Regnum Arabicum Saudianum).

Arabico (Mare) **Mer d'Oman Arabian Sea**
Mare Arabĭcum, n.

Aracaju
Aracaium, i, n.
Haec urbs Brasiliae finibus continetur.
Aracaienses, Aracaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Aracaiuënsis).

Arafura (Mare degli) **Arafura Sea Arafura-Meer**
Mare Arafurense, n.
Situm est inter Australiam et Papuasiam. Nomen vero accepit ab Arafuris (Arafuri, orum), gente, quae ad eius incolit oras.

Aral (lacus)
Lacus Oxianus, m.
Oxii, unde adi. deductum, secundum veteres regionem incolebant, qua hic lacus continetur et quam Oxus (*Amudarja*) interluit; cfr. Plin. *H.N.* 6, 27-31 (133): «Susianis ad orientem iunguntur Oxii, latrones liberae feritatis». Nunc, ut liquet, in Russorum dicione est situs.

Aragona Aragon Aragón Aragon Aragonien
Aragonia, ae, f.
Est regio Hispanica.
Aragonienses, ium; Aragoniensis, e.

Ararat
Ararat, vel Ararath, n.; plerumque non inclinatur in casus (sed Cypr. Gall. *Gen.* 223: Araratum).
Est mons praealtus Armeniae (ab Armenis *Marsis* vocatur).

Arauca
Arauca, ae, f.
Hoc oppidum in finibus Columbiae est positum.
Araucenses, ium; Araucensis, e.

Araucania
Araucania, ae, f.
Est regio Chiliensis, montibus ignivomis, lacubus, silvis amoena.
Araucanienses, ium; Araucaniensis, e.

Arbon
Arbona, ae, f. vel Arbor Felix.
Est oppidum Helvetiae, in Pago Turgoviensi situm. Eo loco olim fuerunt castra Romana; cfr. C.I.L. 3, p. 708 et 737; Ammian. 31, 10, 20; Tab. Peut.; Itin. Anton.; Rav.

Archangelsk
Archangelopŏlis, is, f.
Est urbs Russica ad Mare Album sita.
Archangelopolitani, orum; Archangelopolitanus, a, um.

Arcueil
Arcolium, ii, n.
Hic pagus prope Lutetiam Parisiorum situs est; cfr. C.
Arcolienses, ium; Arcoliensis, e.

Ardagh
Ardacha, ae, f. (cfr. FB).
Est oppidum Hiberniae.
Ardachani, orum; Ardachanus, a, um.

Ardenna Ardennes Ardennen
Arduenna, ae (silva), f.; apud Ven. Fort. *Carm.* 7, 4, 19, est Ardenna. De hac silva Caesar commemorat, *B.G.* 6,29; 5, 3: «In silvam Arduennam ingenti magnitudine»; Tac. *Ann.* 3, 42. Nunc finibus Belgii continetur.
Arduennensis, e, i.e, = ad Arduennam silvam pertinens (Greg. Tur., *Franc.* 8, 21).

Arenberg
Arenberga, ae, f.
Est pagus Germanicus, prope Confluentes situs.
Arenbergenses, ium; Arenbergensis, e.

Arecibo
Arecibum, i, n.
Haec urbs in Civitate Portudivitensi est sita.
Arecibenses, ium; Arecibensis, e.

Arequipa
Arequipa, ae, f.
Est urbs in Peruviae finibus posita.
Arequipenses, ium; Arequipensis, e.

Arezzo
Arretium, ii, n. vel Aretium, ii, n.
De hac urbe Tusciae Liv. 9, 37; Sil. It. 8, 478; Macrob. *Sat.* 2, 4, 12, commemorant.
Arretini, orum, vel Aretini, orum; Arretinus, a, um, Aretinus, a, um (cfr. Cic. *Cat.* 36; id. *Caec.* 33, 97; al.).

Argel
v. Algeri.

Argentina Argentine Argentina Argentinien
Argentina, ae, f. Nomen, ut liquet, deductum est a verbo argenti.
Argentini, orum; Argentinus, a, um.

Ariano
Ara Iani, f. vel Arianum, i, n. (B).
Est oppidum Apuliae.
Arianenses, ium; Arianensis, e.

Arica
Arica, ae, f.
Est oppidum Chiliense.
Aricenses, ium; Aricensis, e.

Ariccia
Aricia, ae, f.

Est vetus oppidum Latii; cfr. Verg. *Aen.* 7, 760; Hor. *Sat.*, 1, 5, 1; Ovid. *Fast.* 6, 59 («nemoralis Aricia»).
Aricini, orum (Liv. 2, 14; Vellei. 1, 14); Aricinus, a, um.

Arizona
Arizona, ae, f.
Nomen huius regionis, quae anno 1853 a Mexico fuit seiuncta et una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. effecta, deductum est ab autochthonum lingua, ex qua *a'-ri* parvum, *son* fontem significat. Quod Hispani, cum saeculo XVIII eam plagam, locorum amoenitate mirabilem et argentifodinis locupletem, inviserent, ad suum accommodarunt sermonem (*Arizona*; cfr. Egli, 53).
Arizonenses, ium; Arizonensis, e.

Arjona
Urgão vel Urgăvo, onis, f.
Est urbs Hispanica; cfr. Plin. *H.N.* 3, 1, 3 (10).
Urgaonenses, ium; Urgaonensis, e.

Arkansas
Arcansia, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Multum tempus haec vox autochthonum propria audiebat *Akansas,* quo verbo tribus *Pellium Rubrarum*, pertinens ad gentem Dacotanam vel Siuxensem, appellabatur (Egli, 53). Ab eadem tribu, quae ad amnem habitat in Missisippium influentem, et ipse amnis et haec Civitas nomen traxerunt.
Arcansienses, ium; Arcansiensis, e.

Arles
Arelate, n.; non inclinatur in casus. Est etiam forma contracta Arelas, tis, maxime apud poetas, et Arelatum, i (cfr. Ptol. 2, 10, 8) necnon Arelata, ae (C.I.L. 11, 3281 et 3283) et Arelatus, i (Auson. 292). Missis ceteris, audiatur Caesar *B.G.* 1, 36: «Caesar naves longas Arelate... facere instituit».
Arelatenses, ium; Arelatensis, e.

Arlington
Arlintonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Arlintonienses, ium; Arlintoniensis, e.

Arlon Aarlem Arlen
Arlaunum, i, n. (OL).
Est urbs Belgica.
Arlaunenses, ium; Arlaunensis, e.

Armagh
Armacha, ae, f. (cfr. FB).
Est oppidum Hiberniae.
Armachani, orum; Armachanus, a, um.

Armenia Arménie Armenia Armenien
Armenia, ae, f.
Haec regio, quae nunc maximam partem Turciae finibus continetur, olim in maiorem et minorem dividebatur; cfr. Plin. *H.N.* 6, 9, 25 (45); Cic. *Phil.* 2, 94; Mel. 3, 5, 5; Amm. 17, 6, 6; al.
Armenii, orum; Armenius, a, um, vel Armeniăcus, a, um.

Armenia (in Columbia)
Armenia, ae, f.
Est urbs Columbiana, episcopi sedes.
Armenienses, ium; Armeniensis, e.

Armidale
Armidalia, ae, f.
Et oppidum Hiberniae.
Armidalienses, ium; Armidaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Armidalensis).

Arnhem Arnheim
Arnhemum, ii, n.
Est urbs Nederlandica.
Arnhemenses, ium; Arnhemensis, e.

Arno
Arnus, i, m.
Hunc fluvium Tusciae Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (50); Sil. It. 6, 109; Liv. 22, 2; Tac. *Ann.* 1, 79; alii commemorant.

Arona
Arona, ae, f.
Est oppidum Langobardiae.
Aronenses, ium; Aronensis, e.

Arpino
Arpinum, i, n.
Est patria Ciceronis.
Arpinates, ium (Arpinas, atis); Arpinas, atis.

Arquata Scrivia
Arcuata, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Arcuatenses, ium; Arcuatensis, e.

Arras
Nemetacum, i, n.
Hoc est nomen antiquum: erat enim oppidum princeps Atrebatum (vel Atrebatium), gentis Gallicae; cfr. Itin. Ant. p. 377-379; Tab. Peut., al. Apud Caesarem *B.G.* 8, 46.52, dicitur Nemetocenna. Serius nomen, a gente in ipsum oppidum seu urbem translatum, est: Atrebătum, i.
Nemetacenses, iu (*Not. imp. occ.* 42, 40) vel Atrebatenses, ium; Nemetacensis, e, vel Atrebatensis, e. (ita scribitur ex usu Curiae Romanae).

Arrouaise
Arroasia, ae, f.
Est oppidum Galliae, monasterio canonicorum regularium olim insigne.
Arroasienses, ium; Arroasiensis, e.

Ars
Ars, n.; non inclinatur in casus.
Est vicus Gallicus, apostolico opere S. Ioannis Vianney, parochi, insignis.

Artois
Artesia, ae, f.
Sic antiqua Galliae provincia appellatur (cfr. C.; Reg. Parn.; al.).

Aruba
Aruba, ae, f.
Est insula ad Antillas pertinens Nederlandicas.
Arubenses, ium; Arubensis, a.

Arundel
Arundellia, ae, f.; scribitur etiam Arundelia.
Est oppidum Britanniae.
Arundellienses, ium; Arundelliensis, a.

Ascoli Piceno
Ascŭlum Picenum, n.
Memoratur iam a veteribus (cfr. Cic. *Brut.* 46; Flor. 1, 14; Plin. *H.N.* 3, 13, 18 [111]; al.). Priores syllabae contractae sunt (Asclum) apud Sil. It. 8, 440, et in Itin. Anton.
Asculani, orum; Asculanus, a, um.

Ascoli Satriano
Ascŭlum, ii, n.
De hoc oppido, in Apuliae finibus posito, Flor. 1, 18, 9, commemorat.
Asculini, orum (cfr. Gromat. vet. 210.260.261: Asculinus).
Asculinus, a, um.

Aserbeigian Aserbeidschan
Atropatene, es, f.
Haec regio sic dicta est ab Atropato, socero Perdiccae, qui sub Alexandro Magno ei fuit praefectus. Memoratur a Plin. *H.N.* 6, 13, 16 (42); Oros., *Hist.* 3, 23; Ammian. 23, 6, 27; al.
Atropateni, orum; Atropatenus, a, um.

Ashabad
Assabada, ae, f.
Est urbs sita in Foederata Civitate Russica, cui nomen Turcmenistania (*Turkmenistan*).
Assabadenses, ium; Assabadensis, e.

Asia Asie Asia Asien
Asia, ae, f. Ex usu Romanorum hoc nomen habet triplicem intellectum; potest

enim significari Asia latissimo sensu sumpta (quam nos continentem vocamus); aut Asia Minor (est tamen fatendum hoc nomen priscis temporibus non inditum esse toti paeninsulae); aut tantummodo provincia Romana proconsularis.
Asiatĭci, orum; Asiatĭcus, a, um (pertinet ad totam Asiam).

Asia Minore Asie Mineure Asia Menor Asia Minor Kleinasien
Asia Minor, f. Re quidem vera vox «Minor» raro a Romanis addebatur (Oros. *Hist.* 1, 2), cum plerumque solum Asia, ae, poneretur. Nostris tamen temporibus necessaria esse videtur.
Asiani, orum; Asianus, a, um (potest quidem referri ad Asiam totam aut ad Asiam Minorem aut ad Asianam provinciam, quae fuit Romanorum aetate, sed hic adhibetur hoc verbum solum ad significandos incolas Asiae Minoris et ad adi. congruens usurpandum).

Asinara
Insula Hercŭlis, f.
De parva hac insula, ad oram Sardiniae sita, commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 7, 13 (84).

Asmara
Asmara, ae, f.
Est urbs primaria Erythraeae.
Asmarenses, ium; Asmarensis, e.

Asolo
Acĕlum, i, n.
Huius oppidi, in finibus Venetorum ad Alpium radices positi, mentionem faciunt Plin. III, 19, 22 (130), Paulus Diac. *Hist Langob.* 3, 26 (qui ponit: Acilum); C.I.L.
Acelini, orum (cfr. Gregor. Magn., *Epist.* 1, 16: «Agnellus episcopus Acelinae ecclesiae»).
Acelinus, a, um.

Asperg
Asperga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Aspergenses, ium; Aspergensis, e.

Aspra
Casperia, ae, f.
Est oppidum Sabinorum; cfr. Verg. *Aen.* 7, 714; Sil. It. 8, 415.
Casperienses, ium; Casperiensis, e.

Assaro
Assorum, i, n. (cfr. Cic. *Verr.* 4, 44, 96).
Assorini, orum (Cic. *Verr.* 4, 44, 96); Assorinus, a, um (Cic. *Verr.* 3, 18, 47).

Assia Hesse Hessen
Hassia, ae, f. Est regio Germaniae, quam Chatti incolebant, a quibus nomen vulgare est deductum. Chatti, orum (cfr. Plin. *H.N.* 4, 14, 28; Tac. *Germ.* 29.30); Chattĭcus, a, um (cfr. Martial. 14, 26, 1) vel Chattus, a, um (cfr. Sueton, *Vit.* 14: «Vaticinante Chatta muliere»).

Assisi
Asisium, ii, n.
Rectius sic exaratur nomen, quod apud Rav. scriptum invenimus Assisium. Cfr. Propert. 4 (5) 1, 125; sunt, qui hoc oppidum eiusdem poetae patriam fuisse affirmant, sed nobilius effectum est sanctimonia evangelica civis humillimi Francisci.
Asisinates, ium (cfr. Procop. *Bell. Goth.* 3, 12; C.I.L. 11, 3375: «Municipium Asisinatium; Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [113]; al.).
Asisinas, atis (ex usu serioris aetatis et Curiae Romanae: Assisiensis).

Assling
Aslinga, ae, f. Est vicus Tirolensis.
Aslingenses, ium; Aslingensis, e.

Asti
Hasta, ae, f.
Haec urbs Italica memoratur a scriptoribus veteribus (Plin. *H.N.* 3, 5, 7 [49]; id. 35, 12, 46 [160]; Claudian, *Cons. Hon* 204; Cassiod. *Var.* 11, 15; C.I.L. 5, 856, 1091; al).
Hastenses, ium; Hastensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Astensis).

Astoria
Astoria, ae, f. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.
Astorienses, ium; Astoriensis, e.

Astrachan
Astracania, ae, f.
Est urbs Russica.
Astracaniani, orum; Astracanianus, a, um.

Asturia Asturien
Asturia, ae, f.
Sic regio Hispaniae appellatur, sub Augusto in provinciam Romanam redacta. Eius aurifodinae a Plinio *H.N.* 33, 4, 21 (78) et 4, 32, 35 (118) et alibi, praedicantur.

Asunción
Assumptio, onis, f.
Secundum A. Bacci ponitur Assumptionopolis.
Ceterum, ut alias, nomen quoddam *abstractum* haud raro ad urbes significandas veterum Romanorum more inducitur.
Assumptionenses, ium; Assumptionensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sanctissimae Assumptionis).

Atambua
Atambua, ae, f.
Haec urbs, in Indonesiana insula Timoria (vulgo *Timor*) posita, est episcopi sedes.
Atambuenses, ium; Atambuensis, e (sic ex usu Curiae Romanae).

Atene Athènes Atenas Athens Athen
Athenae, arum, f.
Haec urbs, «Graeciae oculus, tenui caelo» (Cic. *Fam.* 4, 7), summis laudibus celebrabatur.
Athenienses, ium; Atheniensis, e.

Athènes Athens Athen
v. Atene.

Athens (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Athenae Georgiae, f.
Haec urbs in Georgia est sita, una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Athenienses, ium, Georgiae; Atheniensis, e, Georgiae.

Athos
Athos, i, et Athon, onis; dat. Atho; acc. Athona vel Athon; abl. Atho.
Est nomen unius e paeninsulis Chalcidices. Nunc appellatur a Graecis "Αγιον "Ορος, i.e. Mons Sanctus. Est parva Res publica monastica, quam Sacra Synodus, complectens viginti monachos, a singulis coenobiis delectos, regit. Est tamen Graeciae obnoxia.

Atlanta
Atlanta, ae, f.
Haec est urbs caput Georgiae, unius e Feoderatis Civitatibus Americae Sept. Nomen ipsum in veteribus litterarum monumentis non invenitur. Non est tamen dubium, quin a verbo Atlantis, unde et Oceanus Atlanticus est nuncupatus, sit deductum. Re quidem vera Atlanta est casus accusativus vocis Atlantis (Atlas, antis); cfr. Iuven. 8, 32; Prop. 3, 22, 7; Sil. It. 16, 415; al. Hic vero ponitur ut nominativus.

Ätna
v. Etna.

Auburn
Alburnia, ae, f. (cfr. OL).

(*) Augusta (Theod. Augsburg): Augŭstă, ae, f. Vindelicorum. Est urbs Germaniae meridionalis.

Est oppidum Britannicum.
Alburnienses, ium; Alburniensis, e.

Auch
Augusta Auscorum, f.
Ita a Ptol. 2, 7, 11, caput Auscorum, priscae gentis Gallicae, appellatur.
Auscenses, ium (cfr. Sidon, *Ep.* 7,6); Auscensis, e (ex usu Curiae Romanae: Auxitanus).

Auckland
Auclandia, ae, f.
Haec urbs, in Nova Zelandia sita, appellata est e nomine Georgii Eden Auckland, qui fuerat Indiae vicarius (Egli, 62).
Auclandienses, ium; Auclandĭcus, a, um.

Augsburg
v. Augusta.

→ (*)
Augusta (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Augusta Cenomannicae, f.
Est caput Cenomannicae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Augustani, orum, Cenomannicae; Augustanus, a, um, Cenomannicae.

Augusta (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Augusta Georgiae, f.
Haec urbs in Georgia sita est, una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Augustani, orum, Georgiae; Augustanus, a, um, Georgiae.

Augustusburg
Augustoburgum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Augustoburgenses, ium; Augustoburgensis, e.

Auriol
Auriŏlum, i, n. (cfr. B).
Est oppidum Galliae.
Auriolenses, ium; Auriolensis, e.

Aurora
Aurora, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. (ac quidem in Illinoesia) sita.

Aussonce
Alsontia, ae, f.
Alsontienses, ium; Alsontiensis, e.

Austerlitz
Slascovia, ae, f.
Hoc oppidum, in Moravia situm, propterea inclaruit, quod ibi Napoleon victoriam ex Austriacis et Russis reportavit (nunc vulgo *Slackov u Brno* nuncupatur).
Slascovienses, ium; Slascoviensis, e.

Austin
Austinopŏlis, is, f.
Haec urbs, intra fines Texiae sita, appellata est e nomine Stephani Fuller Austin, viri e Foederatis Civitatibus Americae Sept., qui colonias in meridianas partes deducendas curavit.
Austinopolitani, orum; Austinopolitanus, a, um.

Australia Australie Australia Australien
Australia, ae, f.
Haec terra continens, in australi parte orbis posita, inito saeculo XVI est reperta.
Australiani, orum; Australianus, a, um.

Austria Autriche Austria Österreich
Austria, ae, f.
Austriăci, orum; Austriăcus, a, um.

Austria Inferiore Niederösterreich
Austria Inferior, f.
Est una e regionibus foederatis huius Civitatis.

Austria Superiore Oberösterreich
Austria Superior, f.
Est una e regionibus foederatis huius Civitatis.

Autriche
v. Austria.

Auxerre
Autessiodurum, i, n.
Nomen veteris huius urbis Gallicae varie scribitur: Autesiodurum (Itin. Ant.), Autisiodorum (*Not. Gall.* 4, 3), Audisiodorum (Greg. Turon. *Glor. conf.* 40), Antissiodorum.
Autessiodurenses, ium; Autessiodurensis, e (ex usu Curiae Romanae: Antissiodorensis).

Avalon
Avalonia, ae, f.
Est paeninsula Terrae Novae.

Avellaneda
Abellanetum, i, n., vel Avellanetum, i, n.
Abellana vel avellana est nux (*nocciolo*), e nomine urbis Abellae, quae est in Campania, appellata.
Abellanetani, orum; Abellanetanus, a, um.

Avellino
Abellinum, i, n.
De hac urbe, in Italia sita, in titulis et alias commemoratur.
Abellinenses, ium; Abellinensis, e.

Avenches
Aventĭcum, i, n.
Est oppidum Helvetiorum, non procul a Friburgo situm; cfr. Ammian. 15, 11, 12; Tac. *Hist.* 1, 68.
Aventicenses, ium; Aventicensis, e.

Averbode
Averbodium, ii, n. (cfr. OL).
Averbodienses, ium; Averbodiensis, e.

Aversa
Atella, ae, vel Atellae, arum, f.
Est pernotum oppidum Campaniae, unde fabulae nomen traxerunt (Atellanae).
Atellani, orum (Liv. 22, 61); Atellanus, a, um (cfr. C.I.L. 10, 3732: «Ordo populusque Atellanus»; ex usu Curiae Romanae: Aversanus).

Avezzano
Aveanum, i, n. Non est nomen antiquum; adhibetur a Curia episcopali, ibi constituta.
Aveanenses, ium; Aveanensi, e (ex usu Curiae Romanae: Marsorum).

Avigliano
Ocēlum, i, n.
De hoc oppido Pedemontano commemoratur apud Strab. 4, 179; in C.I.L. 11, 3281-3283; Itin. a Gadib. Rom.
Ocelenses, ium; Ocelensis, e.

Avignon
Avennio, onis, m.; scribitur etiam Avenio.
De hac urbe, ad Rhodanum posita, Romanorum Pontificum commoratione in lucem provecta, commemoratur apud Mel. 2, 75; Greg. Tur. *Franc.* 6, 26; Ptol. 2, 10, 8 (Ἀουεννιῶν); Strab. 4, 1, 11; al.
Avennionenses (Avenionenses), ium; Avennionensis, e (Avenionensis; ita ex usu Curiae Romanae).

Avila
Abŭla, ae, f.
Abulenses, ium; Abulensis, e.

Avon
Avona, ae, m.
Est fluvius Britanniae, qui a Tac. *Ann.* 12, 31, memoratur.

Avranches
Abrincae, arum, f.
Hoc modo nomen huius oppidi Gallici scriptum videmus apud Ven. Fortunatum, *Vita S. Paterni*: «De Sessiaco abscessit Abrincas». Quod idem esse videtur atque oppidum *Abrincatae, arum,* de quo in *Not. dign. occ.* 36, commemoratur.
Abrincantes, um (cfr. Not. *Gall.* 2, 4); Abrincensis, e.

Axum
Axumis, is, m.
Sic appellatur oppidum Aethiopiae (Graece Ἄξουμις vel Ἄξωμις).
Axumitae, arum (Axomitae: Vopisc. *Aurelian.* 33); Axumitanus, a, um (Rav.).

Ayacucho
Aiacutzum, i, n.
Est urbs Peruviana.
Aiacutzesenses, ium; Aiacutzensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ayacuquensis).

Aysén
Aisenia, ae, f., vel plenius Portus Aisenianus, m. (*Puerto Aysén*).
Est oppidum Chiliae. Aiseniani, orum; Aisenianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Aysenensis).

Azov Azow (Mare)
Propontis, idos vel -idis, f.
Accusativus exit in-ida vel-idem.
Memoratur a Plin. *H.N.* 4, 12, 24 (75); Mel. 1, 7; Ovid., *Pont.* 4, 9, 118; Catull. 4, 8; Tac. *Ann.* 2, 54; Liv. 36, 16; al.
Propontiăcus, a, um (Propert., 3, 21).

Azpeitia
Azpeitia, ae, f.
Est oppidum Vasconicum.
Azpeitiani, orum; Azpeitianus, a, um.

Azzorre Açores Azore Azorren
Insulae Accipitrinae, f.
Hae enim insulae, in Oceano Atlantico sitae et Lusitanis subiectae, ob accipitrum copiam sic sunt appellatae; *azor* (Hisp.; cfr. Lusit. *açor*) accipitrem significat.

Baalbek

Heliopŏlis, is, f.
Haec urbs Syriae ob cultum Solis celebrabatur.
A Cassiodoro, *Hist. Trip.* 7, 40, Heliopolis Phoeniciae appellatur.
Heliopolitae, arum (Plin. *H.N.* 36, 26, 67) vel Heliopolitani, orum; Heliopolitanus, a, um.

Bab-el-Mandeb

Clithrum, i, n.
Sic appellatur locus angustus, quo Mare Rubrum occluditur et via patet ad Oceanum Indicum; cfr. Heges. 4, 27.
Vox deducta est a Graec. κλεῖθρον (=claustrum, sera).

Babington

Babintonia, ae, f.
Est urbs Britannica.
Babintonienses, ium; Babintoniensis, e.

Babuyan Islands

Insulae Babuianae, f.
Sunt e Philippinis.

Badajoz

Pax Iulia, f.
De hac urbe Hispanica a Plin. *H.N.* 4, 22, 35 (117), et in Itin. Ant., et in C.I.L. 2, p. 8, 804, 1628, fit mentio.
Pacenses, ium; Pacensis, e.

Baden

Badĕna, ae, f. Est regio Germanica, e vetere verbo *badun* (=in balneis) derivata (Egli, 70).
Badeniani, orum; Badenianus, a, um.

Baden (Austria)

Thermae Austriacae, f.

Baden (in Helvetia)

Aquae Helveticae, f.

Baden-Baden

Aurelia Aquensis, f.; cfr. *Corpus Inscript. Rhenan.* (Brambach), 1956-1960.
Aureliani Aquenses; Aurelianus, um, Aquensis, e.

Badenweiler

Badenvilla, ae, f.
Est oppidum Germaniae (in Badena; cfr. BM).
Badenvillani, orum; Badenvillanus, a, um.

Baden -Württemberg
Badenia-Virtemberga, f.
Est regio Rei publicae Foederatae Germaniae.

Baffin
Baffinia, ae, f.
Est magna insula Canadensis in Mari Glaciali Artico sita. Appellatur autem e nomine Villelmi Baffin (1584-1622), praeclari navigatoris Britanni.

Baffin (Bay)
Sinus Baffinianus, m.
Hic sinus in America Sept. est, cui Mare alluit Glaciale; v. Baffin.

Baffin's Land
Terra Baffiniana, f.
Haec regio, e pluribus insulis constans, in America Sept. posita est; nomen accepit a Villelmo Baffin, viro Britanno, qui regiones articas exploravit; v. Baffin.

Bagdad Baghdad
Bagdatum, i, n.
Est urbs Iraquiae, cuius nominis haec est interpretatio: donum (*dâd*) Dei (*bagh*). Prope sunt parietinae Babylonis.
Bagdatenses, ium; Bagdatensis, e.

Baggio
Badium, ii, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Badienses, ium; Badiensis, e.

Bagni di Pisa
Aquae Pisanae, vel Pisanorum, f.; cfr. Plin. *H.N.* 2, 103, 106 (227).

Bagni di S. Casciano
Clusini Fontes, m.
Hae aquae, morbis quibusdam sanandis aptissimae, memorantur ab Hor. *Ep.* 1, 15, 9: «invidus aegris/ Qui caput et stomachum supponere fontibus audent/ Clusinis».

Bagni di Tivoli
Albŭlae, vel plenius: Aquae Albŭlae, f. Iam antiquis notae erant salutares aquae sulphureae in via Tiburtina; cfr. Sueton. *Aug.* 82 «Quoties nervorum causa marinis Albulisque utendum est»; Plin. *H.N.* 31, 2, 6 (10); Senec. *Quaest. nat.* 3, 20; Tab. Peut.; Rav. Albulenses, ium (sunt re vera incolae stationis Mauretanae, quae «ad Aquas Albulas» appellabatur, ut e C.I.L. 8, 21665 liquet, sed hoc nomen commode ad incolas vici, ubi Aquae Albulae Tiburtinae sitae sunt, potest transferri); Albulensis, e.

Bagnoregio
Balneoregium, ii, n., vel Balneum Regium, n.; est oppidum Italicum.
Balneoregienses, ium; Balneoregiensis, e.

Bahama
Insulae Bahamenses, f.
De originatione nominis harum insularum, quarum 20 sunt maiores, 600 minores, nihil certi statui potest.
Adi. Bahamensis scriptum invenimus in libro Andreae Cavi, *De vita Iosephi Iul. Parreni*, Romae 1792, p. 34 («Bahamense fretum»).
Bahamenses, ium; Bahamensis, e.

Bahavalpur
Bahavalpura, ae, f.
Ita una e Civitatibus Indiae appellatur.
Bahalvapurani, orum; Bahalvapuranus, a, um.

Bahia Blanca
Sinus Albus, m.; cfr. AP.
Haec urbs Argentinae finibus continetur.

Bahrein Bahreïne
Baharina Insula, f.

Baia della balena Waalfischbai
Sinus Ballaenaceus, m.

Baical Baikal
Baicalius lacus, m.
Hoc nomine appellatur lacus permagnus Sibiriae, in quem Selenga et Angara fluvii effunduntur.

Baker
Bakeria, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Bakerienses, ium; Bakeriensis, e.

Baku
Bacu, n. Non inclinatur in casus.
Est urbs Russica.
Bacuēnses, ium; Bacuēnsis, e.

Balaton (Lacus) **Plattensee**
Lacus Pelso, m.
Nomen huius lacus, qui Hungariae finibus continetur, apud Plin. *H.N.* 3, 146 *Peiso* audit, quod corruptum esse videtur. Apud Iordanem est: Lacus Pelsois.

Balcani Balkans Balcanes Balkans Balkan
Balcania, ae, f.
Ab aliis ponitur Haemonia, nomen vetus, quae fuit regio Macedonica. Sed eiusmodi nomina antiqua raro cum finibus, qui nunc sunt, congruunt.
Balcanienses, ium; Balcaniensis, e.

Baleari Baléares Baleares Balearen
Baleares, vel Baliares, ium vel um, m. et f.
Nomen saepius apud veteres scriptores occurrit; cfr. Cic. *Att.* 12, 2; Liv. 23, 41; Solin. 23; Vitruv. 8, 3, 24; Plin. *H. N.*3, 6, 11 (77). Secundum hunc Graeci has insulas Gymnesias vocant, quia incolae nudi aestatis tempore fundae iactu se exercebant.
Baleares, ium; Balearis, e. (cfr. Caes. *B.G.* 2, 7: «funditores Baleares»; Sil. It. 5, 193 «Baliaris servus»).

Bali
Balium, ii, n.
Est una ex insulis Indonesiae.
Balienses, ium; Baliensis, e.

Ballarat
Ballaratum, i, n.
Haec urbs Australiae finibus continetur.
Ballaratenses, ium; Ballaratensis, e.

Baltico (Mare) **Baltique** (Mer) **Baltico** (Mar) **Baltic Sea Ostsee**
Mare Baltĭcum, n.; appellatur quidem a Tacito, *Germ.* 45, Mare Suebicum, tamen prius nomen temporibus nostris aptius esse videtur.

Baltimore
Baltimora, ae, f.
Haec urbs perfrequens finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Baltimorenses, ium; Baltimorensis, e.

Bamako
Bamacum, i; n.
Est caput Maliae seu Rei publiae Malianae (*Mali*).
Bamacenses, ium; Bamacensis, e.

Bamberga
Bamberga, ae, f.
Est nobilis urbs Germaniae. Nomen ortum est e Babenberg.
Bambergenses. ium; Bambergensis, e.

Banato Banat
Banatus, i, m.
Banatensis, ium; Banatensis, e.

Bandung
Bandunga, ae, f.
Est urbs Indonesiana.
Bandungenses, ium; Bandungensis, e.

Bangkok
Bancokium, ii, n.
Nomen huius pulcherrimae urbis, quae caput est Regni Thailandici, idem valet atque «urbs olivarum».
Bancokienses, ium; Bancokiensis, a.

Bangla Desh
Bangladesa, ae, f.
Nomen huius Civitatis, non ita pridem sui iuris factae, ita ad linguae Latinae rationem conformandum esse videtur. Est haec eiusdem nominis interpretatio: *Bengala* (Sanscr. *Bangala*) *Libera*.
Bangladesani, orum; Bangladesanus, a, um.

Bangued
Bangueda, ae, f.
Est oppidum Philippinum.
Banguedenses, ium; Banguedensis, e.

Bangui
Banguia, ae, f.
Est caput Rei publicae Africae Mediae.
Banguienses, ium; Banguiensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Banguensis).

Banjaluka
Banialuca, ae, f.
Nomen huius urbis Iugoslavicae idem valet ac «balneae Lucae».
Banialucenses, ium; Banialucensis, e.

Banjul
v. Bathurst.

Bantustan
Bantustania, ae, f.
Hoc nomine regiones comprehenduntur, quae intra fines Rei publicae Africae Australis hominibus nigri coloris attributae, sui iuris factae sunt.

Banz
Bantium, ii, n. (cfr. OL).
Est oppidulum Bavaricum.
Bantienses, ium; Bantiensis, e.

Barbacena
Barbacena, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Barbacenses, ium; Barbacenensis, e.

Barbados
Insulae Barbatianae, f.
Vox vulgaris Hispanica *barbados*, ut liquet, homines barbatos significat; unde deductum verbum novum barbatianus, a, um. Hae insulae sunt Civitas sui iuris, quae Britannica Nationum Communitate, quam *Commonwealth* vocitant, continetur.
Barbatiani, orum; Barbatianus, a, um.

Barbastro
Barbastrum, i, n.
Est urbs Hispanica.
Barbastrenses, ium; Barbastrensis, e.

Barca Barka
Barce, es, f., vel Barca, ae, f.
Est urbs Cyrenaicae; cfr. Hieron., *Ep.* 129; Plin. *H.N.* 5, 5, 5 (32).
Barcaei, orum; Barcaeus, a, um (cfr. Sil. It., 10, 344).

Barcellona Barcelone Barcelona
Barcĭno, onis, f. (a nonnullis veteribus, more Graeco — Βαρκινών — scribitur Barcinon).
Memoratur a nonnullis veteribus (Plin. *H.N.* 3, 3, 4; Mel. 2, 90; Auson. *Ep.* 24, 68; C.I.L. 2, 4514; al.).
Barcinonenses, ium; Barcinonensis, e.

Bardowick
Bardovicus, i, m. (cfr. OL: Bardovicum, Bardorum vicus e. a.). Est oppidum Germaniae.
Bardovincenses, ium; Bardovincensis, e.

Bari
Barium, ii, n.
(Ptol. Βάριον). Cfr. Horat. *Sat.* 1, 5, 96: «via peior adusque Bari moenia piscosi»; Plin. *H.N.* 3, 11, 16 (102), Liv. 40, 18; Tac. *Ann.* 16, 9; al.
Barenses, ium; Barinus, a, um (in titulis) vel Barensis, e.

Bar-le-Duc
Caturrĭgis, is, f.
Est oppidum Belgicum; cfr. Tab. Peut.; Itin. Ant.
Caturrigenses, ium; Caturrigensis, e.

Barletta
Barŭlum, ii, n. (cfr. S; al.).
Est urbs Italica.
Barulenses, ium; Barulensis, e.

Barmouth
Barmuthum, i, n.
Est oppidum Valliae.
Barmuthenses, ium; Barmuthensis, e.

Barquisimeto
Barquisimetum, i, n.
Est urbs Venetiolana.
Barquisimetenses, ium; Barquisimentensis, e.

Barra
Barra, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Barrenses, ium; Barrensis, e.

Barranquilla
Barranquilla, ae, f.
Est urbs quae finibus Columbiae continetur.
Barranquillenses, ium; Barranquillensis, e.

Basilea Bâle Basel
Basilēa, ae, f.; scribitur etiam Basilia. Hunc locum olim Raurici incoluerunt. De Basilia (Basilea) Amm. 30, 3, 1, commemorat.
Basileenses, ium; Basileensis, e.

Basilicata
Lucania, ae, f.
De hac regione Italiae meridianae plures veteres scriptores commemorant (cfr. Mela 2, 69 et 65; Cic. *Tusc.* 1, 37; Tac. *Ann.* 1, 24; al.).
Lucani, orum (Varr. *L.L.* 5, 22, 111; Nep. *Hann.* 5; Caes. *B.C.* 1, 30; Iuvenal. 8, 180; al.).
Lucanus, a, um.

Bassano
Passanum, i, n. (cfr. L).
Est oppidum Italicum.
Passanenses, ium; Passanensis, e.

Basseterre
Tellus Demissa, f.
Est urbs caput Insularum, quae Christophoriana, Nevisia, Anguilla appellantur (e numero Antillarum); ex usu Curiae Romanae: Ima Tellus.

Bassora (Basra)
Bassora, ae, f.
Est urbs Iraquiae.
Bassorenses, ium; Bassorensis, e.

Basutoland
v. Lesotho.

Batangas
Batangae, arum, f.
Est oppidum Philippinum.
Batangenses, ium; Batangensis, e.

Bathurst Banjul
Bathurstŏpolis, is, f.
Est urbs caput Gambiae; appellatur e nomine Henrici Bathurst, viri Britanni, qui pro publico munere, sibi mandato, patriae suae colonias accuravit (1752-1834). Recens aliud nomen vulgare *Banjul* est invectum, quod Latine sic redditur: Baniula, ae.
Bathurstopolitani, orum; Bathurstopolitanus, a, um; seu Baniulenses, ium; Baniulensis, e (ex usu Curiae Romanae: Baniulensis).

Baton Rouge
Rubrobastum, i, n.

Est caput Ludovicianae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Ex usu Ecclesiae dioecesis, quae ibi sedem habet constitutam, dicitur *Rubrubaculensis,* quae compositio disciplinae phoneticae minus congruere videtur. Est animadvertendum in lingua Latina vocem basti (bastum, i, id est baculus) inveniri; cfr. Lamprid. *Commod.* 13, 3.
Rubrobastenses, ium; Rubrobastensis, e.

Baudoinville Kalemia
Balduinopŏlis, is, f.; cfr. AP., vel Kalemia, ae, f.
Est oppidum Zairitanum.
Balduinopolitani, orum; Balduinopolitanus, a, um, vel Kalemienses, ium; Kalemiensis, e.

Baumburg
Baumburgum, i, n.
Est nobile olim monasterium Canonicorum Regularium in Bavaria situm.

Bautzen
Budissa, ae, f.
Est urbs Germaniae, quae Vendorum sermone Budissin audit (cfr. IM; al.).
Budissenses, ium; Budissensis, e.

Baviera Bavière Bavaria Bayern
Bavaria, ae, f.
Apud auctores Latinos inferioris aetatis occurrit nomen gentis: Baiovarii (vel Baioarii, Baiuvarii, Baguarii, Baiobari); cfr. Iorn. *Get.* 280: «Regio illa Suevorum ab oriente Baiobaros etc.»; praeterea Venant. Fort. *Vita S. Mart.* 4, 644: «Si vacat ire viam, neque te Baiovarius obstat».
Bavări, orum; Bavarĭcus, a, um.

Bayeux
Augustodurum, i. n. *Durum* e Celticae linguae ratione idem valet ac *dunum,* id est *arx;* itaque nomine significatur *arx Augusti,* quae urbs fuit sedes praecipua Baiocassium, gentis Gallicae, unde vulgare nomen *Bayeux* et, ut est in Latinitate media, *Baiocae* (= *Bayeux*) deductum est. De Augustoduro commemoratur in Itin. Rom.
Augustodurenses, ium; Augustodurensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Baiocensis).

Bayonne
Baiona, ae, f.
Re quidem vera haec urbs Gallica olim Lapurdum appellabatur (v. *Lourdes*); sed nunc aptius dicitur Baiona (= «sinus bonus»), ut est in DG.
Baionenses, ium; Baionensis, e.

Beaucaire
Bellicadrum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Galliae.
Bellicadrenses, ium; Bellicandrensis, e.

Beaumont
Bellomontium, ii, n.; cfr. OL.
Est urbs Belgica.
Bellomontani, orum; Bellomontanus, a, um.

Beauvais
Bellovăci, orum, m.
Haec urbs Gallica nomen accepit a Bellovacis, gente Gallica.
Bellovacenses, ium; Bellovacensis, e.

Bec
Beccum, i, n.
Est vetus monasterium, haud procul a Rotomago situm.
Beccenses, ium; Beccensis, e.

Becerra
Bigerra, ae, f.
Est oppidum Hispanicum; cfr. Liv. 24, 41.
Bigerrenses, ium; Bigerrensis, e.

Bechouanaland Bechuanaland
v. Botswana.

Bedford
Bedfordia, ae, f. (cfr. FB).
Bodfordienses, ium; Bedfordiensis, e.

Beeford
Bifordia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Bifordienses, ium; Bifordiensis, e.

Beira
Beira, ae, f.
Est urbs et portus in Mozambicana Dicione.
Beirenses, ium; Beirensis, e.

Beirut Beyrouth Beyrut Beirut
Berytus, i, f.
Haec urbs est caput Libani, de qua, vetere oppido olim Phoeniciae, Mela 1, 69; Tac. *Hist.* 2, 81; Ammian. 14, 8, 9; alii commemorant.
Berytenses, ium; Berytensis, e.

Belém
Bethleem Brasiliae, n.
Bethleemitani, orum, Brasiliae; Bethleemitanus, a, um, Brasiliae.

Belén
v. Betlemme.

Belgio Belgique Bélgica Belgium Belgien
Belgium, ii, n. (cfr. Caes. *B.G.* 5, 25; C.I.L. 13, 1165, al.) vel Belgĭca, ae, f. (cfr. Caes. *B.G.* 1, 1; Tac. *Hist.* 1, 48; al.).
Belgae, arum; Belgĭcus, a, um.

Belgrado Belgrade Belgrado Belgrad
Singidunum, i, n.
De hac urbe, quae nunc caput est Iugoslaviae, commemoratur in *Not. dign. or.* 41, 30; Itin. Ant.; Tab. Peut.; C.I.L. 3, pp. 265-2328; al.
Singidunenses, ium; Singidunensis, e.

Belice
Hypsa, ae, f.
Est amnis Siciliae, de quo Plin. *H.N.* 3, 8, 14 (90); Sil. It. 14, 227; al. commemorant.

Belize
Beliza, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, finibus Honduriae Britannicae continetur.
Belizenses, ium; Belizensis, e.

Bellac
Bellacum, i, n.
Bellacenses, ium; Bellacensis, e.

Belley
Bellicium, ii, n.; cfr. C et MI.
Est urbs Gallica, quae interdum et Bellicum dicitur.
Bellicenses, ium; Bellicensis, e.

Belleville
Callipŏlis Americae, f.
Ita Latine reddendum esse videtur, voce quidem Graecanica, vulgare nomen (Gallicum) huius urbis in Illinoesia sitae. Additur «Americae», cum sit cognominis urbs Italica (v. Gallipoli).
Callipolitani, orum, Americae; Callipolitanus, a, um, Americae. (ex usu Curiae Romanae: Bellevillensis).

Bellino
Bellinum, i, n. (cfr. OL).
Est pagus Italicus.
Bellinenses, ium; Bellinensis, e.

Bellinzona
Bilitio, nis, m. (cfr. L), vel Belitiona, ae, f. (cfr. OP, I, p. 325).
Est urbs princeps Pagi Ticinensis, qui Helvetiae finibus continetur.
Belitionenses, ium; Beltionensis, e.

Belluno
Bellunum, i, n. cfr. C.I.L. 5, 9933 et 6, 2612.

Est urbs Italica.
Bellunenses, ium; Bellunensis, e; est tamen apud Greg. Magn. *Ep.* 1, 16: Bellunatus: «Bellunatae ecclesiae».

Belmopan
Belmopana, ae, f.
Ita urbs caput Honduriae Britannicae appellatur.
Belmopanenses, ium; Belmopanensis, e.

Belo Horizonte
Bellohorizon, tis, m.
Sic appellatur urbs Brasiliae.
Adi. bellus, a, um, non raro ad locum refertur (cfr. Cic. «bellissimus locus»); horizon est vox Graecanica, quae Latine redditur verbis, quae audiunt: finiens (orbis), finitor, finiens circulus.
Bellohorizontini, orum; Bellohorizontinus, a, um.

Belucistan Bélouchistan Beluchistán Belutschistan
Gedrosia, ae, f.
Est nomen antiquum (cfr. Curt. 9, 10, 18; Mel. 1, 12) regionis, ad oram Maris Arabici, partim Iraniae, partim Pakistaniae subiectae. De Gedrosia commemorat Curt. 9, 10, 18; Mel. 1, 12; al.

Benares
Benares, is, f.
Est urbs sacra ad Gangem fluvium sita.
Benarenses, ium; Benarensis, e.

Bendigo
Bendigum, i, n.
Est urbs Australiae.
Bendigenses, ium; Bendigensis, e.

Benediktbeuern
Benedictobura, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum cum coenobio O.S.B. in Bavaria.
Benedictoburani, orum; Benedictoburanus, a, um.

Benevento Bénévent Benevento Benevent
Beneventum, i, n.
Nominis origo ab omine ducitur; cum enim prius Maleventum diceretur, mutato nomine ominoso, Beneventum vocari coeptum est (Liv. 9, 27; Paul. ex Fest., p. 34).
Beneventani, orum; Beneventanus, a, um.

Bengala Bengale Bengalen
Bengala, ae, f. (cfr. BM).
Bengalenses, ium; Bengalensis, e.

Bengasi Benghâsi
Berenice, es. f.
Est urbs in Cyrenaica, a Ptolomaeo Euergete e nomine uxoris appellata; cfr. Solin. 27; Plin. *H.N.* 5, 5 (31): «Berenice in Syrtis extimo cornu est». Nomen vero Arabicum est *Ben-Ghâsi*, quod inditum erat viro apud Mahometanos sanctimonia insigni, cuius sepulcrum apud eam colitur urbem.
Bereniciani, orum; Berenicianus, a, um (cfr. C.I.L. 5, 8865; 6, 13560: est nomen virile; ex usu Curiae Romanae: Bengasinus).

Benin
v. Dahomey.

Benin City
Beninopŏlis, is, f.
Hoc oppidum Nigeriae finibus continetur.
Beninopolitani, orum; Beninopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Urbis Beninensis).

Bennington
Bennintonia, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita, eodem modo Latine est reddita, quo Washington - Vasintonia.
Bennintonienses, ium; Vennintoniensis, e.

Bentheim
Benthemum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Benthemenses, ium; Benthemensis, e.

Berchtesgaden
Berchtesgadum, i, n. (cfr. OL: Berchtolsgadensis, Berghtesgadensis e.s.).
Est oppidum venustum Bavariae.
Berchtesgadenses, ium; Berchtesgadensis, e.

Berg
Berga, ae, f. (cfr. OL).
Plura loca in Germania hoc nomine, cuius vis est mons, appellantur.
Bergenses, ium; Bergensis, e.

Bergamo
Bergŏmum, i, n. Sunt et aliae scribendi rationes (Bergame, Bergume, Bergamum), sed servanda est ea, quae initio proponitur.
Bergomates, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 17, 21 [125], al.).
Bergomas, tis (cfr. Inscript. Orelli 3349: municipium; id. 3898: res publica); verum ex usu Curiae Romanae adiectivum audit Bergomensis, e.

Bergisches Land
Regio Montensis, f.
Est regio Germanica.

Bering (fretum)
Fretum Beringanum, n.
Hoc Fretum Americam et Asiam disterminat; v. *Bering* (Mare).

Bering (Mare)
Mare Beringanum, n.
Est pars septentrionalis Oceani Pacifici, hieme glacie concreta. Nomen accepit a Vito Bering, viro Dano, qui polum septentrionalem perlustravit (1680-1741).

Berkeley
Berkeleia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Berkeleiani, orum; Berkleianus, a, um.

Berleburg
Berleburgum, i, n.
Est oppidum Germanicum.
Berleburgenses, ium; Berleburgensis, e.

Berlino Berlin
Berolinum, i, n.
De origine huius nominis plurimum est disceptatum, sed non inventa explanatio certa ac definita.
Berolinenses, ium; Berolinensis, e.

Bermuda Bermudes Bermudas
Bermudae, arum, f.
Hae insulae, in Oceano Atlantico positae, quarum 360 fere numerantur, sed solum circiter 20 incoluntur, Britannis sunt subiectae. Nomen petitur a Ioanne Bermudez, qui eas anno 1522 invenit.
Bermudenses, ium; Bermudensis, e.

Berna Berne Berna Bern
Berna, ae, f. Est etiam nomen «humanisticum» Arctopŏlis, is, f., siquidem *berin* e Germanici sermonis ratione ursum (ἄρκτος) significat.
Bernenses, ium; Bernensis, e.

Bernay
Bernacum, i, n.; cfr. B.Est urbs Gallica.
Bernacenses, ium; Bernacensis, e.

Bernburg
Bernburgum, i, n.
Ab aliis ponitur, nomine Germanico in Latinum converso: Arctopŏlis vel Ursopŏlis (cfr. OL).
Bernburgenses, ium; Bernburgensis, e.

Bernina
Bernina Mons, m.

Bernkastel
Tabernae Mosellanĭcae, f. (cfr. C).
Est oppidum Germanicum.

Beromünster
Berona, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Helvetium.
Beronenses, ium; Beronensis, e.

Bertinoro
Brittinorium, ii, n.
Est oppidum Italiae.
Brittionorienses, ium; Brittionoriensis, e.

Besançon
Vesontio, onis, f.
Haec urbs Galliae fuit olim oppidum princeps Sequanorum; cfr. Caes. *B.G.* 1, 38 et 39.
Vesontini, orum, vel Vesontionenses, ium; Vesontinus, a, um. (ex usu Curiae Romanae: Bisuntinus).

Bessarabia Bessarabie Bessarabien
Bessarabia, ae, f.
Haec regio, Dacoromaniae adiacens, a *Bessis*, gente Slavica, olim est occupata. Nomen ipsum huius regionis derivatum esse videtur a domo nobili Valachiorum, quae *Bessaranba* appellabatur et Valachiae et Moldaviae olim dominabatur, ideoque cum nomine Arabiae non coniunctum esse putatur (cfr. Egli, 109).
Bessarabienses, ium; Bessarabiensis, e.

Béthune
Betunia, ae, f. (cfr. C; OL).
Est oppidum Gallicum.
Betunienses, ium; Betuniensis, e.

Betlemme Bethléem Belén Bethlehem
Bethleem, n.; non inclinatur in casus.
Nominis significatio est aperta: Hebr. *bêth-lehhem*, id est «domus panis»; Graec. Βηθλεέμ. Est urbs ortu Salvatoris celeberrima.
Bethleemitae, arum (sing. Bethleemites, ae; cfr. 1 *Reg.* 16, 1, et 1 *Par.* 20, 5); Bethleemitĭcus, a, um (Hieron. *Ep.* 108; Cassian. *Coll.* 11, 5).

Betschuanaland
v. Botswana.

Bevagna
Mevania, ae, f.
De hoc oppido Umbriae plures veteres scriptores commemorant (cfr. Verg. *Georg.* 2, 146; Liv. 9, 41; Tac. *Hist.* 3, 55 et 59; al.).
Mevanates, ium (Plin. *H.N.* 5, 23, 19 [81]); Mevaniensis, e (Philarg. ad Verg. *Georg.* 2, 144).

Beverley
Beverlacum, i, n.
Est oppidum Britanniae.
Beverlacenses, ium; Beverlacensis, e (cfr. AP).

Béziers
Biterrae, arum, vel Baeterrae, arum, f.
Hanc urbem Galliae Mela 2, 75 et 80; Sulp. Sev. *Chron.* 2, 39; Greg. Turon. *Franc.* 3, 22; alii, commemorant. Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (36) affirmat eam fuisse coloniam Romanam.
Biterrenses (Baeterrenses), ium; Biterrensis (Baeterrensis), e.

Bhopal
Bopalia, ae, f.
Est urbs Indica.
Bopalienses, ium; Bopaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Bhopalensis).

Biafra
Biafra, ae, f.
Sic regio Nigeriae appellatur.
Biafrani, orum; Biafranus, a, um.

Bialsytok Bielostok
Bielostokium, ii, n.
Bielostokienses, ium; Bielostokiensis, e.

Biberach
Biberacum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Biberacenses, ium; Biberancesis, e.

Biel
v. Bienne.

Bielefeld
Bilefeldia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Germanica.
Bilefeldienses, ium; Bielefeldiensis, e.

Biella
Bugella, ae, f.
Est urbs Pedemontana.
Bugellenses, ium; Bugellensis, e.

Bielorussia Russie Blanche Russia Blanca White Russia Weissrussland
Bielorussia, ae, f.; quo nomine *Russia Alba* significatur.
Bielorussi, orum; Bielorussĭcus, a, um.

Bienne Biel
Bienna, ae, f. (cfr. OL; FB).
Est urbs Helvetiae.
Biennenses, ium; Biennensis, e.

Bierbeek
Birbacum, i, n. (cfr. OL).
Est pagus Flandricus.
Birbacenses, ium; Birbacensis, e.

Bikaner
Bicanerium, ii, n.
Est urbs Indica.
Bicanerienses, ium; Bicaneriensis, e.

Bilbao
Flaviobriga, ae, f. (Cfr. Plin. *H.N.* 4, 20, 34 (110).
Flaviobrigenses, ium; Flaviobrigensis, e (cfr. C.I.L. 2, p. 91, et n. 5752).

Bilina
Bilina, ae, f.
Est fluvius Bohemiae.

Billy
Billiăcum, i, n.
Est oppidum Galliae.
Billiacenses, ium; Billiacensis, e.

Bingen
Bingium, ii, n.
Haec urbs Germanica memoratur a Tac. *Hist.* 4, 10; in *Not. dign. occ.* 41; in Tab. Peut; ab Amm. 18, 2, 4 (Vingo); Auson. *Mos.*, 2.
Bingenses, ium (cfr. *Not. dign. occ.* 41, 22: «Praefectus militum Bingensium»); Bingensis, e.

Binghampton
Binghantonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Binghantonienses, ium; Binghantoniensis, e.

Bininngen
Buninga, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Buningenses, ium; Buningensis, e.

Birmania Birmanie Birmania Burma Birmanien
Birmania, ae, f.
Haec regio est pars paeninsulae Indosinensis, qua inter septentriones et solis occasum spectat, estque montibus intersecta. Nomen detortum esse videtur a *Mranmâ* (*Mjanmâ*), quod idem valere videtur ac *fortes*, ut indigenae sese appellabant (Egli, 47).
Birmani, orum; Birmanianus, a, um.

Birmingham
Birmingamia, ae, f.
Birmingamienses, ium; Birmingamiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Birminghamiensis).

Bisanzio Byzance Bisancio Byzantium Byzanz
Byzantium, ii, n.
De hoc nomine a veteribus commemoratur; cfr. Vitr. 10, 19; Mel. 2, 24; Lucan. 9, 958, al. Est priscum nomen urbis, in promunturio, cui nomen Chrysoceras (Plin. *H.N.* 4, 11, 18 [46]), ad Bosporum sitae. Quae postea e nomine Constantini est appellata Constantinopolis.
Byzantii, orum (Cic. *dom.* 20, 23; *Orat.* 2, 54, 217; *Att.* 14, 8; al.), vel Byzantini, orum (Hieron. *Chron.*, a. Abr. 854; Treb. Claud. 9); Byzantius, a, um, vel Byzantinus, a, um.

Biscaglia Biscaye Biscaya
Cantabria, ae, f.
Haec regio Hispaniae memoratur a Plin. *H.N.* 34, 15, 43 (149), alib.; Flor. 4, 12, 48; al.
Cantăbri, orum; Cantabrĭcus, a, um.

Biscaglia (sinus) **Biscaye Biscaya**
Sinus Cantabrĭcus, m.

Bisceglie
Vigiliae, arum, f. (cfr. S); ab aliis ponitur numerus singularis: Vigilia, ae.
Est oppidum Italicum.
Vigilienses, ium; Vigiliensis, e.

Bischofshofen
Episcopi Curia, f.
Est oppidum Austriae.

Bischofszell
Episcopi Cella, f. (cfr. OL; DG).
Est oppidum Bavaricum.

Bismarck
Bismarkopŏlis, is, f.
Ita caput Dacotae Septentrionalis appellatur, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Ut notum est, *Bismarck* cognomen, quod nos nunc dicimus, fuit viri Germani, in re publica multum versati.
Bismarkopolitani, orum; Bismarkopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bismarckiensis).

Bismarck (archipelagus)
Bismarkianae Insulae, f.

Bissao Bissau
Bissavia, ae, f.
Est oppidum princeps Guineae, cui ipsum nomen Bissaviae adicitur.
Bissavienses, ium; Bissaviensis, e.

Bitonto
Bituntum, i, n.
Est oppidum Apuliae.
Bituntini, orum; Bituntinus, a, um.

Bitterfeld
Bitterfeldia, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Bitterfeldienses, ium; Bitterfeldiensis, e.

Biwa
Lacus Biva, ae, m.
Est maximus lacus Iaponiae.

Bizingen
Ricciăcum, i, n.
De hoc oppido Lotharingiae memoratur in Tab. Peut. et in C.I.L. 13, 1, p. 587.

Blackriver
Flumen Nigrum, n.
Hic fluvius in lacum Ontarium effunditur.

Black Sea
v. Mar Nero.

Blankenberghe
Blancoberga, ae, f. (cfr. BM).
Est oppidum Flandricum.
Blancobergenses, ium; Blancobergensis, e.

Blankenburg
Blancoburgum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Germaniae.
Blancoburgenses, ium; Blancoburgensis, e.

Blankenfelde
Blancofeldia, ae, f.
Est vicus Germanicus.
Blancofeldienses, ium; Blancofeldiensis, e.

Blankenheim
Blancohemum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Blancohemenses, ium; Blancohemensis, e.

Blantyre
Blantiria, ae, f.
Est urbs Malaviensis.
Blantirienses, ium; Blantiriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Blantyrensis).

Blera
Bleda, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Bledani, orum; Bledanus, a, um.

Bligny-lès-Beaune
Belliniăcum, i, n. (cfr. OL).
Belliniacenses, ium; Belliniacensis, e.

Blois
Blesae, arum, f. (cfr. OL; C.).
Est urbs Galliae.
Blesenses, ium; Blesensis, e.

Bloemfontein
Florifons, tis, m.
Ita Latine appellavi hanc urbem in Africa Australi sitam; sermone enim Hollandico-Africano *bloem* idem valet ac flos, *fontein* idem ac fons (cfr. flori-comus, flori-fer, flori-genus, flori-ger).
Florifontani, orum; Florifontanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bloemfonteinensis).

Bludenz
Bludentia, ae, f.
Est urbs Austriaca.
Bludentini, orum; Bludentinus, a, um (cfr. FB: Pludentinus Ducatus).

Bluefields
Glaucocampi, orum, m.
Hoc oppidum in finibus Nicaraguae situm est.
Glaucocampenses, ium; Glaucocampensis, e (ex usu Curiae Romanae: Bluefieldensis).

Blue Mountains
Montes Caeruli, m.
Est urbs Australiae.

Bobbio
Bobium, ii, n.
Sic olim monasterium anno 612 a S. Columbano conditum appellatur, nunc eo nomine oppidum eodem loco exstans vocatur.
Bobienses, ium; Bobiensis, e.

Boas del Toro
Buccae Taurinae, f.
Nomen huius oppidi Panamensis, sermonem redolet vulgarem; bucca enim ex emendati sermonis ratione genas significat, sed apud Plautum et alios ponitur etiam pro ore, vel pro offula, frustulo (cfr. buccella).

Böchingen
Bochinga, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Bavariae.
Bochingenses, ium; Bochingensis, e.

Bocholt
Bocholta, ae, f. (cfr. F). Ab aliis ponitur Bucholdia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germanicum.
Bocholtensis, ium; Bocholtensis, e.

Bochum
Bochumum, i, n.
Nomen huius urbis Germanicae ortum est ex veteribus verbis *buocha* vel *böke* (nunc audit *Buche* = fagus) et *haim* (nunc *Heim* = domus, sedes).
Bochumenses, ium; Bochumensis, e.

Bodensee
v. Lago di Costanza.

Bodmin
Bodminia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Britannicum, in Cornubia positum.
Bodminienses, ium; Bodminiensis, e.

Boemia Bohême Bohemia Böhmen
Bohemia, ae, f.
Bohemi, orum; Bohemĭcus, a, um (cfr. G).

Bognor
Boganora, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Boganorenses, ium; Boganorensis, e.

Bogotá
Bogŏta, ae, f.
Est urbs princeps Columbiae.
Bogotenses, ium; Bogotensis, e.

Bohlingen
Bolinga, ae, f.
Est pagus Germanicus.
Bolingenses, ium; Bolingensis, e.

Böhmerwald
Saltus Bohemĭcus, m., vel Silva Bohemĭca, f.

Boiano
Bovianum, i, n. (cfr. Plin. *H.N.* 3, 12, 17 [107]; Liv. 10, 12; al).
Bovianenses, ium (C.I.L. 6, 1406); Bovianensis, e.

Boise City
Xylopŏlis, is, f.
Sic appellatur urbs caput Idahi, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Hoc nomen, quod ex usu Curiae Romanae invaluit (cfr. dioecesis Xylopolitana), est interpretatio verbi Gallici *bois* (= lignum, silva; cfr. *pays boisé*, id est regio silvestris) et vocabuli Anglici *city* (= urbs, «polis»).
Xylopolitani, orum; Xylopolitanus, a, um.

Bolama
Bolama, ae, f.
Est urbs, quae finibus Guineae Bissaviensis (in Africa) continetur.
Bolamenses, ium; Bolamensis, e.

Bolanden
Bolandia, ae, f.
Est pagus Germanicus.
Bolandienses, ium; Bolandiensis, e.

Bolivar
Bolivaria, ae, f.
Est provincia Aequatorianae Rei publicae.

Bolivia Bolivie Bolivia Bolivien
Bolivia, ae, f.
Haec Civitas Americae Meridianae in continentia iuga montium Andarum porrigitur. Olim Peruvia Superior appellabatur.
Boliviani, orum; Bolivianus, a, um.

Bologna
Bononia, ae, f.
Haec urbs, quam Martialis 6, 85, 5, cultam appellat, saepe a veteribus memoratur (cfr., missis aliis, Liv. 37, 47 et 57; Plin. *H.N.* 3, 15, 20 [115]).
Nomen antiquissimum est Felsina.
Bononienses, ium; Bononiensis, e.

Bolsena
Volsinii, orum, m. Appellantur plenius: Volsinii Novi.
De hoc oppido Italico apud Tac. *Ann.* 4, 1 et 6, 8; Plin. *H.N.* 2, 52, 53 (139); Iuvenal. 3, 191; in Itin. Ant. et Tab. Peut. commemoratur.
Volsinienses, ium; Volsiniensis, e.

Bolsena (lacus)
Lacus Volsiniensis, m.

Bolzano Bozen
Bauzanum, i, n.
Bauzanenses, ium; Bauzanensis, e.

Bomarzo
Polymartium, ii, n. (cfr. AP).
Est oppidum Italiae.
Polymartienses, ium; Polymartiensis, e.

Bombay
Bombaia, ae, f.
Est urbs perfrequens Indiae.
Bombaienses, ium; Bombaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Bombayensis).

Bomfim
Bonifines, ium, m.
Hoc nomen Lusitanum urbis Brasiliensis deductum est e fonte Latino (*bom* = bonus; *fim* = finis); cfr. Lat. Boni-fatius; boni-loquentia.
Bonifinenses, ium; Bonifinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Bomfimensis).

Bona Bône
v. Ippona.

Bonn Bonne
Bonna, ae, f.
De hac urbe Germaniae commemoratur a Tac. *Hist.* 4, 19, 4; 25; Flor. 4, 12, 26; apud Rav. in Tab. Peut. 3 (Ptol. 2, 9, 8: Βόννα).
Bonnenses, ium; Bonnensis, e.

Boppard
Baudobriga, ae, f.
Scribitur etiam Boudobriga more Celtarum (Baudobrica, Bandobriga, serius et Boppardia).
De hoc oppido Germaniae, ad sinistram Rheni ripam, commemoratur in Itin. Ant., in Tab. Peut., in *Not. dig. occ.*, 41.
Baudobrigensis, ium; Baudobrigensis, e.

Bordeaux
Burdigăla, ae, f.
Est urbs Galliae, quam iam veteres celebrabant; cfr. Auson. *Clar. urb.* 14, 8: «O patria, insignem Baccho fluviisque virisque / Moribus ingeniisque hominum — clementia caeli / Mitis, ubi et rigua larga indulgentia terrae».
Burdigalenses, ium; Burdigalensis, e.

Bordesholm
Bordesholmia, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Bordesholmienses, ium; Bordesholmiensis, e.

Bordesley
Bordesleia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Britannicum.
Bordesleienses, ium; Bordesleiensis, e.

Bordighera
Burdigaria, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Burdigarienses, ium; Burdigariensis, e.

Borgholm
Burcholmium, ii, n. (cfr. OL).
Sic insula in Mari Baltico sita appellatur.

Borgogna Bourgogne Borgoña Burgundy Burgund
Burgundia, ae, f. (cfr. Cassiod., Var. 1, 46; Greg. Tur. *Franc.* 2, 2, 33; al.).
Burgundiones, um (cfr. Plin. *H.N.* 4, 14, 28 [99]; Iorn. *Get.* 161; id. *Rom.*

309), vel Burgundii, orum (cfr. Ammian. 18, 2, 15; et al.).
Burgundius, a, um, vel Burgundĭcus, a, um.

Borgomanero
Burgomanerum, i, n.
Est oppidum Italiae Septentrionalis; cfr. IM.
Burgomanerenses, ium; Burgomanerensis, e.

Borgonovo
Novoburgum, i, n. (cfr. OL: Burgus Novus; sed cfr. Novocomum).
Novoburgenses, ium; Novoburgensis, e.

Borisov Borissow
Borissovium, ii, n. (cfr. OL).
Est urbs Russica.
Borissovienses, ium; Borissoviensis, e.

Borkum
Fabaria, ae, f.
Est insula in Oceano Germanico sita; cfr. Plin. *H.N.* 4, 13, 27 (97).

Bormida
Bormia, ae, f.
De aquis Bormiis, siccativis et salutaribus podagrae sanandis, Cassiod. *Var.* 10, 29, commemorat. Est autem Bormia fluvius in Pedemontana regione.

Borneo
Borněum, i, n.
Est magna insula, quae maiorem partem Indonesiae est subiecta.
Borneani, orum; Borneanus, a, um.

Bornholm
Bornholmia, ae, f.
Sic insula Danica appellatur.

Borromee (Isole)
Insulae Borromaeae, f.

Bosa
Bosa, ae, f.
Est oppidum Sardiniae, quod in Itin. Anton. memoratur.
Bosani, orum; Bosanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bosanensis).

Bosforo Bosphore Bósforo Bosphorus
Bospŏrus, i, m; sic rectius scribitur quam Bosphorus, ut interdum occurrit, nam nomen conflatum est e verbis Graecis βοῦς (=bos) et πόρος (=transitus). Ammianus ergo recte interpretatur: «Βόσπορος enim Graece est traiectus bovis» (22, 8, 13); item Solin.: «A bovis transitu vel angustis etiam meatibus boum perviis, Bosporos» (23). Appellatur Bosporus Thracius, cum fretum, quod Constantinopolim ab Asia dispescit, significetur; Bosporus vero Cimmerius est transitus a palude Maeotide ad Pontum Euxinum (Russi *Wosporskoi* vocitant).
Bosporanus, a, um.

Bosnia Bosnie Bosnia Bosnien
Bosnia, ae, f.
Haec regio cum Herzegovina una est e foederatis civitatibus Iugoslaviae.
Bosnienses, ium; Bosniensis, e.

Bossangoa
Bossangoa, ae, f.
Est urbs in Re publica Mediae Africae sita.
Bossangoani, orum; Bossangoanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bossangoënsis).

Boston
Bostonia, ae, f.
Est caput Massachusetae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Bostonienses, ium; Bostoniensis, e.

Botswana
Botsuana, ae, f.
Haec Res publica Africana, olim Beciuania appellata ac regio Britannorum praesidio obtecta, anno 1966 sui iuris facta est, novo nomine sibi imposito.
Botsuanenses, ium; Botsuanensis, e (Res publica Botsuanensis).

Botucatú
Botucatum, i, n.
Est urbs Brasiliae.
Botucatenses, ium; Botucatensis, e (ex usu Curiae Romanae: Botucatuensis).

Boulay
Betulletum, i, n. (ab arbore betulla, ae, nominatum; cfr. Egli, 134). Est urbs Galliae.
Betulletani, orum; Betulletanus, a, um.

Boulogne-sur-Mer
Gesoriăcum, i, n.
Est urbs ac portus ad Fretum Gallicum; cfr. Mel. 3, 23: «portu, quem Gesoriacum vocant»; Plin. *H.N.* 4, 16, 30 (102); Sueton. *Claud.* 17 et 45: Ammian. 20, 9; al. Sequiore aetate nomen Bononiae invaluit; cfr. *Not. Gall.* 6, 12.
Gesoriacenses, ium, vel Bononienses, ium; Gesoriacensis, e. (cfr. *Paneg. Const. Caes.* 14; *Itin. Hieros.* p. 496), vel Bononiensis, e (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Bourges
Avarĭcum, i, m.
De hac urbe, ad Avarum flumen (=*Auron*) sita, commemorat Caesar *B.G.* 7, 13: «Caesar ad oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione»; id., ibid. 15. Seriore aetate invaluit etiam nomen Biturix, gis: cfr. Greg. Tur. *Franc.* 4, 31, 5, 33 et 35, vel civitas, oppidum Biturigum, vel urbs Bituriga.
Avaricenses, ium (Caes. *B.G.* 7, 47); Avaricensis, e.

Bourg St. Pierre
Burgum S. Petri, n.
Est pagus Helvetiae, prope iugum Montis Iovis situm.

Bozen
v. Bolzano.

Brà
Barderate, is, f. (cfr. IM)
Est oppidum Pedemontii.
Barderatenses, ium; Barderatensis, e.

Brabante Bravante Brabante Brabant
Brabantia, ae, f.
Est perampla Belgii provincia.
Brabantenses, ium; Brabantensis, e.

Bracciano
Forum Clodii, n.
Hoc oppidum, ad lacum Sabatinum situm, memoratur in C.I.L. 11, p. 502; in Itin. Anton.; cfr. Ptol. 3, 1, 50; Plin. *H.N.* 3, 15, 20 (116). Quoad casum locativum v. *Forlì* (Forum Livii).
Foroclodienses, ium; Foroclodiensis, e.

Bracciano (lacus)
Lacus Sabatinus, m.
De hoc lacu, non ita procul ab Urbe sito, commemoratur apud Frontin. *Aquaed.* 71; *Dig.* 17, 1, 69 (lacus Sabatinus Angularius).

Bradford
Bradefordia, ae, f. (cfr. OL: Bradeforda).
Est oppidum Britannicum.
Bradefordienses, ium; Bradefordiensis, e.

Braga
Bracăra, ae, vel plenius Bracăra Augusta, f. Haec urbs Lusitana memoratur a Ptol. 2, 6, 39; in C.I.L. 2, 2423, 4747, 4749; Tav.; al.
Bracaraugustani, orum (cfr. C.I.L. 2, p. 338; vel Bracarenses, ium (cfr. Plin. *H.N.*

3, 4 [18]; est tamen origine adi. ad gentem, quae et Bracari vel Bracares, pertinens); Bracaraugustanus, a, um, vel Bracarensis, e.

Bragança
Brigantia, ae, f.
Est urbs Lusitana, quae et Brigantium; cfr. Itin. Anton.; Ptol. 2, 6, 4; Dion. 37, 53; Rav.
Brigantienses, ium; Brigantiensis, e.

Bramaputra Brahmapoutra Brahmaputra
Brachmaputra, ae, f.
Quandoquidem *Brachmani* est vox Latina, non immerito haec scribendi ratio proponitur.
Est autem Brachmaputra, i.e. *filius dei Brachma,* permagnus fluvius Indiae, qui in Gangem inferiorem influit.

Brambach
Brambacum, i, n.
Est oppidum Germanicum.
Brambacenses, ium; Brambacensis, e.

Brancaster
Branodunum, i, n.
De hoc oppido Britannico commemoratur in *Not. Dign. occ.,* 28.
Branodunenses, ium; Branodunensis, e.

Branton
Brantonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Brantonienses, ium; Brantoniensis, e.

Brasile Brésil Brasil Brazil Brasilien
Brasilia, ae, f.
Nomen immensae huius regionis deductum esse videtur a verbo Lusitano *brasa,* quo carbonis ignis, rubor significantur, ac quidem propter ligna rubea, quae ibi inveniuntur (cfr. Egli, 140).
Brasilienses, ium; Brasiliensis, e.

Brasilia
Brasiliopŏlis, is, f.
Est caput Brasiliae. Ex usu Curiae Romanae scribitur Brasiliapolis; est tamen prae nobis ferendum verba primae declinationis, quando cum aliis in unum coalescant, ex more in -o exire; cfr. Helenopolis, oppidum Bithyniae, a Constantino Magno ita appellatum in honorem matris Helenae, ut est apud Cassiodor. *Hist. trip.* 2, 18; item Helenopontus, regio in Asia, ab eodem Constantino sic nuncupata, Iustin. *Novell.* 28, 1.
Brasiliopolitani, orum; Brasiliopolitanus, a, um.

Brasov
Brassovia, ae, f.
Est urbs Transilvaniae.
Brassovienses, ium; Brassoviensis, e.

Bratislava Pressburg
Posonium ii, n. (DG, B), vel Bratislavia, ae, f. Est urbs Tzechoslovakiae.
Posonienses, ium, vel Bratislavienses, ium; Posoniensis, e, vel Bratislaviensis, e.

Braunau
Brunodunum, i, n.; cfr. IM; DG.
Hoc oppidum ad Aenum, ubi Germaniam ab Austria dispescit, positum est.
Brunodunenses, ium; Brunodunensis, e.

Brazza
Brattia, ae, f.
Est insula maris Hadriatici; cfr. Itin. Anton.; Tab. Peut.; Rav.; Plin. *H.N.* 3, 26, 30 (152); C.I.L. 3, 3093, 3094.

Brazzaville
Brazapŏlis, is, f.
Est urbs caput Rei publicae Popularis Congicae.
Nomen repetitur a Petro Savorgnan de Brazza, illustri regionum exploratore.
Brazapolitani, orum; Brazapolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Brazzapolitanus).

Breda
Breda, ae, f.
Est urbs Nederlandica.
Bredani, orum; Bredanus, a, um.

Bregenz
Brigantium, ii, n.
Dicitur etiam Brigantia, ae, f. (Itin. Ant.); prior scribendi ratio invenitur apud geographos Graecos (Strab. et Ptol.: Βριγάντιον), in C.I.L. 3, 5988 et 5989; et in Tab. Peut.
Brigantienses, ium (cfr. C.I.L. 3, 13542: «negotiatores Brigantienses»); Brigantinus, a, um (cfr. lacus Brigantinus).

Breisach
Brisacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Brisacenses, ium; Brisacensis, e.

Breisgau
Brisgovia, ae, f., vel pagus (regio) Brisgavorum.

Brema Brême Bremen
Brema, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Bremenses, ium; Bremensis, e.

Bremerhaven
Portus Bremensis, m.
Est urbs Germaniae.

Bremersdorp
Bremersdorpium, ii, n.
Est oppidum Africae Australis.
Bremersdorpienses, ium; Bremersdorpiensis, e.

Brenta
Brinta, ae, f.
Est fluvius Venetiae; cfr. Martial. 4, 677: «Brinta fluens iter est Retenone secundo»; Venant. *Carm.* 4, praef.; Tab. Peut; al.

Brescello
Brixellum, i, n.
Est oppidum Italicum, de quo Plin. *H.N.* 3, 15, 20 (115); Sueton. *Oth.* 6; Ambros. *Ep.* 39; Sidon. *Ep.* 1, 5, 5; al. commemorant.
Brixellani, orum (C.I.L. 11, 6658); Brixellanus, a, um (C.I.L. 11, 1027 et 1295; sed ex usu Curiae Romanae: Brixellensis).

Brescia
Brixia, ae; f. cfr. Catull. 67, 34: «Brixia Veronae mater amata meae».
Brixiani, orum (Liv. 21, 25; C.I.L. 5, 4319); Brixianus, a, um (Tac. *Hist.* 3, 27; Augustin. *Haer.* 41; al.) vel Brixiensis, e (Augustin. *Ep.* 222; ita etiam ex usu Curiae Romanae).

Breslavia Wroclaw Breslau
Vratislavia, ae, f., vel Breslavia, ae, f.
Vratislavienses, ium, vel Breslavienses, ium; Vratislaviensis, e, vel Breslaviensis, e.

Bressuire
Bercerium, ii, n. vel Berchorium, ii, n.
Berceriensis (Berchorienses), ium; Berceriensis (Berchoriensis) e.

Brest
Brivates, um.
Sic haec urbs Gallica, in littore Oceani Atlantici, appellatur; cfr. C. Est tamen animadvertendum nomen non esse antiquum. Apud veteres quidem occurrit vicus Aquitaniae, cui nomen Brivas, atis, veluti apud Sidon. *Carm.* 24, 16, et Greg. Tur. *Franc.* 10, 30.
Brivatenses, ium; Brivatensis, e.

Bretagna Bretagne
Aremorĭca, ae, f.; scribitur etiam Aremorĭcum, i, n.
Memoratur a Plin. *H.N.* 4, 17, 31 (105); Eutrop. 9, 21; al.
Aremorĭci, orum (cfr. Eucher, *Instr.* 2, p. 146).
Aremorĭcus, a, um (cfr. Sidon, *Carm.* 7, 247, 369, et 548; Rut. Namat. 1, 213; al).
Occurrit quoque forma contracta Armorĭca, Armorĭcus.

Breteuil
Bratuspantium, ii, n.
Hoc oppidum Galliae a Caes. *B.G.* 2, 13, memoratur (de eius situ disceptatur).
Est etiam: Britulium, ii, n.
Bratuspantienses, ium; Bratuspantiensis, e; vel Britulienses, ium; Brituliensis, e.

Briançon
Brigantio, onis, f.
Est urbs Gallica, in Alpibus Cottiis sita.
Memoratur apud Ptol. 2, 12; Strab. 4, 6, 8; in C.I.L. 12, 94; in Tab. Peut.; apud Ennod. *Carm.* 1, 1; al.
Brigantienses, ium; Brigantiensis, e (cfr. C.I.L. 12, 118).

Bridgetown
Pontipŏlis, is, f.
Est urbs caput Insularum Barbatianarum (v. *Barbados*).
Pontipolitani, orum; Pontipolitanus, a, um.

Bridlington
Bridlingtonia, ae, f. vel Bridlintonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Bridlin(g)tonienses, ium; Bridling(g)toniensis, e.

Briga Brigue Brig
Briga, ae, f.
Est oppidum Helvetiae.
Brigenses, ium; Brigensis, e.

Brighton
Brictelmestonia, ae, f. (ponitur etiam: Brichtelmestuna, Bristelmestono, Bristelmestuna).
Brictelmestonienses, ium; Brictelmestoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Brichtelmestunensis).

Brignole
Brignolium, ii, n.; (cfr. BM.).
Est urbs Galliae.
Brignolienses, ium; Brignoliensis, e.

Brindisi
Brundisium, ii, n. Exarandi ratio Brindisium est sequioris aetatis.
Haec urbs Calabra, ut olim dicebatur, in Sallentinis, anno 266 a. Ch. n. capta est a Romanis, qui eo coloniam deduxerunt.
Brundisini, orum; Brundisinus, a, um.

Brisbane
Brisbania, ae, f.
Est urbs Australiae, ac quidem caput Terrae Reginensis (*Queensland*).
Brisbanienses, ium; Brisbaniensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Brisbanensis).

Bristol
Bristolium, ii, n. (cfr. FB).
Est urbs Britanniae.
Bristolienses, ium; Bristoliensis, e.

Brno Brünn
Bruna, ae, f.
Est urbs Tzechoslovakiae.
Brunenses, ium; Brunensis, e.

Brooklyn
Bruclinum, i, n.
Est urbs continens Novo Eboraco, megalopoli, quacum in unum coaluit. Nomen vero a pago Hollandico *Breukelen* repetitur, qui est inter Amstelodamum et Traiectum; est enim *Brooklyn* seu, ut ponimus, Bruclinum ea aetate conditum, qua regioni illi Americanae Nederlandienses dominabantur.
Bruclinenses, ium; Bruclinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Bruklyniensis).

Bruchsal
Bruxalium, ii, n.; cfr. D G; de originatione huius nominis, quo urbs Germaniae appellatur, cfr. Bruxelles.
Bruxalienses, ium; Bruxaliensis, e.

Bruck an der Mur
Muripons, tis, m.; dicitur etiam Pons ad Muram (FB).
Est urbs Austriae.
Muripontani, orum; Muripontanus, a, um.

Brunei Brouneh
Bruneium, i, n.
Est phylarchi (seu *solidani*) dicio, in insula Borneo sita et Britanniae praesidio obtecta.
Bruneienses, ium; Bruneiensis, e.

Bruneck
v. Brunico.

Brunico Bruneck
Brunopŏlis, is, f.
Ita e vetere usu Curiae episcopalis Brixinensis appellatur hoc oppidum (*Brunoeck* = Castrum Brunonis), in Athesia seu Tiroli Meridiana situm.
Brunopolitani, orum; Brunopolitanus, a, um.

Brünn
v. Brno.

Brüssel
v. Bruxelles.

Bruxelles Brüssel
Bruxellae, arum, f.
In hoc nomine, quo caput Belgii appellatur, inest vox Germanica (antiqu.) *bruoh* (*brôk, bruoch*), qua terra uliginosa vel campus paludosus significantur; olim scribebatur *Brucsella* (Förstemann, II, 582-583).
Bruxellenses, ium; Bruxellensis, e.

Bucarest
Bucarestii, orum, m.
Est caput Dacoromaniae.
Bucarestienses, ium; Bucarestiensis, e.

Buchara Boukhara
Buchara, ae, f.
Est urbs Russica.
Bucharenses, ium; Bucharensis, e.

Buchhorn
Buchorna, ae, f.
Est oppidum Germaniae; cfr. FB.
Buchornenses, ium; Buchornensis, e.

Buchloe
Buchlŏa, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Buchloani, orum; Buchloanus, a, um.

Buckingham
Buchingamia, ae, f. (cfr. OL: Buchinghamia, Bukehamia).
Buchingamienses, ium; Buchingamiensis, e.

Budapest
Budapestĭnum, i, n.
Duae urbes, altera *Buda*, altera *Pest*, in unam coaluerunt, ut notum est.
Pars vetus urbis Budae olim audiebat Acincum vel Aquincum (plenius Aelia Septimia Aquincum).
Budapestinenses, ium; Budapestinensis, e.

Budweis
v. České Budějovice.

Buea
Buēa, ae, f.
Est oppidum Cammaruniae.

Bueani, orum; Bueanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bueaënsis).

Buenaventura
Bonaventura, ae, f.
Hoc oppidum in finibus Columbiae est situm.
Bonaventurenses, ium; Bonaventurensis, e.

Buenos Aires
Bonaëropŏlis, is, f.
Ab aliis ponitur: Bonus Aër, vel Bonae Aurae (plur.); praeferenda tamen videtur prima appellandi ratio (cfr. B).
Bonaëropolitani, orum; Bonaëropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Bonaërensis).

Buffalo
Buffălum, i, n.
Haec urbs in finibus Novi Eboraci est sita, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Buffalenses, ium; Buffalensis, e.

Bug
Hypănis, is, m.
Est flumen Russiae, inter Tyram et Borysthĕnem, in Pontum Euxinum se exonerans. Cfr. Mel. 2, 7; Solin. 14; Cic. *Tusc.* 1, 39, 94; Ovid. *Pont.* 4, 10, 47 et *Mel.* 15, 285; Verg. *Georg.* 4, 370; al.

Bühren
Burae, arum, f. (cfr. OL).
Burani, orum; Buranus, a, um.

Bujumbura
Buiumbura, ae, f.
Est caput Burundiae seu Rei publicae Burundiensis.
Baiumburenses, ium; Baiumburensis, e.

Bulawayo
Bulavaium, i, n.
Est urbs Rhodesiae.
Bulavaienses, ium; Bulavaiensis, e.

Bulgaria Bulgarie Bulgaría Bulgarien
Bulgaria, ae, f.
Bulgări, orum; Bulgarĭcus, a, um.

Bulkington
Bulkintonia, ae, f. (OL: Bulkintona).
Est oppidum Britanniae.
Bulkintonienses, ium; Bulkintoniensis, e.

Bundaberg
Bundaberga, ae, f.
Est urbs Australiae.
Bundabergenses, ium; Bundabergensis, e.

Bundesrepublik Deutschland
v. Repubblica Federale di Germania.

Bune
Buna, ae, f.
Est fluvius Britanniae (Cfr. OL).

Burgdorf
Burgivilla, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Hevetium.
Burgivillani, orum; Burgivillanus, a, um.

Burgeis
v. Burgusio.

Burgenland
Regio Castellana, f.
Haec Regio Foederata Rei publicae Austriacae Hungariae conterminat. Nomen Germanicum *Burg*, ut notum est, idem valet ac castrum, arx, *Land* vero idem ac regio. Adi. castellanus, a, um, apud Cic. *Brut.* 256, in Cod. Theod. 7, 15, 12, al. scriptum invenimus.

Burghausen
Burchusium, ii, n. (cfr. OL).
Est oppidum Bavaricum.
Burchusienses, ium; Burchsiensis, e.

Burgos
Burgum, i, n.
Ponitur etiam Bravum Burgi (cfr. DG; C).
Burgenses, ium; Burgensis, e.

Burgund Burgundy
v. Borgogna.

Burgusio Burgeis
Burgusium, ii, n. (cfr. OL).
Burgusienses, ium; Burgusiensis, e.

Burlington
Burlintonia, ae, f.
Nomen huius urbis, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. positae, eodem modo confictum est quo Vasintonia (*Washington*).
Burlintonienses, ium; Burlintoniensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Burlingtonensis).

Burlington (in Canada)
Burlintonia, ae, Canădae, f.
Est urbs in Canadensi Dicione posita.
Burlintonienses, ium, Canadae; Burlintoniensis, e, Canadae (ex usu Curiae Romanae: Burlingtonensis).

Burma
v. Birmania.

Bursfeld
Bursfeldia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Bursfeldienses, ium; Bursefldiensis, e.

Burundi
Burundia, ae, f.
Haec Civitas, anno 1962 sui iuris facta ut Regnum, anno 1966 Rei publicae formam accepit.
Burundienses, ium; Burundiensis, ex (Res publica Burundiensis).

Busto Arsizio
Buxtum Arsitium, n.
Est oppidum Italicum.

Buta
Buta, ae, f.
Est urbs in Civitate Zairitana sita.
Butenses, ium; Butensis, e.

Butan Bhutan
Butania, ae, f.
Haec regio ad orientalia montis Imai pertinet iuga.
Butaniani, orum; Butanianus, a, um.

Buxtehude
Buxtehuda, ae, f. (cfr. BM).
Est oppidum Germaniae.
Buxtehudenses, ium; Buxtehudensis, e.

Byzantium Byzanz
v. Bisanzio.

C

Cabimas
Cabimae, arum, f.
Est urbs, episcopi sedes, quae Venetiolae finibus continetur.
Cabimenses, ium; Cabimensis, e (cfr. AP).

Cabra
Igabrum, i, n.
De hoc oppido Hispanico in C.I.L. 2,1610, commemoratur.
Igabrenses, ium (ib.); Igabrensis, e.

Caçador
Venatoria, ae, f.
Nomine vulgari huius urbis Brasiliensis venator significatur.
Venatoriani, orum; Venatorianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Captatoropolitanus).

Cáceres (in Hispania)
Castra Caecilia, n.
Hoc oppidum Hispaniae a Metello a. 142 a.Ch.n. conditum est.
Castrenses, ium; Castrensis, e (ex usu Curiae Romanae: Castrorum Caeciliorum).

Cáceres (in Insulis Philippinis)
Nova Castra, n.
Haec urbs appellabatur plenius «Nueva Cáceres», e nomine vetusti oppidi cognominis, in Hispania siti.
Novocastrenses, ium; Novocastrensis, e (ex usu Curiae Romanae: Cacerensis).

Cadix
Gades, ium, f.
De hac urbe Hispanica plures scriptores veteres commemorant.
Gaditani, orum; Gaditanus, a, um.

Cadore
Cadubrium, ii, n.
Est oppidum Italiae; cfr. G. B. Pellegrini, *Friuli preromano e romano*: Atti dell'Accademia di Udine, 1966-1969, ser. VII, vol. VII, p. 25.
Cadubrienses, ium; Cadubriensis, e.

Cadorese (il) **Cadorin** (le)
Cadubrium, ii, n. (FB).
Est tractus Italiae in Alpibus positus.
Ab aliis ponitur: Ager Cadorinus.

Caen
Cadomum, i, n.
Hoc nomine, post Romanorum aetatem invecto, urbs Normanniae, regionis Gallicae, vocitatur.
Cadomenses, ium; Cadomensis, e.

Cagli
Callium, ii, n. vel Callis, is, m, (cfr. DG; AP).
Callienses, ium; Calliensis, e.

Cagliari
Carălis, is, f. vel Carăles, ium, plur.
De hac Sardiniae urbe plures scriptores veteres commemorant, veluti Plin. *H.N.* 3, 7, 13 (85); Liv. 23, 40 et 41 et 30, 39; item in titulis: C.I.L. 10, 7541, 7999, 8022 (scribitur interdum etiam Karales).
Caralitani, orum; Caralitanus, a, um (hae formae item veterum testimoniis comprobantur).

Cahors
Cadurci, orum, m.
Ut patet, urbs e nomine tribus Cadurcorum appellatur; cfr. Paulin. Nol. *Ep.* 48: «Alethius Cadurcis sacerdos»; Sidon. *Carm.* 9.281: «Natales puer horruit Cadurcos». Seriore aetate invenitur etiam forma singularis Cadurcus, i; vel Cadurcum, i.
Vetus autem nomen est Divŏna Cadurcorum, de quo Ptol., 2,7,9, Auson., *Clar. urb.* 14, 32 commemorant (item in Tab. Peut.).
Cadurcenses, ium; Cadurcensis, e, vel Cadurcinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Cadurcensis).

Caiazzo
Caiatia, ae, f.
Hoc oppidum in Campania, regione Italiae, situm est; cfr. Liv. 9, 43 et 23, 14; C.I.L. 10, p. 444 et 978.
Caiatini, orum (in titulis); Caiatanus, a, um.

Caines Kuens
Cainina, ae, f.
Hic pagus Tirolensis in Athesis Superioris regione memoratur ab Arbeone, *Vita S. Haimrami* (*M.G.H., Script. rer. Mer.* VI, p. 580).

Cairate
Cariata, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Cariatenses, ium; Cariatensis, e.

Cairns
Cairna, ae, f.
Est urbs Australiae.
Cairnenses, ium; Cairnensis, e.

Cairo Caire Cairo
Cairus, i, f. (cfr. F B; Bacci; al.). Haec urbs, quae caput est Rei publicae Arabicae Aegyptiae, Arabum sermone, qui eam prope Memphim condiderunt, audit *Masr el-Kahira,* id est *urbs victrix.*
Cairenses, ium; Cairensis, e.

Cajamarca
Caiamarca, ae, f.
Est urbs Peruviana.
Caiamarcenses, ium; Caiamarcensis, e.

Calabria Calabre Calabria Kalabrien
Bruttii, orum; quo nomine olim et populus et regio, quam incolebat, appellabantur; cfr. Varro *R.R.* 2, 1, 2: «Nobiles pecuariae in Bruttiis habentur; Liv. 27, 35: «Cui Bruttii provincia evenisset».
Calabria erat regio in extrema parte orientali Italiae, inter mare Hadriaticum et sinum Tarentinum (*Terra d'Otranto*). Videtur autem hoc nomen nunc transferri posse ad significandam regionem, quae Italice *Calabria,* olim Bruttii, dicebatur.
Bruttii, orum vel Calabri, orum;
Brutiius, a, um, vel Bruttianus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 19, 8, 41 [141]; C.I.L. 6, 975; 15, 18-43; al.), vel Calaber, bra, um, vel Calabrĭcus, a, um (cfr. Colum. 12, 51, 3: «Olea Calabrica»; Plin. *H.N.* 6, 8, 69; C.I.L. 10, 1795).

Calahorra
Calagurris, is, f.
Haec urbs Hispaniae, «haerens scopu-

lis», ut ait Ausonius, *Ep.* 25, 57, memoratur a pluribus scriptoribus veteribus (veluti Liv. 39, 21 et *Epit.* 91 et 93; Sveton. *Aug.* 49; Flor. 3, 22; Prudent. *Perist.* 1, 117; Oros. *Hist.* 5, 23).
Calagurritani, orum;
Calagurritanus, a, um.

Calais
Caletum, i, n. (cfr. C).
Est portus perfrequens, unde naves Britanniam petentium solvuntur.
Caletenses, ium; Caletensis, e.

Calalayud
v. Cerro de Bambola.

Calapan
Calapana, ae, f.
Hoc oppidum in Philippinis Insulis est positum.
Calapanenses, ium; Calapanensis, e.

Calcutta
Calcutta, ae, f.
Est perfrequens urbs Indiae.
Calcuttenses, ium; Calcuttensis, e (cfr. AP).

Caldaro Kaltern
Caldarium, ii, n.
Est oppidum regionis Athesinae seu Tirolis meridianae.
Caldarienses, ium; Caldariensis, e.

Calgary
Calgaria, ae, f. (cfr. AP).
Est urbs Canadensis.
Calgarienses, ium; Calgariensis, e.

Calí
Calia, ae, f.
Est urbs Columbiana.
Calienses, ium; Caliensis, e.

Calicut
Calicutum, i, n.
Est urbs Indica.
Calicutenses, ium; Calicutensis, e.

California Californie California Kalifornien
California, ae, f.
Est Foederata Civitas Americae Sept. Arbitrati sunt olim nomen deductum esse a sermone Latino, a «calida fornace», quod Ferdinandus Cortés, vir Hispanus, qui Mexicum expugnavit, regionem ob aëra calidum ita appellasset. Sed hoc non est veri simile. In vulgatissima enim fabula Hispanica, qua res heroicae narrantur quaeque *Las Sergas de Esplandian* inscribitur (ineunte saeculo XVI est edita), sermo est de regione *Californe*, cuius mentio iam in carmine epico Rolandi (*Chanson de Roland*, v. 2924) occurrit, nomine ac re a poeta fictis.
Californiani, orum; Californianus, a, um.

Callao
Callaum, i, n.
Est urbs Peruviana.
Callaënses, ium; Callaënsis, e.

Calliano
Callianum, i, n.
Est pagus Pedemontanus.
Callianenses, ium; Callianensis, e.

Calmar
Calmaria, ae, f. (cfr. DGAM).
Est urbs Suetica.
Calmarienses, ium; Calmariensis, e.

Caltagirone
Calata Hieronis, f. (cfr. DGAM).
Ab aliis, minus recte, ponitur: Calatayeronium.
Est urbs Siciliae.
Calatahieronenses, ium; Calatahieronensis, e (ex usu Curiae Romanae: Calatayeronensis).

Caltanissetta
Calloniana, ae, f. (cfr. Itin. Anton.).
Ab aliis ponitur Calatanisium, ii, n. (Calathanisium).
Est urbs Siciliae.

(*) Cambogia Cambodge Camboya Kambodscha:
Cambosia, ae, f. Cambosiani, orum; Cambosianus, a, um.

Callonianenses, ium (Calatanisienses); Calloniensis, e (Calatanisiensis, e); ex usu Curiae Romanae: Calathanisiadensis).

Calvario Calvaire Calvario Calvary Kalvarienberg
Calvariae locus, vel Mons, m.

Calvi
Cales, ium, f. vel, ut est apud Sil. It. 12, 525, Cale, is (acc. Calen).
Hoc oppidum Campaniae a pluribus veteribus commemoratur.
Caleni, orum; Calenus, a, um (cfr. Cic. *Fam.* 9, 13; Hor. *Carm.* 1, 20, 9, qui eius oppidi vinum celebrabat).

Camaldoli
Camaldŭlum, i, n.
Sic pagus et vallis Tusciae appellantur, unde Camaldulensium Ordo originem traxit (cfr. C).

(*)
Cambrai
Camaracum, i, n. Ab aliis ponitur Cameracum.
De hac urbe Galliae commemoratur apud Greg. Turon. *Franc.* 2, 9, in Tab. Peut., in Itin. Anton., in C.I.L. 13, 1.
Camaracenses, ium (*Not. Gall.* 6, 6); Camaracensis, e (Greg. Turon. *Franc.* 6, 41; ex usu Curiae Romanae: Cameracensis).

Cambridge
Camborĭcum, i, n. (cfr. Itin. Ant.; C.I.L. 7, p. 35), vel., ut seriore aetate invaluit magisque frequentatur, Cantabrigia, ae, f.
Cantabrigenses, ium; Cantabrigiensis, e.

Camden
Camdenia, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Camdeniani, orum; Camdenianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Camdensis).

Camerino
Camerinum, i, n.
De hac urbe Umbriae plures veteres scriptores commemorant (cfr. Cic. *Att.* 9, 12; Caes. *B.C.* 1, 15).
Camertes, ium (vel -um), ut est apud Sall. *Cat.* 27; Cic. *Balb.* 20, 46; Liv. 9, 36; al., vel Camerini, orum; Camerinus, a, um.

Camerun Cameroun Camerún Cameroon Kamerun
Cammarunia, ae, vel Camarunia, ae, f.
Haec Res publica Foederata, anno 1961 constituta, appellatur e nomine fluminis (seu potius eius aestuarii), quod Lusitani *Rio dos Camarões*, id est flumen cammarorum, nuncuparunt (Egli, 165). Est autem cammarus (=cancer) voc Latina a Graecis recepta (κάμμαρος); cfr. Varr. *R.R.* 3, 11, 3; Plin. *H.N.* 32, 11 (148); Martial. 2, 43, 12; Lamprid. *Heliogab.* 19, 6; Apic. 2, 37.
Cammarunienses (Camarunienses), ium; Cammaruniensis, (Camaruniensis), e.

Cametá
Cameta, ae, f.
Est oppidum Brasiliense.
Cametenses, ium; Cametensis, e.

Camonica
Vallis Camunorum vel Camunĭca, f.
Camuni fuerunt gens inalpina, de qua apud Plin. *H.N.* 3, 20, 24 (134), et in C.I.L. 5, 4957, commemoratur.

Campania Campanie Campania Kampanien
Campania, ae, f.
Cfr. Schol. Horat. *Sat.* 2, 8, 56: «In campis vero sita est Campania, unde etiam nomen accepit».
Est regio Italiae ferax, unde et felix cognominatur.
Campani, orum; Campanus, a, um.

Campill Kampill
Campillus, i, m.
Hic pagus in regione Dolomiana est situs.
Campillenses, ium; Campillensis, e.

Campinas
Campestria, um, n.
Est urbs Brasiliensis. *Campina*, secundum sermonem Lusitanum, planitiem (seu campestria) sine arboribus significat.
Campestres, ium; Campester, stris, stre (ex usu Curiae Romanae: Campinensis).

Campli
Camplum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Camplenses, ium; Camplensis, e.

Campobasso
Campus Bassus, i, m. Adiectivum bassus, a, um, in lingua Latina idem valet ac pinguis, obesus. Media vero aetate ei tributa est significatio: planus, demissus, humilis (cfr. Ioann. a Ianua apud Du Cange s.v.: «bassus, non altus, quia pinguedo non sinit in altum crescere»). Cfr. Chart. Merkl. (a. 1174): «circa quam (quercum) terra bassa est quasi vallis» (alia exempla in M W); Thom. a Kempis, *Chronicon Montis S. Agnetis*, 1: «locus bassus complexioni humanae nequaquam convenit».
Urbs, vulgo *Campobasso* appellata, caput est regionis Molisinae in Italia.
Campobassenses, ium; Campobassensis, e.

Campos
Campi, orum, m.
Est urbs Brasiliensis (nomen Lusitanum *campo* deductum est, ut liquet, a verbo Latino campi).
Campenses, ium; Campensis, e (cfr. Apul. *Met.* 11, 27; Hier. *Ep.* 15, 3; al.; ex usu Curiae Romanae: Camposinus).

Canadà Canada Kanada
Canăda, ae, f. Ab aliis ponitur Canadia, ae; est tamen animadvertendum nomen deductum esse a verbo *irokesano* «kanata», cuius vis est vicus, oppidum (cfr. Egli, 166).
Canadenses, ium; Canadensis, e (Dicio Canadensis).

Canarie (Isole) **Iles Canaries Islas Canarias Canary Islands Kanarische Inseln**
Insulae Fortunatae, vel Canariae, f.
Hae insulae, in Oceano Atlantico positae et caeli temperie commendatae, dictae sunt olim insulae Deorum vel Fortunatae; cfr. Plin. *H.N.* 4, 22, 36 (119); 6, 32, 37 (202). Quas poetae fabulati sunt esse Beatorum sedem (αἱ Μακάρων νῆσοι), quam Elysium vocitant.
Earum princeps appellata est Canaria (a verbo canis), ut est apud Capell. 6, § 702; ex quo factum, ut etiam ceterae interdum Canariae dicerentur; cfr. Arnob. 6, 5. Quod nomen ex eo est ortum, quod canes ingentis magnitudinis ibi sunt reperti (Plin. *H.N.* 3, 32, 37 [202]; Solin., 56).

Canavese (il)
Canapicium, ii, n. (FB).
Est regio minor Italiae, quae olim dicebatur regio Salassorum vel simpliciter Salassi, orum.

Canberra
Camberra, ae, f. (cfr. AP).
Est urbs caput Civitatum Foederatarum Australiae.
Camberrenses, ium; Camberrensis, e.

Cancello
Suessŭla, ae, f.
Est oppidum Campaniae. Cfr. Liv. 7, 37, et alib.; C.I.L. 1, 10 p. 363 et 976; Tab. Peut.
Suessulani, orum (Liv. 8, 14; Plin. *H.N.* 3, 5, 9 [64]).
Suessulanus, a, um.

(*) Capo Verde Cap Vert Cabo Verde Cape Verde Island Kapverdische Inseln: Promunturium Viride, n.

Candia
v. Creta.

Candy Kandy
Candium, ii, n. (cfr. DG).
Est antiquum caput Ceilani.
Candienses, ium; Candiensis, e.

Canosa
Canusium, ii, n.
Est oppidum Apuliae; cfr. Hor. *Sat.* 1, 10, 30; Mel. 2, 66; Cic. *Att.* 8, 11; Caes. *B.C.* 1, 24; Liv. 9, 20; al.
Canusini, orum; Canusinus, a, um.

Canossa
Canossa, ae, f. (cfr. L).
Est oppidum Italicum.
Canossiani, orum; Canossianus, a, um.

Canterbury
Durovernum, i, n., vel Cantuaria, ae, f. Prius nomen huius urbis, in Cantio (=*Kent*), Britanniae promunturio, sitae, memoratur apud Ptolomaeum (Δουρουέρνον); in Tab. Peut.; in C.I.L. 7, 20. Alterum, quod magis frequentatur, deductum est a Cantio vel a Cantiis, gente Britanniae, cuius Caesar, *B.G.* 5, 14, mentionem facit.
Cantuarienses, ium; Cantuariensis, e.

Cantù
Canturium, ii, n.
Est oppidum regionis Pedemontanae in Italia (OL; L; al.).
Canturienses, ium; Canturiensis, e.

Caorle
Caprŭlae, arum, f.; cfr. B.
Est oppidum in Venetiae finibus situm.
Caprulani, orum; Caprulanus, a, um.

Capena
Capena, ae, f.
Est oppidum Latii; cfr. Serv. ad Verg. *Aen.* 7, 697; C.I.L. 11, 3878, 3935; Liv. 6, 5.

Capenates, ium; Capenas, tis, vel Capenus, a, um.

Cap Haïtien
Promunturium Haitianum, n.

Capizzi
Capitium, ii, n.
Est oppidum Siciliae.
Capitini, orum; Capitinus, a, um (cfr. Cic. *Verr.* 3, 103).

Capo di Buona Speranza Cap de Bonne-Espérance Cape of Good Hope Kap der Guten Hoffnung
Promunturium Bonae Spei, n.

Capo Bon Cap Bon (Ras Addar)
Mercurii Promunturium, n.
Hoc promunturium Tunesiae Siciliam versus porrigitur.
Memoratur a Mela, 1, 34; Liv. 29, 27; in Itin. Ant.

Capo Comorin Cap Comorin
Coliăcum (promunturium), n.
Hoc promunturium est in ipsa extrema parte australi Indiae; cfr. Plin. *H.N.* 6, 22, 24 (86).

Capodistria
Iustinopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Iustinopolitani, orum; Iustinopolitanus, a, um.

Capo (Cap Cabo Cape Kap) **Kennedy**
v. Kennedy.

(*)
Capri
Caprĕae, arum, f.
De hac amoenissima insula plures commemorant veteres scriptores, in primis Tacitus, *Ann.* 4, 67; et Suetonius, *Tib.* 40.
Capreenses, ium; Capreensis, e.

Capua
Capua, ae, f.
Est urbs antiquissima Italiae, in Campania sita, quae a pluribus scriptoribus veteribus memoratur.
Capuani, orum; Capuanus, a, um.

Carácas
Caracae, arum, f.
Est urbs caput Venetiolae. Quo nomine (*Caracas*) olim tribus autochthonum appellabatur.
Caracenses, ium; Caracensis, e.

Carate
Caratum, i, n.
Est oppidum Langobardiae; (cfr. *La diocesi di Milano*).
Caratenses, ium; Caratensis, e.

Caratinga
Caratinga, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Caratingenses, ium; Caratingensis, e.

Caravaggio
Caravagium, ii, n., vel Caravacium, ii, n. (cfr. OL).
Caravagienses (Caravacienses), ium; Caravagiensis (Caravaciensis), e.

Caravanca Karawanka Karawanken
Caravanca Mons, m.

Carbonia
Carbonia, ae, f.
Est oppidum Sardiniae.
Carbonienses, ium; Carboniensis, e.

Carcassonne
Carcăso, onis, f.
De hac urbe Galliae Caes. *B. G.* 3, 20; Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (36); Greg. Tur., *Franc.* 8, 30 (Carcasum); al. commemorant.
Carcasonenenses, ium (Greg. Tur. loc. mem.); Carcasonensis, e.

Cardiff
Cardiffa, ae, f.
Est urbs Britannica.
Cardiffenses, ium; Cardiffensis, e.

Cardigan
Cardigania, ae, f. (cfr. FB).
Est urbs Britanniae.
Cardiganienses, ium; Cardiganiensis, e.

Carelia Karelia Karelien
Carelia, ae, f. (cfr. FB).
Est regio inter Finniam et Russiam.
Carelienses, ium; Careliensis, e.

Carignano Cariñan
Carinianum, i, n. (cfr. L).
Est urbs Italica in regione Pedemontana sita.
Carinianenenses, ium; Carinianensis, e.

Carini
Hyccăra, orum, n.
Est oppidum Siciliae; cfr. Itin. Ant.; et e Graecis Thucid. 2, 62; Pausan. 2, 2, 5; Diod. 13, 6; Plut. *Nic.* 15 et *Athen.* 7, 327.
Hyccarini, orum; Hyccarinus, a, um.

Carinzia Carinthie Carintia Carinthia Kärnten
Carinthia, ae, f.
Est regio Austriae.
Carinthii, orum ; Carinthius, a, um.

Carlisle
Luguvallium, ii, n.; scribitur etiam Luguvallum, i, n.
Haec urbs Britannica, non procul a vallo Hadriani, quod olim fuit, sita, memoratur a Spartian. *Sev.* 22 (Luguvallum), in C.I.L. 7, p. 161 sqq.; in *Not. dign. occ.* 40, 46. Posteriore aetate invaluit nomen; Carleŏlum, i, n. (cfr. FB).
Luguvallenses, ium; Luguvallensis, e; vel Carleolenses, ium; Carleolensis, e.

Carmagnola
Carmaniŏla, ae, f. (cfr. L).
Est oppidum Pedemontanum.
Carmaniolani, orum; Carmaniolanus, a, um.

Carmelo Carmel Carmelo Karmel
Carmelus, i, m.
Nomen huius montis Palaestinensis significat «hortum Dei» (Hebr. *karmel* = *keren - El*); praeter Sacra Biblia, cfr. Plin. *H.N.* 5, 19, 17 (75); Sueton. *Vesp.* 5; Tac. *Hist.* 2, 78.
Carmelus, a, um (cfr. Plin., op. mem.; Promunturium Carmelum) vel Carmelius, incola (Hieron., *In Is.* 29, 17) vel Carmelites, m., incola (Vulg. *Par.* 1, 11, 37) et Carmelitis, idis, f. (ibid.).

Carmona
Carmo, ŏnis, m.
Est oppidum Hispaniae; cfr. Liv. 33, 21.
Carmonenses, ium (Caes. *B. C.* 2, 19); Carmonensis, e.

Carnia Carniole Carniola Krain
Carnia, ae, f.
Est quidem nomen mulieris e verbo Carnorum (Carni), gentis ad sinum Tergestinum incolentis, sed apte inducitur ad plagam Italicam significandam, quae est pars regionis Foroiuliensis (*Friuli*).

Carniche (Alpi) **Carniques Karnische Alpen**
Alpes Carnĭcae, f.
Haec montium iuga sunt pars Alpium, quae Venetiam ab Austria et Slovenia seiungunt; cfr. Plin. *H.N.* 3, 25, 28 (147).

Carolina
Carolina, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Carolinenses, ium; Carolinensis, e.

Caroline (Isole) **Carolines Carolinas Caroline Islands Karolinen**
Insulae Carolinae, f.
Hae insulae, in Oceania sitae, in Orientales et Occidentales dividuntur.

Caronia
Calacte, es, vel Calacta, ae, f.
De hoc oppido Siciliae memoratur apud Cic. *Verr.* 3, 43; Sil. It. 14, 251; Rav.; in Itin. Anton.; apud Diod. 12, 8 et 29.
Calactini, orum; Calactinus, a, um (Cic. *Verr.* 4, 22.49).

Carpazi Carpates Cárpatos Carpathians Karpaten
Carpates, um, m. (cfr. L).

Carpentras
Carpentoracte, is, vel Carpentorate, is, n.
Memoratur a Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (36); in titulo C.I.L. 12, 1239, alias.
Carpentoractenses, ium (cfr. *Not. Gall.* 11, 10: «Carpentoractensium civitas»); Carpentoractensis, e.

Carrara
Cararia, ae, f.
Est urbs Italica, lapicidinis marmorum praeclara. Non est nomen antiquum.
Cararienses, ium; Carariensis, e.

Carso Karst
Carsus, i, m.; (cfr. L).

Carsoli
Carseŏli, orum, vel Carsiŏli, orum, m.
De hoc oppido Italiae (Latii) cfr. Ovid. *Fast.* 4, 683; «Frigida Carsiolis nec olivis apta ferendis/Terra»; Liv. 10, 3 et 13 et 27; al. Carseolani, orum; Carseolanus, a, um.

Carson City
Carsonia, ae, f.
Haec urbs est caput Nivatae (*Nevada*),

unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Carsonienses, ium; Carsoniensis, e.

Cartagena
Carthago nova, f.
Est urbs Hispaniae, de qua Mel. 2, 9; 4 Plin. *H.N.* 31, 8, 43 (94) et 3, 3, 4 (21); al. commemorant.
Carthaginienses, ium; Carthaginiensis, e (ex usu Curiae Romanae additur: in Hispania).

Cartagena (in Columbia)
Carthago Columbiae, f.
Carthaginienses, ium, Columbiae; Carthaginiensis, e, Columbiae (ex usu Curiae Romanae: Carthaginensis in Columbia).

Cartama
Cartīma, ae, f.
Est oppidum Hispaniae; cfr. Liv. 40, 47.
Cartimitani, orum (C.I.L. 2, 1954, 1949); Cartimitanus, a, um.

Casale Monferrato
Casalis, is, m.
Hoc nomine, quod seriore aetate idem valet ac praedium (i.e. aedificium in praedio; cfr. Greg. Magn. *Ep.* 9, 194), urbs Italica appellatur. Re quidem vera antiquitus haec urbs Casalis S. Evasii, patroni, nuncupabatur (A. P. Frutaz, *Un diploma dell'imperatore Federico I per Casale Monferrato*, in Rivista di Storia ... di Alessandria, 46 (1937), p. 510: «Casalem S. Evasii»). Ab aliis perperam ponitur Casalium.
Casalenses, ium; Casalensis, e.

Casalmaggiore
Casale Maius, n.
In Latinitate seriore invenitur adi. casalis, e, = ad praedium pertinens. Quo utuntur gromatici: cfr. casales (termini) vel casalia, um; tunc iam substantivi vim induit. In Latinitate christiana casalis domum rusticam significat (cfr. Greg. Magn. *Ep.* 9, 194).
Casalenses, ium; Casalensis, e.

Cascemir Cachemir Cachemira Kashmir Kaschmir
Casmiria, ae, f.
Est regio ad meridianam partem Imai Montis patens. A Marco Polo *Chesimur* appellabatur. Nomen, ex fonte Sanscrito petitum, significat aut habitationem (*-mar*) aut lacum (*-mir*) viri sanctimonia illustris *Kasyapa* (Egli, 476).
Casmirienses, ium; Casmiriensis, e.

Cascia
Cassia, ae, f.
Est oppidum Umbriae, ubi sepulcrum colitur S. Ritae, «quae, post saeculi nuptias, aeternum sponsum Christum unice dilexit» (Martyrol. Rom. 22 Maii).
Cassiani, orum; Cassianus, a, um.

Casentino
Clusinus ager, m. (cfr. L).
Est regio Tusciae.

Caserta
Caserta, ae, f.
Non est nomen vetus Latinum. Est urbs Campaniae in Italia.
Casertani, orum; Casertanus, a, um.

Cashel
Cassilia, ae, f.
Est oppidum Hibernium.
Cassilienses, ium; Cassiliensis, e.

Cassino
Casinum, i, n.
Est urbs Italiae, olim in Volscis, ad radices posita montis, quem S. Gregorius Castrum Cassinum (Casinum) appellat (*Dial.* 2, 8).
Casinates, ium (Casinas, atis); cfr. Cic. *Planc.* 9, 22, vel sequiore aetate Casinienses, ium (Tertull. *Nat.* 2, 8); Casinatis (Liv. 22, 13 et 26, 9). Apud Sil. It. 12, 527, est Casinus, a, um.

Castel Bolognese
Castrum Bononiense, n. (cfr. L).
Est oppidum non procul a Bononia situm.

Castelfidardo
Castrum Ficardi, n. (cfr. L).
Est oppidum Italiae.

Castelfiorentino
Castellum Florentinum, n.
Est oppidum Tusciae.

Castelfranco
Forum Gallorum, n.
Hoc oppidum in regione Flaminia (inter Mutinam et Bononiam) situm memoratur a Cic. *Fam.* 10, 30; Frontin. *Strat.* 2, 5, 39; et apud Rav.
De casu locativo v. *Forlì* (Forum Livii).

Castelfranco (Veneto)
Francorum Castrum, n. (cfr. DNT).
Francocastrenses, ium; Francocastrensis, e.

Castel Gandolfo
Arx Gandulfi, f.
Hoc nomen inditum est arci seu castro, ubi Romani Pontifices aestatem agere solent. Ab aliis scribitur *Gandulphus, i*, sed perperam, siquidem nomen non a fonte Graeco, sed Germanico petitur: priscum enim verbum *gandr* vel *gand* idem valet ac fascinatio, res mira (Förstemann I, p. 594 sqq.), et *wulf* (*wolf*) lupus.

Castellammare
Stabiae, arum, f.
Est urbs Campaniae, non longe a Pompeis, inter ostium Sarni et Surrentum sita. Vesuvii eruptione a. 79 p. Ch.n., una cum Pompeis et Herculaneo, deleta. Celebrabatur et celebratur ut statio aegrotis utilissima ob aëris temperiem fontesque salutares; cfr. Colum 10, 133; Plin. iun. *Ep.* 6, 16; Ovid. *Met.* 15, 711; al.
Stabiani, orum; Stabianus, a, um.

Castello dell'Uovo
Megalia, ae, f.
Est parva insula ad oram urbis Neapolis sita. Memoratur a. Stat. *Silv.* 2, 2, 80. A Plinio *H.N.* 3, 6, 12 (82), vocatur Megaris.

Castelrotto Kastelruth
Castellum Ruptum, n.
Est vicus regionis Athesinae Superioris seu Tirolis Meridianae.

Castelvecchio
Superaequum, i, n.
Hoc oppidum, in Paelignis situm, memoratur a Frontino, *De colon.*, p. 124.
Superaequani, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (106) et C.I.L. 9, p. 211 et 680); Superaequanus, a, um.

Castiglia Castille Castilla Castile Kastilien
Castella, ae, f. (cfr. DG; S).
Est regio Hispanica, immo duae regiones, quarum altera vetus, altera nova appellatur. A nonnullis ponitur etiam Castilia, ae.

Castiglione (Lago)
Prilius lacus, m.
Est parvus lacus Tusciae; cfr. Cic. *Mil.* 74.

Castries
Castrisium, ii, n.
Est urbs caput insulae seu Civitatis Sanctae Luciae. Nomine *Castries* appellatur etiam oppidum Gallicum prope Montem Pessulanum (*Montpellier*); praeterea fuit vir Gallus, cui nomen Carolo Eugenio Gabrieli Castries, praefecto militum et rei nauticae administro (1727-1801).

Castrisienses, iium; Castrisiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Castriensis).

Catalogna Catalogne Cataluna Catalonia Katalonien
Catalonia, ae, f. (cfr. S).
Est regio Hispanica.
Catalonienses, ium; Cataloniensis, e.

Catamarca
Catamarca, ae, f.
Est urbs Argentina.
Catamarcenses, ium; Catamarcenses, ium; Catamarcensis, e (sic in AP).

Catania
Catĭna, ae, f.
Apud poetas interdum occurrit Graeca ratio nominis: Catine (Κατάνη); posteriore aetate Catena vel Catana vel etiam Catania. Cfr. Cic. *Verr.* 3, 83. 192 et 4, 23 50: «Catina oppidum honestum, locuples et copiosum».
Catinenses, ium; Catinensis, e (cfr. Cic. *Fam.* 13, 30; Solin. 5; Augustin. *Civ. Dei* 3, 31; al.; ex usu Curiae Romanae: Catanensis).

Catanzaro
Catacium, ii, n.
Hoc nomen, quod a veteribus Latinitatis auctoribus non est usurpatum, sic exaratur secundum usum Curiae Romanae; ab aliis ponitur Catancium vel Catanzara.
Catacenses, ium; Catacensis, e.

Cattaro
Decadoron, i, n.
Est urbs Delmatiae; cfr. Rav. (ubi Decadaron scriptum invenitur).
Decadoronenses, ium; Decadoronensis, e.

Cattolica
Catholĭca, ae, f.
Est oppidum Italicum, ad oram Maris Hadriatici situm.
Catholiciani, orum (re quidem vera ita olim ministri et officiales catholicorum appellabantur); Catholicianus, a, um.

Caucaso Caucase Cáucaso Caucasus Kaukasus
Caucăsus, i, m.
Hic mons (seu montium iuga) nivalis a Claudiano appellatur (12, 31), duris cautibus horrens a Vergilio (*Aen.* 4, 307), inhospitalis ab Horatio (*Carm.* 1, 22, 7).
Caucasii, orum (Curt. 7, 3, 23); Caucasius, a, um, vel Caucaseus, a, um (Propert. 2, 25, 14; al.).

Cavaillon
Cabellio, onis, m.
Est oppidum Galliae; cfr. Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (36); C.I.L. 12, 3242; al.
Cabellionenses, ium; Cabellionensis, e.

Cavour
Caburrum, i, n. (cfr. L).
Est oppidum Pedemontanum.
Caburrenses, ium; Caburrensis, e.

Caxamarca
Caxamarca, ae, f.
Haec urbs finibus Peruviae continetur.
Caxamarcenses, ium; Caxamarcensis, e.

Caxias
Caxia, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Caxienses, ium; Caxiensis, e.

Cayenne
Caienna, ae, f.
Est urbs princeps Guaianae Gallicae.
Caiennenses, ium; Caiennensis, e.

Cayman
Insulae Caimanenses, f.
Hae insulae, quae sunt ex Antillis, nomen ceperunt a crocodilo Americano (*alligatore, alligator, caimán, Alligator*), quem autochthones *kaiman* appellant (Egli). Appellantur etiam Insulae Crocodilorum (BM).
Caimanenses, ium; Caimanensis, e.

(*) Cecoslovacchia Tchécoslovaquie Checoslovaquia Czechoslovakia Tschechoslowakei: Tzechoslovakia, ae, vel, paene more Italico, Cechoslova-

Ceará
Ceara, ae, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Cearenses, ium; Cearensis, e.

Cebú
Caebŭa, ae, f.
Est urbs in Philippinis sita, quo primum christiana religio, ad illas partes quod attinet, fuit invecta.
Caebuani, orum; Caebuanus, a, um.

Ceccano
Fabrateria, ae, f.
De hoc oppido Italiae mediae Cicero *Fam.* 9, 24; Iuvenalis 3, 224; Silius It. 8, 396; alii commemorant.
Fabraterni, orum; Fabraternus, a, um.

(*)

Cefalonia Céphalonie Cephalonia
Cephallania, ae, vel Cephallenia, ae, f.
Est magna insula Maris Ionici, inter Ithacam et Zacynthum, a Cephalo, Deionis filio, appellata (Pausan. 1, 37, 36).
Cephallanes, vel Cephallenes, um (cfr. Liv. 37, 13: «iuventus Cephallenum»); Cephallenus, a, um (Avien. *Orb.* 596).

Cefalù
Cephaloedium, ii, n.
Haec Siciliae urbs (Graece Κεφαλοίδιον), memoratur, missis aliis, a Cic. *Verr.* 3, 128.
Cephaloeditani, orum; Cephaloeditanus, a, um (cfr. Cic., *Verr.* 3, 43; Prisc. gramm. II, 82, 6).

Celaya
Celaia, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Celaienses, ium; Celaiensis, e.

Celebes
Celĕbes, um, f.
Est insula ad Indonesiam pertinens. Utimur numero plurali, quia Lusitani, cum in eam insulam saec. XVI adventassent, eam ex nomine tribus cuiusdam, ibi incolentis, *Ilha dos Celebes* appellarunt.
Celebenses, ium; Celebensis, e.

Cembra
Cimbria, ae, f. (OL).
Est oppidum, in finibus Provinciae Tridentinae (in Italia) situm.
Cimbriani, orum (cfr. *Not. Dign. occ.* 5, i.e. Cimbri, ex hoc enim nomine nomen huius oppidi est deductum); Cimbrianus, a, um.

Centocelle
Centumcellŭlae, ae, f.
Nomine Latino Centumcellarum urbs, quae vulgo *Civitavecchia* dicitur, solet appellari. Italice vero *Centocelle* vicus suburbanus urbis Romae vocatur. Inducitur ergo ad hunc significandum nomen deminutum Centumcellularum.
Centumcellulani, orum (est apud Sidon. *Ep.* 9, 3 vox cellulanus = qui monasterium incolit; item apud Ennod. *Opusc.* 12, 1 = contubernalis seu in eadem habitans cellula); Centumcellanus, a, um.

Central Africa Republic
v. Repubblica Centro-Africana.

Céphalonie Cephalonia
v. Cefalonia.

Cerdeña
v. Sardegna.

Cerignola
Ceraunilia, ae, f.
Est oppidum Apuliae.
Ceraunilienses, ium; Ceraunilensis, e.

Cernobbio
Cernobium, ii, n. Est oppidum Italicum, prope Novum Comum situm.
Cernobienses, ium; Cernobiensis, e.

Cerro de Bambola (Calatayud)
Bilbĭlis, is, f.
Est oppidum, olim illustre, Hispaniae, pa-

chia, ae. Tzechoslovakienses, ium (Cecoslovachienses [sic!]); Tzechoslovakiensis, e (Cecoslovachiensis [sic!]).

(*) Ceylon Srilanka: Taprŏbănē, es, f. vel Srilanca, ae, f. vel Ceilanum, i, n. Vetus nomen Taprobanes est apud Plin. H.N. 6,22,24 (88); Mel. 3,70; al.

tria Martialis (cfr. 1, 49, 3; id. 4, 55, 11); cfr. Auson. 418.57; Plin. *H.N.* 3, 34, 3, 4 (24).
Bilbilitani, orum; Bilbilitanus, a, um.

Cerveteri
Caere, n., non inclinatur in casus, vel Caeres, ĭtis vel ētis, f. (Graec. Καίρη, Καιρέα). Cfr. Verg. *Aen.* 8, 597: «Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem».
Caerĭtes, um, vel Caerētes, um, vel Caeretani, orum (Val. Max. 1, 1, 10). Caeres, itis vel etis, vel Caeretanus, a, um (Plin. *H.N.* 3, 51).

Cervia
Ficuclae, arum, f.
Ficuclenses, ium; Ficuclinus, a, um, vel Ficuclensis, e (cfr. Greg. Magn. *Reg.* 5, 21: «episcopus Ficuclinus»; ex usu Curiae Romanae: Cerviensis).

Cesanne
Gaesaeo, onis, m. vel Gaeseo, onis.
De hoc oppido Gallico in C.I.L. 11, 3282; apud Rav.; in Itin. Hieros., et alibi commemoratur.
Gaesaeonenses, ium; Gaesaenensis, e.

Ceske Budejovice Budweis
Budovicium, ii, n.
Est urbs Bohemiae.
Budovicenses, ium; Budovincenses, ium.

Ceské Krumlov Krumau
Cromenavia, ae, f.
Est urbs Bohemica; cfr. OL.
Cromenavienses, ium; Cromenaviensis, e.

Cessnock
Cesnokium, ii, n.
Est urbs Australiae.
Cesnokienses, ium; Cesnokiensis, e.

Ceuta
Septem Fratres, m. vel, ut posteriore aetate dicebatur, Septa, ae, f.
Septem montes, ad quos haec urbs est sita (fuit olim in Mauretania, quam Romani appellabant), quod in ordinem sunt dispositi et prorsus similes, «Septem Fratres» sunt vocati; cfr. Mel. 1, 29. Nomen vulgare *Ceuta* e verbo, quo Arabes eam urbem appellabant, i.e. *Sebta* (= septem), est deductum.

Cevennes (Les)
Cebenna, ae, n.
De hoc monte Galliae Caesar *B.G.* 7, 8, Sueton. *Iul.* 25, al. commemorant.

(*)
Châlons-sur-Marne
Catalauni, orum, m.
Hoc nomine et gens et oppidum eius appellabantur, quae olim in Gallia Belgica fuerunt. Nunc vero nomen solum ad urbem Gallicam pertinet; cfr. Eutrop. 9, 13; Ammian. 15, 11, 10 et 27, 2, 4; al. Oppidum illud et Durocatalauni dicebatur.
Catalaunenses, ium (cfr. Greg. Tur. *Franc.* 5, 40: «Catalaunensis»); Catalaunĭcus, a, um (*Paneg.* 8, 4; al.), vel Catalaunensis, e (haec forma in Curia Romana obtinet).

Châlon-sur-Saône
Cabillonum, i, n.
De hac urbe Galliae commemoratur in Codice Theodos. 9, 40, 2 et C.I.L. 13, 1, p. 408. In *Not. dign. occ.* 42 nomen alio modo perhibetur: Caballodunum.
Cabillonenses, ium; Cabillonensis, e.

Chambéry
Camberium, ii, n.
Est urbs Galliae.
Camberienses, ium; Camberiensis, e.

Chamonix
Campus Munitus, m.
Secundum Egli, 184, iam saec. XI hoc

Taprobanenses, ium (Srilancani, vel Ceilanenses); Taprobanensis, e (Srilancanus, a, um, vel Ceilanensis, e).

nomen Latinum, quo urbs Gallica appellatur, occurrit.

Champagne
Campania, ae, f.
Est regio Galliae, de qua Greg. Tur. *Franc.* 3, 15 commemorat.
Campanenses, ium (cfr. id., op. mem. 5, 14: «Exercitum contra Campanenses movit»); Campanensis, e (id., op. mem. 10, 27. Vinum optimum, quod illa in regione conficitur, «vinum Campanense» potest appellari).

Champagne-sur-Rhône
Campania ad Rhodănum, f.
Sic parvus pagus ad Rhodanum, non procul ab urbe Vienna situm, appellatur.
Campanenses (ad Rhodanum); Campanensis, e (ad Rhodanum).

Champeaux
Campelli, orum, n.
Est oppidum Gallicum.
Campellenses, ium; Campellensis, e.

Champéry
Camperiăcum, i, n.
Est vicus Helvetiae.
Camperiacenses, ium; Camperiacensis, e.

Champigny
Campiniăcum, i, n. (Cfr. FB).
Campiniacenses, ium; Campiniacensis, e.

Chapecó
Sapecŏa, ae, f.
Est oppidum Brasiliense.
Sapecoani, orum; Sapecoanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Xapecoënsis).

Charenton
Carentonium, ii, n.
Est oppidum Galliae.
Carentonienses, ium; Carentoniensis, e.

Charleroi
Caroloregium, ii, n.
Est urbs Belgica; cfr. C.
Caroloregienses, ium; Coroloregiensis, e.

Charleston
Carolopŏlis, is, Virginiae, f.
Est caput Virginiae Occidentalis, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Carolopolitani, orum Virginiae; Carolopolitanus, a, um, Virginiae.

Charlottenburg
Carolinoburgum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Carolinoburgenses, ium; Carolinoburgensis, e.

Charlottetown
Carolinopŏlis, is, f.
Est urbs Canadensis.
Caroloninopolitani, orum; Carolonopolitanus, a, um.

Chartres
Carnutum, i, n.; cfr. Sulpic. Sev. *Dial.* 2, 4, 4 (Carnotum); *Not. Gall.* 4, 2; Venant. Fort. *Vita S. Mart.* 3, 153; al.
Carnutes, um, vel Carnuti, orum (cfr. Caes. *B.G.* 6, 3, al.; Liv. 5, 34; Plin. *H.N.* 4, 17, 32 [107]; Flor. 3, 10, 20; al.).
Carnutinus, a, um (cfr. Sulpic. Sev., op. mem., 3, 2, 2, al.) vel Carnutensis, e (cfr. Greg. Tur. *Franc.* 4, 49; Ven. Fort. *Vita S. Leob.* 14, 44; ex usu Curiae Romanae: Carnutensis).

Chartreuse
Cartusia, ae, f.
Cartusiani, orum; Cartusianus, a, um.

Chassenon
Cassinomăgus, i, m.; (cfr. Tab. Peut.).
Est oppidum Galliae.
Cassinomagenses, ium; Cassinomagensis, e.

Châtenoy
Castanetum, i, n. (OL).
Est pagus Gallicus.
Castanetenses, ium; Castanetensis, e.

Châteaubriant
Brientii Castellum, n. (cfr. B).

Châteaudun
Castrodunum, i, n. (cfr. OL).
Castrodunenses, ium; Castrodunensis, e.

Chattanooga
Tzattanuga, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Tzattanugani, orum; Tzattanuganus, a, um.

Chaume (la)
Calma, ae, f. (cfr. OL et C).
Est oppidum Gallicum.
Calmenses, ium; Calmensis, e.

Chaumont
Calvus Mons, m., vel Calvomontium, ii, n.
Est urbs Gallica.
Calvomontani, orum; Calvomontanus, a, um.

Chauvet
Calvetum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Gallica.
Calvetenses, ium; Calvetensis, e.

Cheb Eger
Egra, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Tzechoslovakiae.
Egrenses, ium; Egrensis, e (cfr. OL: Egrense territorium).

Chelles
Cala, ae, f.
Est oppidum prope Lutetiam Parisiorum situm; cfr. Greg. Tur., *Franc.* 5, 39: «Calam Parisiacae civitatis villam»; ibid. 7, 4.
Calenses, ium; Calensis, e. (ibid. 6, 47).

Chemnitz
v. Karl-Marx-Stadt.

Cher
Cares, is, m.
Est fluvius Galliae in Ligerim influens; cfr. Greg. Tur., *Franc.* 5, 41.

Cherasco
Clarascum, i, n.
Est oppidum Italicum.
Clarascani, orum; Clarascanus, a, um.

Cherbourg
Coriallum, i, n.
De hac urbe Gallica in Tab. Peut. commemoratur. Postea nomen Caesaris burgus vel burgum invaluit; quod nomen paulo immutandum videtur, ut audiat Caesaroburgum (cfr. Caesarodunum; Caesaromagus; Caesaropolis).
Caesaroburgenses, ium; Caesaroburgensis, e.

Cheriton
Ciretonia, ae, f. (OL: Ciretona).
Est oppidum Britanniae.
Ciretonienses, ium; Ciretoniensis, e.

Chiana
Clanis, is, m.
Sic fluvius Tusciae, in Tiberim influens, appellatur; cfr. Sil. It. 8, 455.

Chiaravalle
Claravallis, is, f.
Est oppidum Langobardicum.
Claravallenses, ium; Claravallensis, e.

Chiaravalle Clairvaux
Claravallis, is, f.
In hoc loco Galliae fuit nobile monasterium Cisterciense.
Claravallenses, ium; Claravallensis, e.

Chiari
Clarium, ii, n.
Est oppidum Italiae Septentrionalis.
Clarienses, ium; Clariensis, e.

Chiavari
Clavarium, ii, n.
Nomen huius urbis Italiae a clavi est deductum.
Clavarenses, ium; Clavarensis, e.

Chiavenna
Clavenna, ae, f.
De hoc oppido Italico memoratur in Itin. Ant.; apud Paul. Diac. 6, 21; alias.
Clavennenses, ium; Clavennensis, e.

Chisinau Kischinew
Chisinovia, ae, f.
Est urbs Dacoromana.
Chisinovienses, ium; Chisinoviensis, e.

Chicopee
Tzicopia, ae, f.
Est urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Tzicopiani, orum; Tzicopianus, a, um.

Chiemsee
Lacus Chimensis, m.; cfr. Ae. S. Piccolomini, *Germania,* 66: Chiemensis.
Est autem lacus Bavaricus.

Chieri
Carreum, i, n.
De hoc oppido Italico commemorat Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (49); cfr. C.I.L. 5, 7496 (?). Est et nomen, posteriore aetate confictum, Cherium, ii, n.; Cherienses, ium; Cheriensis, e.

Chieti
Teate, is, n.
Est urbs Italiae, olim caput Marrucinorum; cfr. Plin. *H.N.* 3, 106; Sil. It. 8, 521 et 17, 438; Itin. Ant.; Rav.; Paul. Diac., *Hist. Lang.* 2, 20.
Teates, um (Liv. 9, 20), vel Teatini, orum (Plin. *H.N.* 3, 12, 17 [106]); Teatinus, a, um.
v. Cile.

Chillan
Chilianum, i, n.
Est urbs Chiliensis.
Chilianenses, ium; Chilianensis, e (ex usu Curiae Romanae: Chillanensis; est vero observandum geminam litteram «ll» ita enuntiari, ut fere audiat «li»).

Chimborazo
Tzimborazus Mons, m. Est editum culmen Andarum ad alitudinem 6310 metrorum supra maris libram pertingens.

Chio Chios
Chius vel Chios, ii, f.
Est nota insula maris Aegaei, cum oppido cognomini, de qua multi veteres scriptores commemorant.
Chii, orum (cfr. Cic. *Div.* 1, 13, 23; Liv. 27, 30; al.); Chius, a, um.

Chipre
v. Cipro.

Chittagong
Tzittagonga, ae, f.
Est urbs Bangladesana, id est regionis, quae olim Pakistania orientalis appellabatur.
Tzittagongenses, ium; Tzittagongensis, e (ex usu Curiae Romanae: Chittagongensis).

Chiusa Klausen

Clusīna, ae, f.
Est oppidum in Tiroli meridiana seu in regione Athesis Superioris positum; cfr. Graesse - Benedict, p. 82.
Clusinenses, ium; Clusinensis, e.

Chiusi

Clusium, ii, n.
Oppidum Tusciae, origine Etruscum (olim *Camars* dictum, ut est apud Liv. 10, 25), hoc nomine appellatur. Saluberrimi fontes, *Fontes Clusini* a veteribus nuncupati, hodie vero oppidum *S. Casciano dei Bagni* vocati, prope exstant (cfr. Horat. *Ep.* 1, 15, 9: «invidus aegris — Qui caput et stomachum supponere fontibus audent — Clusinis»).
Clusini, orum; Clusinus, a, um.

Chivasso

Clavasium, ii, n.
Est urbs Italica, in regione sita, qua ab Helvetia disterminatur.
Clavasiense, ium; Clavasiensis, e.

Christianstad

Christianostadium, ii, n.
Est urbs Suetica.
Christianostadienses, ium; Christianostadiensis, e.

Christmas

Natalis Insula, f.
Haec insula in Oceania est posita.

Chur

v. Coira.

Churwalden

Curvaldia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Helveticum.
Curvaldienses, ium; Curvaldiensis, e.

Chypre

v. Cipro.

Ciad Tchad Tschad

Tzadia, ae, f.
Haec regio Africae, quae vastis ac desertis spatiis Saharae continetur, appellata est e nomine lacus *Tchad* (*Tsad*, *Tsadhe*), quae vox autochthonum sermone aquam significat (cfr. Egli, 939-940). Litterae coniunctae *tz*, quibus sonus cum sibilo editus significatur, in lingua Latina seriore inveniuntur (cfr. tzanga; Tzetzis; Cutzepitae). Ab aliis, ex more linguae Italicae, ponitur: Ciadia, ae.
Tzadiani, orum; Tzadianus, a, um (Ciadiani, Ciadianus).

Cicladi Cyclades Cicladas Cyclades Zykladen

Cyclădes, um, f.; acc. exit in -as (raro in -es). Nomen deductum est a κύκλος, cuius vis est circulus, orbis, «quia in orbem iacent» (Mel. 2, 111).

Cienfuegos

Centumfŏci, orum, m.
Sic appellatur urbs, quae finibus Cubae continetur. In lingua Latina focus interdum etiam ignem significat; cfr. Prop. 4, 9; et 11, 52; Cassiod. 4, 3 et al. Ita nomen *Cienfuegos*, cuius vis est *centum ignes*, servato verbo foci, satis apte Latine redditur.
Centumfocarii, orum (in lingua Latina est adi. focarius, a, um, i.e. ad focum pertinens; focarius servus est, qui circa focum ministrat, Ulp. *Dig.* 4, 9, 1).
Centumfocarius, a, um (sed ex usu Curiae Romanae, verbo novato, dicitur: Centumfocensis, e.).

Cile Chili Chile

Chilia, ae, f.
Nomen ab autochthonibus, quos «Indos» appellant, est deductum, sed de vera interpretatione non consentiunt philologi.
Chilienses, ium; Chiliensis, e.

Cimino vel **Monti Cimini**

Ciminus Mons, m.; cfr. Serv. ad Verg. *Aen* 7, 697: «Et lacus et mons hoc nomine appellantur». Lacus Ciminus nunc *Lago di Vico* vulgo vocitatur. Laudatur iam a veteribus Ciminus saltus seu Ciminia silva (cfr. Liv. 9, 35; Plin. *H.N.* 2, 96, 98 [211]; Frontin. *Strat.* 1, 2, 2).

Cina Chine China

Sinae, arum, f. Est tamen fatendum in multis lexicis recenti aetate a viris haud obscuri nominis editis poni Sinam (Sina, ae) et Sinas incolas appellari. Ex usu vero Apostolicae Sedis, quem merito sequimur, amplissimae regioni, quae *Cina, China*, vulgo dicitur, nomen Sinarum inditur, incolae vero Sinenses vocantur (sed et alii, ut FB, hunc modum defendunt). Veteribus notum erat nomen Serum (Ser, is, plur. Seres), et Sericae regionis (a saeculo I p.C.n.); quae pars videtur fuisse Sinarum, qua inter septemtriones et solis occasum spectant. Seres fama erant illustres propter sericum, quod ex foliis arborum quarundam dicebantur comparare; cfr. Verg. *Georg.* II, 121: «Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres»; Plin. *H.N.* Vi, 17, 20 (54): «Seres lanitio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem»; Ammian. XXXIII, 6, ita regionem Serum describit: «Caeli apud eos iucunda salubrisque temperies, aeris facies munda leniumque ventorum commodissimus flatus et abunde silvae sublucidae, a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris, velut quaedam vellera molientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerriman pectunt nentesque subtemina, conficiunt sericam . . .» Sed longum est de omnibus inicere mentionem, eo vel magis quod veteribus in re geographica minor est fides habenda.
Nomen Sinarum, quod servamus, siquidem vox Serum potius poetis permittitur, et vulgares appellationes *Cina, Chine, China* seriore aetate sunt inducta. Etenim exploratores Lusitani nomen *China* (quod cum sibilo editur) ab Indis et Malaiis acceptum pervulgarunt. Quod originem duxit, ut veri simile esse videtur, a nomine regiae domus *Ts'in*, quae saeculo I a.C.n. regioni, quam nunc Sinas appellamus, dominabatur cuiusque cura ea in magnum excrevit imperium. Medio, quod vocitamus, aevo in Europae partibus vulgatum erat nomen *Catai* (*Kathai, Kithai*), quo Sinae significabantur. Quod nomen proprium erat gentis cuiusdam *Tungusianae*, cuius in potestate erat via, qua serica ex oriente in occidentem comportabantur. Marcus Polo eo Sinensem regionem nuncupavit, quem usum etiamnum Slavi retinent (cf. Russ. *Kitaj*, quod idem valet ac Sinae).
Sinenses ipsi varia ratione patriam suam appellare consueverunt, veluti *Ciung-kue* (cuius vis est: regnum mediae partis terrae) vel *Ciung-hoa* (cuius haec est interpretatio: flos mediae partis terrae); nunc vero, Re publica secundum Leniniana placita constituta, dicitur *Ciung-hua min kuo*.
Sinenses, ium; Sinensis, e.

Cinca

Cinga, ae, f.
De hoc fluvio Hispaniae Caesar *B.C.* 1, 48, et Lucanus 4, 2, commemorant.

Cincinnati

Cincinnata, ae, f.
Est urbs praeclara, in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita. Nomen ipsum refertur ad L. Quinctium Cincinnatum, civem Romanum, morum austeritate et amore in patriam insignem. Forma feminina Cincinnata, ae, in titulo occurrit (C.I.L. 9, 5883).
Cincinnatenses, ium; Cincinnatensis, e.

Cingoli

Cingŭlum, i, n.
Caesar *B.C.* 1, 15; Cicero *Att.* 7, 11; alii de hoc oppido Piceni commemorant.
Cingulani, orum; Cingulanus, a, um.

Cinque Chiese Pécs Fünfkirchen

Sopianae, arum, f.
Haec urbs, olim Pannoniae, nunc Hunga-

tiae, patria Maximi imperatoris, memoratur ab Ammian. 28, 1, 5 (cfr. OP). Appellatur etiam: Quinque Ecclesiae, f. Sopianenses, ium; Sopianensis, e; vel Quinquecclesienses, ium; Quinquecclesiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Quinque Ecclesiensis).

Cipro Chypre Chipre Cyprus Zypern
Cyprus, i, f.
Huius nominis, ab Homero primum memorati, origo est obscura. Apud scriptores Latinos saepe occurrit.
Cyprii, orum; Cyprius, a, um, vel Cypriăcus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Cyprensis, quae scribendi ratio apud veteres non invenitur).

Circeo
Circei, orum, vel Cercei, orum, m.
Sic olim urbs vocabatur, ad promunturium sita, quae e nomine Circes, quae secundum fabularem historiam eo confugerat, appellata est; cfr. Cic. *Att.* 15, 10; Liv. 1, 56, 3; Hor. *Sat.* 2, 4, 33. Nunc nomen ad promunturium ipsum transfertur, quod ideo dicitur: Circeiense promunturium, vel Mons Circeiensis.

Cisterna
Tres Tabernae, f.
Hoc oppidum, ad viam Appiam inter Ariciam et Forum Appii situm, memoratur a Cic. *Att.* 2, 13 et 2, 10; et Vulg. *Act.* 28, 15.

Citeaux
Cistercium, ii, n.
Hic locus Galliae monasterio est perinsignis, unde Ordo Cisterciensis originem traxit.
Cistercienses, ium; Cisterciensis, e.

Città del Capo Le Cap Ciudad del Cabo Cape Town Kapstadt
Promunturiopŏlis, is, f.
Haec urbs Africae Australis appellata est a Promunturio Bonae Spei.
Promunturiopolitani, orum; Promunturiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Civitatis Capitis seu Capetovnensis).

Città della Pieve
Plebs, bis, f.
Est urbs Tusciae, cfr. DN; T; OL.; ex usu Curiae Romanae ponitur: Civitas Plebis.

Città di Castello
Tifernum, i, n. In illa urbe Plin. iun. villam habuit suburbanam; appellabatur etiam Tifernum Tiberinum, ut a Tiferno Metaurensi distingueretur (v. *S. Angelo in Vado*).
Tifernates, um (Tiberini); orum cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 (114); Tifernas, tis (Tiberinus, a, um; ex usu Curiae Romanae: Tifernatensis).

Città Ducale
Civitas Ducalis, f. (cfr. OL).
Hoc nomine, inferiore aetate inducto, appellatur oppidum non ita longe a Reate situm. Adi. ducalis est apud Vopisc. *Aurel.* 13.

Ciudad Bolívar
Bolivaria, ae, f.
Haec urbs Venetiolae e nomine Simonis Bolívar, qui fuit libertatis vindex, est appellata.
Bolivarienses, ium; Bolivariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Civitatis Bolivarensis).

Ciudad Obregón
Obregonia, ae, f.
Est urbs in Mexici finibus sita.
Obregoniani, orum; Obregonianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Civitatis Obregonensis).

Ciudad Rodrigo
Rodericopŏlis, is, f.
Rodericopolitani, orum; Rodericopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Civitatensis).

Ciudad Valles
Vallipŏlis, is, f.
Vallipolitani, orum; Vallipolitanus, a, um (cfr. AP).

Ciudad Victoria
Nicopŏlis Mexici, f.
Oportet addatur verbum *Mexici*, cum aliae sint urbes cognomines: Nicopolis Bulgariae ac sedes episcopales titulares: Nicopolis ad Iaterum, ad Nestum, in Armenia, in Epiro.
Nicopolitani Mexici; Nicopolitanus, a, um, Mexici (ex usu Curiae Romanae: Civitatis Victoriensis).

Cividale
Forum Iulii, vel Foroiulium, ii, n.
De hoc oppido Venetiae Cassiod. *Var.*, 7, 26; Rav. commemorant.
Foroiulienses, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 19, 23 [130]); Foroiuliensis, e.

Civita Castellana
Falerii, orum, m.
Est oppidum vetustum, de quo multi veteres scriptores commemorant; plenius nomen est: Falerii veteres, ut distinguantur a Faleriis novis (= *S. Maria de' Falleri*).
Antiquo oppido diruto, et nomen Faleriorum obsolevit; etenim novum oppidum ab arce, quam Alexander VI in summitate exstruxit, *Civitas Castellana* est appellatum.

Civitavecchia
Centumcellae, arum, f.
De hac urbe, olim statione viae Aureliae, commemoratur in C.I.L. 11, p. 524; Itin. Anton.; al.
Centumcellenses, ium;
Centumcellensis, e (est in lingua Latina adi. Cellensis, i.e. pertinens ad nomen Cellarum (Cellae), quo plura loca, praesertim in Africa, appellabantur; cfr. C.I.L. 8, 12344; Conc. Carthag. a. 411, apud Mansi, 4, 99; — ex usu Curiae Romanae: Centumcellarum).

Clermont
Claromons, tis, m.
Claromontani, orum; Claromontanus, a, um.

Cles
Clesium, ii, n.
Est oppidum in valle Anaunina (*Non*) situm; cfr. OL. Nomen ipsum a verbo ecclesiae deductum esse videtur.
Clesienses, ium; Clesiensis, e.

Cleveland
Clevelandia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Clevelandienses, ium; Clevelandiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Clevelandensis).

Clifton
Cliftonia, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, in Britannia est sita.
Cliftonienses, ium; Cliftoniensis, e.

Clipperton
Clippertonia, ae, f.
Haec insula Oceaniae ad Polynesiam Gallicam pertinet.
Clippertonienses, ium; Clippertoniensis, e.

Clitunno
Clitumnus, i, m.
Veteres hunc fluvium Umbriae, eius fontem ac templum ei adiacens praedicabant; cfr. Plin. iun. *Ep.* 8, 8, 5; Sueton. *Cal.* 43; Sil. It. 8, 450; Claudian. 28, 506; Stat. Silv. 1, 4, 129.
Ex Italis Iosue Carducci carmen de Clitumni fontibus composuit.

Clonfert
Clonfertia, ae, f.
Est oppidum Hiberniae; cfr. BM.
Clonfertienses, ium; Clonfertiensis, e.

Cluj
Claudiopŏlis, is, f.
Est urbs Dacoromana. Antiquitus plures urbes, hoc nomine insignes, fuerunt: in Cappadocia, Bithynia, Cilicia.
Claudiopolitani, orum; Claudiopolitanus, a, um.

Cluny
Cluniăcum, i, n.
Cluniacenses, ium; Cluniacensis, e.

Clyde
Clota, ae, f.
Sic appellatur insula et sinus Britanniae septentrionalis, ubi vallum Antonini olim terminabatur ; cfr. Tac. *Agric.* 23; Itin. Antonin.

Coblenza Coblence Koblenz
Confluentes, ium, m.
Haec urbs Germanica ideo sic appellata est, quod apud eam Rhenus et Mosella confluunt; cfr. Caes. *B.G.* 4, 15; Venant. *Carm.* 10, 9, 47: «Dum venio, qua se duo flumina iungunt: Hinc Rhenus spumans, inde Mosella ferox»; Suet. *Cal.* 8; Ammian. 16, 3, 1; Itin. Anton.
Confluentini, orum; Confluentinus, a, um.

Coburg
Coburgum, i, n.; cfr. FB.
Est urbs Germaniae. Nomen deductum est a verbis Germanicis *ko* vel *kua*, ut priscis temporibus audiebat (= vacca), et *burg*, quo castrum, locus communitus significatur.
Coburgenses, ium; Coburgensis, e.

Cochabamba
Cotzabamba, ae, f.
Est oppidum Bolivianum; Cotzabambenses, ium; Cotzabambensis, e (ex usu Curiae Romanae: Cochabambensis).

Cochem
Cochĭma, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Cochimenses, ium; Cochimensis, e.

Cochin
Cotzinum, i, n.
Est urbs Indiae.
Cotzinenses, ium; Cotzinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Coccinensis).

Coesfeld
Cosfeldia, ae, f. (cfr. BM et F. II, 1702: Cuosfelde, Cosvelt, Cosfelt).
Est urbs Germanica.
Cosfeldienses, ium; Cosfeldiensis, e.

Cognac
Coniăcum, i, vel Conniăcum, i, n.
Est urbs Gallica, ubi valida potio Coniacensis conficitur.
Coniacenses, ium; Coniacensis, e.

Cogne
Conia, ae, f.
Est oppidum Vallis Augustanae; cfr. OL.
Conienses, ium; Coniensis, e.

Coimbatore
Coimbatura, ae, f.
Est urbs Indiae.
Coimbaturenses, ium; Coimbaturensis, e.

Coimbra Coïmbre
Conimbrĭga, ae, f. Est urbs nobilis in Lusitania; cfr. Mel. 3, 8; Plin. *H.N.* 4, 21, 35 (113); Itin. Anton. Apud OL alia nomina, sed sequioris aetatis, recensentur: Conimbria, Colimbria, e.s. recensentur. Conimbrigenses, ium; Conimbrigensis, e (cfr. C.I.L. 2, 5264 et 432).

Coira Coire Chur
Curia, ae, f. Nonnulli addunt Raetorum. Est urbs in finibus Helvetiae sita, quae in Itin. Ant. et in Tab. Peut. memoratur. Curienses, ium; Curiensis, e (cfr. *Not. Gall.* 7, 11).

Colchester
Camalodunum, i, n.; cfr. Tac. *Ann.* 12, 32 et 33; id. *Agric.* 14 et 16; Tab. Peut.; Rav.
Camalodunenses, ium; Camalodunensis, e.

Coligny
Coliniăcum, i, n.
Est urbs Galliae.
Coliniacenses, ium; Coliniacensis, -e.

Collage
Collagum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Collagenses, ium; Collagensis, e.

Colle di Val d'Elsa
Collis Etruscus, m.
Collenses, ium; Collensis.

Collombey
Collombarium, ii, n.
Est pagus Vallis Peninae.
Collombarienses, ium; Collombariensis, e.

Colmar
Colmaria, ae, f. (cfr. S).
Est urbs Alsatiae.
Colmarienses, ium; Colmariensis, e.

Colocza
v. Kalocsa.

Colombia Colombie Colombia Colombia Kolumbien
Columbia, ae, f.
Haec Civitas, ut patet, e nomine Christophori Columbi, repertoris Americae, est appellata.
Columbiani, orum; Columbianus, a, um.

Colombo (in Ceilano seu Taprobane)
Columbus, i, Taprobanes, f. Est urbs caput Ceilani seu Taprobanes.
Nomen non est deductum a fonte Latino; Arabum sermone audit *Kolambu*. Columbenses, ium, Taprobanes; Columbensis, e, Taprobanes; ex usu Curiae Romanae: Columbensis in Taprobane.

Colonia Cologne Colonia Cologne Köln
Colonia, ae, f.; scribitur etiam, more veterum, Colonia Agrippina vel Agrippinensis, e nomine Agrippinae, Germanici filiae, eo loco natae.
Colonienses, ium; Coloniensis, e.

Colonne (Capo delle)
Lacinium promunturium, n.
Est promunturium regionis Bruttiorum in mare Ionium procurrens; cfr. Mel. 2, 68; Plin. *H.N.* 3, 5, 6 (43); id. 11, 15 (96); Liv. 27, 25 et 36, 42; al.

Colorado
Coloratum, i, n.
Sic appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Ad nomen quod attinet, subauditur flumen. Hispani enim *Rio Colorado* nuncupabant fluvium, qui terrae particulis, quarum plurimas secum ferebat, visus est subrubere. Unde nomen inditum Civitati, positae in regione Montium Saxosorum (*Rocky Mountains*). Est in lingua Latina verbum adiectivum coloratus, a, um, ductum a verbo temporali colorandi; cfr. Cic. *N.D.* 3, 20: «Arcus ipse e nubibus efficitur quodammodo coloratus»; Plin. *H.N.* 15, 15, 16: «colorata pira». Speciali modo dicitur de iis, qui e solis radiis colorem fuscum contraxerunt; cfr. Verg. *Georg.* 4, 293: «colorati Indi».
Coloratenses, ium; Coloratensis, e.

Colorado (flumen)
Coloratus, i, m.; subaudi fluvium; cfr. *Colorado* Civit.

Columbia (urbs)
Columbia, ae, f.
Ita appellatur urbs princeps Carolinae Meridianae, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Columbienses, ium; Columbiensis, e.

Columbus
Columbopŏlis, is, f. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept, sita. Repetitur, ut liquet, e nomine Christophori Columbi. Columbopolitani, orum; Columbopolitanus, a, um.

Comacchio
Comacŭla, ae, f. (cfr. DG; C). Sunt, qui ponunt Comaclum vel Cymachium. Comaculani, orum; Comaculanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Comaclensis, e).

Comayagua
Comaiagua, ae, f.
Est urbs Honduriana.
Comaiaguenses, ium; Comaiaguensis, e (ex usu Curiae Romanae: Comayaguensis).

Como
Comum, i, n.; interdum Comus (Ennod. *Ep.* 1, 6, 4).
Dicitur etiam Novum Comum (Catull. 35, 4).
Est urbs Italiae, de qua plures scriptores veteres commemorant; quibus additur Itin. Ant., Tab. Peut., C.I.L. 6, 2717; 5, 5257, 5274 etc.
Comenses, ium; Comensis, e; vel Novocomenses, ium (Cic. *Fam.* 13, 35); Novocomensis, e.

Como (lacus)
Larius, ii, m.

Comodoro Rivadavia
Rivadavia, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Rivadavienses, ium ; Rivadaviensis, e.

Comore Comores Comoren
Insulae Comorianae, f.
Nomen harum insularum, in Oceano Indico a septentrionali parte Madagascariae sitarum et Gallorum Rei publicae ante subiectarum, a verbo Arabico *qomäïr* est petendum (ex *qomr* = luna). Sunt qui putent eas idem esse ac Σελήνης ὄρος, de quo Ptolomaeus 11, 3, commemorat. Quod nomen alii Ruvenzorio (*Ruwenzori*) attribuunt (cfr. Egli, 210).

Compiègne
Compendium, ii, n.
Est urbs Gallica. Greg. Tur., *Franc.* 4, 21, commemorat de villa civitatis Suessionum, cui nomen Compendium.
Compendienses, ium; Compendiensis, e.

Concepción (in Argentina)
Conceptio in Argentina, f.
Est urbs, episcopi sedes, in Argentinae finibus.
Conceptionenses, ium, in Argentina; Conceptionensis, e, in Argentina (ex usu Curiae Romanae: Sanctissimae Conceptionis in Argentina).

Concepción (in Chilia)
Conceptio, onis, f.
Haec urbs in Chiliae finibus est posita. Appellata est, ut liquet, ex nomine B. Mariae Virginis sine labe *conceptae*. Ut saepius dictum est, veteres quoque Romani nomina incorporalia seu «abstracta» oppidis et urbibus indiderunt; cfr. Laus Pompeia, Pietas Iulia, Concordia, Pax Augusta.
Conceptionenses, ium; Conceptionensis, e.

Concepción (in Paraguaia)
Conceptio Paraguaiae, f.

(*) Congo (Repubblica Popolare, République Populaire): Res publica Popularis Congensis, f.

Est urbs, episcopi sedes, in finibus Rei publicae Paraguaianae. Conceptionenses, ium, Paraguaiae; Conceptionensis, e, in Paraguaia (ex usu Curiae Romanae: Sanctissimae Conceptionis in Paraguay).

Concesio
Concesium, i, n. (cfr. OL).
Sic oppidum, in finibus agri Brixiensis positum appellatur, ubi Paulus VI Pont. Max. est natus.
Concesienses, ium; Concesiensis, e.

Concordia
Concordia, ae, f.
De hoc oppido Venetiae commemoratur apud Mel. 2, 61; Eutrop. 8, 10, 3; Cassiod. *Chron.* II; Venant. *S. Mart.* 4, 663; in Itin. Anton.; Tab. Peut.; al. Concordienses, ium (cfr. C.I.L. 5, 1874. 1875); Concordiensis, e (cfr. Cassiod. *Var.* 12, 26.

Condom
Condomum, i, n. (cfr. FB).
Est oppidum Gallicum.
Condomenses, ium; Condomensis, e.

Conegliano
Conelianum, i, n.
Est urbs Venetiae; cfr. L.
Conelianenses, ium; Conelianensis, e.

Congo (fluvius)
Congus, i, m.
Magnus hic fluvius Africae mediae olim *Zaire* vocabatur (v. Zaire); nomen enim *Congo* a vetere autochthonum regno repetitur.
Congĭcus, a, um, vel Congensis, e.
(*)

Connecticut
Connecticuta, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quo nomine autochthones flumen longissimum Novae Britanniae appellabant; eorum enim sermone id vocabatur *Quonektacut* vel *Quonchtucut* vel *Quinetuchqut*, id est fluvius longus, ut veri simile esse videtur (cfr. Egli, 212). Hoc flumen Hadrianus Block, vir Nederlandiensis, primus ex Europaeis anno 1614 invenit, nomenque ei imposuit, e patrii sermonis ratione: *de versche river*, quod idem valet ac fluvius liquidus. Vetus autem appellatio translata est ad hanc Civitatem significandam.
Connecticutenses, ium; Connecticutensis, e.

Conversano
Norba, ae, f.; quod est nomen antiquum huius urbis in Apulia sitae; memoratur in Tab. Peut. et apud Ravenn. Post Romanorum aetatem nomen Cupersanum (ab aliis ponitur etiam Conversanum, cfr. C) invaluit.
Norbani, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9, [64]); Norbanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Conversanensis).

Conza
Compsa, ae, f.
Huius oppidi Hirpinorum mentio fit iam in secundo bello Punico (cfr. Liv. 23, 1; 24; 30).
Compsani, orum; Compsanus, a, um.

Cook (Insulae)
Insulae Cukienses, f.
Hae insulae in Oceania sunt sitae. Appellatae sunt autem e nomine Iacobi Cook, viri Britanni, qui saec. XVIII ter orbem terrarum circumnavigavit.

Copenaghen Copenhague Copenhagen Kopenhagen
Havnia, ae, f. vel Haunia, ae, f. Est urbs caput Daniae. Havnienses, ium; Havniensis, e.

Copiapó
Copiapum, i, n.
Est oppidum Chiliae.
Copiapenses, ium; Copiapensis, e (ex usu Curiae Romanae: Copiapoënsis).

Corbeil
Corbilium, ii, n.; ponitur etiam Carobilium. Est urbs Gallica.
Corbilienses, ium; Corbiliensis, e.

Córcega
v. Corsica.

Cordoba
Cordŭba, ae, f.
De hac urbe saepe a veteribus commemoratur; cfr. Cic. *Arch.* 10, 26: «Ut etiam Cordubae natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet Q. Metellus Pius»; Martial. 9, 61, 2: «qua dives placidum Corduba Baetin amat».
Cordubenses, ium (cfr. C.I.L. 2, 5522: «Ordo splendidissimae coloniae Cordubensium»); Cordubensis, e.

Corea Corée Corea Korea
Corēa, ae, f.
Hoc nomen deductum est a verbo Sinensi *Kaoli,* quod Iaponice audit *Koorai* (cfr. Egli, 504). Quae regio, in mare Sinense porrecta, in duas est divisa Civitates: in Coream Septentrionalem et Meridianam.
Coreani, orum; Coreanus, a, um.

Corfù Corfou
Corcyra, ae; f. Cfr. Serv. *Aen.* 1, 97, et Prob. ad Verg. *Georg.* 2, 87; Mel. 2, 110 al.
Corcyraei, orum (Cic. *Fam.* 16, 9; Liv. 38, 11); Corcyraeus, a, um (Cic. *Att.* 6, 2; Nep. *Them.* 2) vel serius Corcyritanus, a, um (S. Greg. Magn., *Ep.* 14); tamen ex usu Curiae Romanae dicitur Corcyrensis.

Cori
Cora, ae, f.
Memoratur a pluribus scriptoribus veteribus.
Corani, orum; Coranus, a, um.

Corigliano
Coriolanum, ii, n.
Est oppidum Italicum (cfr. L).
Coriolanenses, ium; Coriolanensis, e.

Corinto Corinthe Corinto Corinth Korinth
Corinthus, i, f
Missis aliis, Florus 2, 16, 1 hanc urbem celebrat: «Achaiae caput, Graeciae decus, inter duo maria, Ionium et Aegaeum, quasi spectaculo exposita».
Corinthi, orum; Corinthius, a, um (invenitur etiam: Corinthicus et Corinthiensis).

Cork
Corcagia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Hiberniae.
Corcagienses, ium; Corcagiensis, e.

Cormeilles
Cumiliăca, ae, f.
Est oppidum Galliae; cfr. Itin. Anton.
Cumiliacenses, ium; Cumiliacensis, e.

Corning
Corninga, ae, f.
Est pagus in Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Corningani, orum; Corninganus, a, um.

Cornwall
Cornubia, ae, f.
Est regio Britanniae.
Cornubienses, ium; Cornubiensis, e.

Coro
Chorus, i, m; cfr. Ap. Est urbs Venetiolae antiquissima. Chorenses, ium.; Chorensis, e (ex usu Curiae Romanae: Carensis).

Corocoro
Corocorum, i, n.
Est urbs, quae finibus Boliviae continetur.
Corocorenses, ium; Corocorensis, e.

(*) Costa d'Avorio Côte d'Ivoire Costa de Marfil Ivory Coast
Elfenbeinküste: Litus Eburneum, n.

Corpus Christi
Corpus Christi, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept.

Correse
Cures, ium, m. vel. f.
Est vetustum oppidum Sabinorum; cfr. Cic. *Rep.* 2, 26; Verg. *Aen.* 6, 811; Ovid. *Met.* 15, 7; Liv. 1, 18; al.
Curetes, um (Cures, etis); Curensis, e (Ovid. *Fast.* 3, 94).

Corrientes
Currentia, ae, f.
Verbo *corrientes* (plur.). Hispanorum sermone cursus amnis significatur. Est autem in lingua Latina nomen Currentius, ii; cfr. Diehl, 1454 B, p. 6, et Hieron. *Ep.* 32: «Ne Currentius forte noster frustra cucurrerit, duas epistulas . . . huic sermunculo adnexui» (nomen Currentii ab eo est fortasse iocose factum). Nomen feminum facile inde detorquetur.
Currentiani, orum; Currentianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Corrientensis).

Corsica Corse Córcega Corsica Korsika
Corsĭca, ae, f.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 6, 12 (80); al.
Corsi, orum (cfr. Plin. *H.N.* 15, 29, 38 [126]; Liv. 21, 16, 40, 34, al.); Corsĭcus, a, um (Plin. *H.N.* 30, 4, 10 [28]), vel Corsicanus, a, um (Solin. 3; Serv. *ad Verg. Georg.* 4; 10), vel Corsus, a, um (Ovid. *Fast.* 6, 194).

Cortemaggiore
Curia Maior, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum, petrolii scaturigine insigne.

Cortina d'Ampezzo
Cortina, ae, f.
Est oppidum venustum in convalli Dolomianis montibus circumsaepto.
Cortinenses, ium; Cortinensis, e.

Cortona
Cortona, ae, f.
Est nomen origine Etruscum (cfr. C.I.E., 1, 471: «curtun»).
Cortonenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 5, 8 [52]); Cortonensis, e.

Coruña (La) Corogne
Corona, ae, f.
Est urbs Hispaniae. Apud antiquos hoc nomine oppidum Arabiae Felicis appellabatur; cfr. Rav. p. 57.
Coronenses, ium; Coronensis, e.

Corvallis
Corvallis, is, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatis Americae Sept. est sita.
Corvallenses, ium; Corvallensis, e.

Corvey
Corbeia, ae, f.
Corbeienses, ium Corbeiensis, e.

Cosenza
Consentia, ae, f.
Est urbs Bruttiorum, nomine deducto a Consentibus (diis). De ea commemoratur apud Varr. *R.R.* 1, 7; Plin. *H.N.* 14, 6, 8 [69]; Liv. 8, 24; al.
Consentini, orum (Cic. *Fin.* 1, 3, 7); Consentinus, a, um.

(*)
Costantinopoli Constantinople Constantinopla Constantinople Konstantinopel
Constantinopŏlis, is, f.; Cassiod. *Hist. trip.* 2, 18: (Constantinus) «eam . . . aequam imperiali Romae constituit et denominatam Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmavit» (Νεὰ Ῥώμη vel δεύτερα Ῥώμη). Nomen Turcicum *Istambul* ortum est e locutione Graeca εἰς τὴν πόλιν. Ut enim Roma a Latinis per antonomasiam Urbs dicebatur, ita Constantinopolis a Graecis Πόλις. Constantinopolitani, orum; Constantinopolitanus, a, um.

Costanza (in Dacoromania)
Tomi, orum, f.
Est urbs, olim Moesiae inferioris nunc Dacoromaniae, quo Ovidius fuit relegatus.
Tomitae, arum (Ovid. *Trist.* 1, 2, 85); Tomitanus, a, um (id. *Pont.* 1, 1, 1).

Costanza (in Germania) **Costance Constanza Constance Konstanz**
Constantia, ae, f.
Constantienses, ium; Constantiensis, e.

Cotilia (lacus)
Cutilia, ae, f.
Est lacus in agro Reatino situs, in quo, ut M. Varro tradit, insula fluctuatur, Italiae umbilicus; cfr. Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (109; C.I.L. 2, p. 437; Liv. 26, 11; Vitr. 8, 3, 5; Cels. 4, 12. Sunt ibi fontes medicati.
Cutiliensis, e (Varro *L.L.* 5, 71: «Lymphae — ad lacum Cutiliensem»).

Cotonou
Cotonua, ae, f.
Haec urbs finibus Civitatis Dahomeianae seu Beninensis continetur.
Cotonuenses, ium; Cotonuensis, e.

Cour - l'Evêque
Curia Episcopi, f. (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.

Courtenay
Cortenĭăcum, i, n.
Est oppidum Galliae (cfr. OL).
Corteniacenses, ium; Corteniacensis, e.

Courtrai Kortrijk
Cortorĭăcum, i, n.
Est urbs Belgica.
Cortoriacenses, ium; Cortoriacensis, e.

Coutances
Constantia, ae, f.
Haec urbs Gallica in *Not. dign. occ.* 37; *Not. Gall.* 2, 7; al., commemoratur.
Constantini, orum; Constantinus, a, um (cfr. Greg. Tur., *Franc.* 8, 31; — ex usu Curiae Romanae: Constantiensis) vel Constantius, a, um (in Conc. Aurel. a. 538: «ecclesia Constantia»).

Coventry
Coventria, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Coventrienses, ium; Coventriensis, e.

Cozie (Alpi) **Alpes Cottiennes Alpes Cottenos Cotian Alps Kottische Alpen**
Alpes Cottiae, f.; cfr. Ammian. 15, 10, 2 sq.: «Unde ad solis ortum attollitur Gallia, aggeribus cedit Alpium Cottiarum; vias rex Cottius, perdomitis Galliis solus in angustiis latens ... molibus magnis exstruxit».

Cozzo
Cuttiae, arum, f.
Est oppidum Italiae, de quo in C.I.L. 5, p. 715 et 950, et in Itin. Ant. commemoratur.
Cuttienses, ium; Cuttiensis, e.

Crambe
Crambum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Anglicum.
Crambenses, ium; Crambensis, e.

Crateús
Crateopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Est urbs Brasiliana.
Crateopolitani, orum; Crateopolitanus, a, um.

Crato
Cratum, i, n.
Est urbs Brasiliensis.
Cratenses, ium; Cratensis, e.

Crema
Crema, ae, f.
Est urbs Italica.
Cremenses, ium; Cremensis, e.

Cremona Crémone
Cremona, ae, f.
Est nota urbs ad Padum fluvium sita, de qua Liv. 21, 25 et al.; Tac. *Hist.* 3, 34; Plin. *H.N.* 3, 19, 23 (130); Sueton. *Vesp.* 7; et alii commemorant.
Cremonenses, ium (Liv. 27, 10, 28; al.); Cremonensis, e (Liv. 28, 11; al.).

Creta Crète Creta Crete Kreta
Creta, ae, vel more Graecorum (Κρήτη) Crete, es, f.
Cretes, um (cfr. Cic. *Mur.* 35, 74; id. *Rep.* 2, 2; al.).
Accus. exit in -as.
Cretensis, e, vel Cretaeus, a, um.

Créteil
Cretelium, ii, n. (cfr. OL; C; al.)
Est urbs Gallica.
Cretelienses, ium; Creteliensis, e.

Creuzburg
Cruciburgum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum in Thuringia situm; Cruciburgenses, ium; Cruciburgensis, e.

Crevalcore
Crevalcorium, ii, n. (cfr. OL, ubi et alia nomina recensentur: Allegralcorium, Crepacorium, Crevacorium).
Est urbs Italica.
Crevalcorienses, ium; Crevalcoriensis, e.

Crimea Crimée Crimea Krim
Chersonesus Taurica, f.; dicitur etiam solum Chersonesus.

Croazia Croatie Croacia Croatia Kroatien
Croatia, ae, f.
Croatae, arum; Croatus, a, um.

Crookston
Crucstonia, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Crucstonienses, ium; Crucstoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Crookstoniensis).

Crotone
Croto onis, vel Croton, f.
De hac urbe Italiae meridianae, olim Magnae Graeciae, multi scriptores veteres commemorant. Cfr. Liv. 23, 30: «Bruttiorum exercitus Crotonem, Graecam urbem, circumsedit».
Crotoniatae, arum (Cic. *Inv.* 2, 1; id. *N.D.* 2, 2, 6; al.); Crotoniensis, e (Liv. 29, 36), vel Crotonensis, e (Greg. Magn., *Ep.* 7).

Csánad
Chonadium, ii, n.
Chonadienses ium; Chonadiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Csanadiensis).

Csepel
Cepelia, ae, f.
Est insula in Danuvio apud Budapestinum sita.

Cuba Kuba
Cuba, ae, f.
Haec insula, a Christophoro Columbo anno 1492 reperta, e nomine cuiusdam oppidi autochthonum est appellata (cfr. Egli, 225).
Cubani, orum; Cubanus, a, um.

Cúcuta
Cucŭta, ae, f.
Est urbs Columbiana.
Cucutenses, ium; Cucutensis, e.

Cuiabá
Cuiaba, ae, f.
Est urbs Brasiliae mediterraneae.
Cuiabenses, ium; Cuiabensis, e.

Cullera
Sucro, onis, m.
Est oppidum Hispaniae; cfr. Plin. *H.N.* 3, 20; Mel. 2, 92; al.
Sucronenses, ium; Sucronensis, e (cfr. Cic. *Balb.* 2; al.).

Culma Chelmno Kulm
Culma, ae, f.
Culmenses, ium; Culmensis, e.

Cuma
Cumae, arum, f.
Cfr. Serv. ad Verg. *Aen.* 6, 2: «Euboea insula est, in qua Chalcis civitas, de qua venerunt qui condiderunt civitatem in Campania, quam Cumas vocarunt»; Cic. *Tusc.* 3, 13, 27; Solin. 2; al.
Cumani, orum; Cumanus, a, um.

Cumaná
Cumana, ae, f.
Haec urbs finibus Venetiolae continetur.
Cumanenses, ium; Cumanensis, e.

Cumberland
Cumbria, ae, f.
Est regio Britanniae.
Cumbrienses, ium; CUmbriensis, e.

Cunco
Cuncum, i, n.
Est oppidum Chiliae.
Cuncani, orum; Cuncanus, a, um.

Cuneo
Cuneum, ii, n. (cfr. L; AP).
Est urbs Pedemontanae regionis.
Cuneenses, ium; Cuneensis, e.

Cupramontana
Cupra Montana, f.
Est oppidulum in Picenis situm; cfr. Ptol. 3, 1, 45: Κοῦπρα Μοντάνα.
Cuprenses, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 13, 18 [111]; C.I.L. 9, 5700).

Curaçao
Curacaum, i, n.
Est una ex insulis, quae Antillae Nederlandicae appellantur.
Curacaitani, orum; Curacaitanus, a, um.

Curdistan Kurdistan Curdistán Kurdistan
Corduena, ae, f.
Est regio montuosa Armeniae, nunc Iraquiae intra fines posita. Cfr. Ammian. 18, 6, 20 et 25, 7, 9.
Cordueni, orum (cfr. Sall. *Hist. frg.* 4, 72; Plin. *H.N.* 6, 15, 17 [44]; Eutrop. 8, 3, 1; al.); Corduenus, a; um.

Curepipe
Curepipa, ae, f.
Est oppidum insulae Mauricianae.
Curepipenses, ium; Curepipensis, e.

Curitiba
Curitiba, ae, f.
Haec urbs finibus Brasiliae continetur.
Curitibenses, ium; Curitibensis, e (cfr. AP).

Curzola
Corcyra Nigra, f.
Ita appellata est iam a veteribus (cfr. Plin. *H.N.* 3, 26, 30 [152], Tab. Peut.; Itin. Ant.) insula Delmatiae praeiacens.

Cuttack
Cuttacum, i, n.
Est urbs Indica.
Cuttacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Cuttackensis; est tamen animadvertendum coniunctas litteras *ck* in lingua Latina non inveniri).

Cuxhaven
Cuxhavia, ae, f. (cfr. OL).

Est urbs Germaniae.
Cuxhavienses, ium; Cuxhaviensis, e.

Cuzco
Cuscum, i, n. (cfr. FB).
Cuscani, orum; Cuscanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Cuschensis).

Cyprus
v. Cipro.

Czechoslovakia: v. Cecoslovacchia.

Czestochowa
Tzenstochovia, ae, f. vel, e vulgaris sermonis more, Cestochovia, ae, f.
Est urbs Polonica, sacrario mariali insignis.
Tzenstochovienses, ium; Tzenstochoviensis, e; Cestochovienses, ium; Cestochoviensis, e.

D

Dacca
Dacca, ae, f.
Hoc nomen, quo urbs princeps Rei publicae Bangladesanae significatur, deductum est a *Dhaka* vel *Dacca*, quod verbum idem esse videtur ac *dea abscondita* Indorum (Egli, 249).
Daccenses, ium; Daccensis, e.

Dachau
Dachavia, ae, f., vel Dachovia, ae, f.
Haec urbs Bavariae propter captivos ibidem conglobatos memorabilis evasit.
Dachavienses, ium; Dachaviensis, e.

Dagana
Dagana, ae, f.
Est urbs Senegaliensis.
Daganenses, ium; Daganensis, e.

Dahomey Benin
Dahomeia, ae, f., vel, ut recens invaluit, Beninum, i, n.
In priore nomine Latino faciendo sum aliquo modo Graecos recentes secutus, a quibus appellatur ἡ Δαχομέη.
Vox autem vulgaris *Dahomey* derivata est ab autochthonum dictione *Da homé, Da homy, Da omi,* cui haec est vis subiecta: *Habitatio super ventrem Da.* Nam, quemadmodum tradunt, *Da,* vir princeps tribus, quae regionem colebat, ab alio regulo est interfectus, ventre scisso, eoque loco novum oppidum conditum (Egli, 230).
Dahomeiani, orum; Dahomeianus, a, um; Beninenses, ium; Beninensis, e.

Dakar
Dacaria, ae, f.
Est urbs caput Senegaliae.
Dacarienses, ium; Dacariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Dakarensis).

Dakhla
Dacla, ae, f.
Haec urbs vulgo *Villa Cisneros* appellabatur, donec Saharae pars, ad litus Oceani Atlantici posita, Hispanis erat subiecta.
Daclenses, ium; Daclensis, e.

Dalheim
Dalemum, i, n.
Est vicus Germaniae.
Dalemenses, ium; Dalemensis, e.

Dallas
Dallasium, ii, n. (cfr. AP).
Haec urbs in Texia est sita, una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Dallasienses, ium; Dallasiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Dallasensis).

Dalton
Daltonia, ae, f.
Hoc nomine municipia quaedam Britannica et oppidum Australianum appellantur.
Daltonienses, ium; Daltoniensis, e.

Damasco Damas Damasco Damascus Damaskus
Damascus, i, f.
Da hoc nomine multi, ut patet, veteres commemorant.
Damasceni, orum; Damascenus, a, um.

Damiette
Tamiăthis, is, f. (Graece: Ταμίαθις apud Steph. Byz).
Tamiathĭci, orum; Tamiathĭcus, a, um.

Danimarca Danemark Dinamarca Denmark Dänemark
Dania, ae, f.
Hoc nomine significatur regio plana seu demissa, in confinio sita (*daun,* cfr. Angl. *down-mark*; It. *marca bassa*).
Dani, orum; Danĭcus, a, um.

Dannenberg
Danneberga, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Dannebergenses, ium; Dannebergensis, e.

Danubio Danube Danubio Danube Donau
Danuvius, ii, m.; scribitur etiam Danubius, sed prior forma est praeferenda. Invenitur, sed raro, genus neutrum: Danubium, cfr. *Acr. Hor. Ep.* 2, 3, 18. Nobilis hic amnis oritur in Abnoba monte, intra Germaniae fines, pluresque excipiens fluvios, in quibus praesertim Aenum, Germaniam, Austriam, Hungariam, Dacoromaniam permeat ac denique in Pontum Euxinum effunditur.

Veteres inferiorem eius cursum appellarunt Histrum (Hister, tri). Fusius describitur a Plinio, *H.N.* 4, 12, 24 (79).

Danzica Gdansk Danzig
Gedanum, i, n.
Gedanenses, ium; Gedanensis, e.

Dar-es-Salaam
Irenopŏlis Tanzaniae, f.; vel Daressalam, n. (non inclinatur in casus).
Vulgare nomen urbis principis Tanzaniae (*Dar-es-Salaam*) idem valet ac domus pacis.
Irenopolitani, orum, Tanzaniae; Daressalamenses, ium; Irenopolitanus, a, um, Tanzaniae, vel Daressalemensis, e (ex usu Curiae Romanae: Daressalamensis).

Darjeeling
Dardzilinga, ae, f.
Est urbs Indiae (*dar* = diffusus; *gjis* = latus, amplus; *ling* = terra, regio; Egli, 234).
Dardzilingenses, ium; Dardzilingensis, e (ex usu Curiae Romanae: Darieelingensis).

Darlington
Darlintonia, ae, f. (in OL ponitur etiam Darlintonium, Derlingtona, Derningtona, sed praeferenda prior scribendi ratio).
Est oppidum Britannicum.
Darlintonienses, ium; Darlintoniensis, e.

Darmstadt
Darmstadium, ii, n. (cfr. FB; OL).
Est urbs Germaniae.
Darmstadienses, ium; Darmstadiensis, e.

Daroca
Daroca, ae, f. (cfr. FB).
Est urbs Hispaniae.
Darocenses, ium; Darocensis, e.

Darwin
Darvinopŏlis, is, f.
Haec urbs Australiae appellatur e nomi-

ne Caroli Darwin, Britanni disciplinarum naturalium cultoris, qui auctor fuit doctrinae de viventium per gradus mutatione, quam darvinismum appellant.
Darvinopolitani, orum; Darvinopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Darvinensis).

Dassel
Dassēla, ae, f (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Dasselenses, ium; Dasselensis, e.

Datchet
Daceta, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Britanniae.
Dacetenses, ium; Dacetensis, e.

Daulaghiri
Daulaghirius, i, m.
Est pars Imai montis (*dhavala* — *ghiri* = albus mons).

Dauphiné
v. Delfinato.

Davenport
Davenportus, us, m.
Haec urbs finibus Foederarutum Americae Sept. Civitatum continetur.
Davenportuenses, ium (adi. ad portum pertinens est «portuensis»; cfr. Via Portuensis Romae, quae ad Portum Augusti, ad dexteram ostii Tiberini, ducebat); Davenportuensis, e (tamen ex usu Curiae Romanae: Davenportensis).

Davos
Davo, nis, f.
Est oppidum Helvetiae saluti hominum accommodum (in lingua Raetica-Romana *davo* = retro; *davens* = intra; Egli, 236).
Davonienses, ium; Davoniensis, e.

Deaux
Deucium, ii, n. (cfr. OL).
Deuciani, orum; Deucianus, a, um.

Décize
Decetia, ae, f.
Est oppidum Galliae, de quo apud Caes. *B.G.* 7, 33; in Itin. Anton.; C.I.L. 13, 1, p. 432; apud Rav. commemoratur.
Decetiani, orum; Decetianus, a, um.

Dedza
Dedza, ae, f.
Est oppidum Malaviense.
Dedzani, orum; Dedzanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Dedzaënsis).

Delaware
Delavaria, ae, f.
Sic appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Thomas De La Warr seu Delaware, moderator Civitatis Virginae (1527-1618), cum horrida fureret tempestas, ad flumen, quod in Oceanum Atlanticum effunditur, anno 1611 pervenit. Cui fluvio deinde ipsum eius nomen *Delaware* est impositum ex eodemque etiam Civitas appellata.
Delavariani, orum; Delavarianus, a, um.

Delbrück
Delbruga, ae, f.
Est urbs Germanica.
Delbrugenses, ium; Delbrugensis, e.

Delfinato Dauphiné
Delphinatus, us, m.
Est regio Galliae.

Delft
Delfta, ae, f.
Est oppidum Nederlandicum.
Delftenses, ium; Delftensis, e.

Delhi
Delium, ii.
Quid sibi nomen crebrae huius urbis Indicae velit, non constat inter etymologos. Exarandi modo *Delium, ii,* suffragatur auctor *lexici geographici* DG. Delienses, ium; Deliensis, e (ex usu vero Curiae Romanae ponitur *Delhiensis*, scilicet cum *h* littera post *l*).

Delo Delos
Delos, i, f.
Delii, orum; Delius, a, um.

Delvenau
Delvunda, ae, f. (cfr. OL).
Est fluvius Germaniae.

Denio
Dianium, ii, n.
Hoc oppidum Hispanicum, cuius nomen a Diana repetitur, memoratur a Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (20); Cic. *Verr.* 1, 34, 87, et 5, 56, 146; Solin. 23; al.
Dianenses, ium; Dianensis, e (cfr. C.I.L. 3, 3125).

Denmark
v. Danimarca.

Denver
Denverium, ii, n. (cfr. AP).
Est caput Colorati, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Denverienses, ium; Denveriensis, e.

Derna
Darnis, is, f., vel Darnae, arum, f.
Haec urbs, in finibus Libyae ad oram Cyrenaicam sita, commemoraur ab Ammian. 22, 16, 4, et in Itin. Anton.
Darnitani, orum; Darnitanus, a, um (in AP est Dernensis, quo adiectivo nuncupatur Vicariatus Apostolicus, cuius sedes est urbs *Derna,* ut vulgo dicitur; et est simul Darnitanus, quo adiectivo sedes titularis ad eandem pertinens urbem significatur).

Derry
Deria, ae, f.
Est oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. positum.
Derienses, ium; Deriensis, e.

Desio
Desium, ii, n. (cfr. OL).
Est oppidum Langobardiae.
Desienses, ium; Desiensis, e.

Des Moines
Monachopŏlis, is, f.
Haec est urbs princeps Foederatae Civitatis Americae Sept., quae Iova (vulgo *Iowa*) vocitatur.
Monachopolitani, orum; Monachopolitanus, a, um.

Dessau
Dessavia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Dessavienses, ium; Dessaviensis, e.

Detmold
Detmolda, ae, f.
Antiquissima nominis forma est *Theotmalli* (cfr. Förstemann, II, 1035), cuius prior pars est *thiuda,* quo prisco verbo Germanico populus significatur. OL plures nominis rationes affert: Teotmola, Depmeldia, Dethomolda, Diethmelium, Dietmullum, Theotmalli, Thietmelli, Tulisurgium, Dippodiswalda. Est urbs Germanica.
Detmoldenses, ium; Detmoldensis. e.

Detroit
Detroitum, i, n.
Est urbs perfrequens maximeque industria Michiganiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Detroitenses, ium; Detroitensis, e.

Dettingen
Dettinga, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Dettingani, orum; Dettinganus, a, um.

Deutsche Demokratische Republik
v. Repubblica Democratica Tedesca.

Deutschland
v. Germania.

Deutz
Divitia, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Divitenses, ium (cfr. Diehl, 462: «Legionis secundae Divitensium»); Divitensis, e.

Deventer
Daventria, ae, f.
Nomen Latinum huius urbis Nederlandicae in scriptis mediae aetatis occurrit.
Daventrienses, ium; Daventriensis, e.

Devon (shire)
Devonia, ae, f.
Est regio Britanniae.
Devonienses, ium; Devoniensis, e.

Diano Marina
Dianum, i, n. (cfr. OL).
Hoc oppidum ad sinum Ligustinum est positum.
Dianenses, ium; Dianensis, e.

Diedenhofen
v. Thionville.

Dienze
Decem pagi, m.
Est oppidum Galliae, prope Metas, de quo apud Ammian. 16, 2, 9, et in Itiner. Anton. commemoratur.

Dieppe
Deppa, ae, f. (cfr. C).
Est urbs Galliae.
Deppenses, ium; Depepnsis, e.

Diessen
Tessenium, ii, n., (cfr. OL).
Hoc oppidum Bavariae situs amoenitate et vetere monasterio canonicorum regularium est illustre. Scribitur etiam: Diessa, ae, f.
Tessenienses, ium; Tesseniensis, e.

Diest
Diesta, ae, f. (cfr. C).
Est oppidum Belgicum.
Diestenses, ium; Diestensis, e.

Digione Dijon
Divio, onis, f.
Est urbs Galliae; cfr. *Not. Gall.* et titul.
Divionenses, ium; Divionensis, e.

Digne
Dinia, ae, f.
Est oppidum Galliae; cfr. Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (37); C.I.L. 7, 122.
Dinienses, ium (*Not. Gall.*: «Civitas Diniensium»); Diniensis, e.

Digny
Digniăcum, i, n.
Est oppidum Galliae.
Digniacenses, ium; Digniacensis, e.

Dijon
v. Digione.

Dilbeek
Dilbeca, ae, f. (cfr. OL).
Hoc oppidum in Flandria est situm.
Dilbecenses, ium; Dilbecensis, e.

Dili
Dilium, ii, n. Est oppidum princeps Timoriae, qua ad orientem vergit.
Dilienses, ium; Diliensis, e.

Dillingen
Dillinga, ae, f.
Est oppidum Badeniae in Germania.
Dillingani, orum; Dillinganus, a, um.

Dinamarca
v. Danimarca.

Disentis
Desertina, ae, f.
Ita anno 766 hic locus Helvetiae (quo nunc oppidum cum pervetere monasterio exstat) quasi «desertus» nominatur (cfr. Egli, 253).
Desertinenses, ium; Desertinensis, e (cfr. «coenobium Desertinense»).

District of Columbia
Territorium Columbianum, n.; in quo Vasintonia (*Washington*), urbs caput omnium Foederatarum Civitatum Americae Sept., est sita.

Djakarta
Iacarta, ae, f.
Hoc nomen, quod etiam *yacatra* audiebat, deductum est a prisco sermone Indico seu Sanscrito, e cuius ratione dicebatur *Jayacarta*, h. e. opus victoriae (Egli, 88).
Iacartenses, ium; Iacartensis, e.

Djibouti
v. Gibuti.

Dnjepr
Borysthĕnes, is, m.
Est permagnus fluvius Europae orientalis, in Pontum Euxinum influens. Cfr. Mel. 2, 6: «Alit laetissima pabula magnosque pisces»; Plin. *H.N.* 4, 12, 26 (82); Senec. *Quaest. nat.* 4, 2, 20; Gell. 8, 4, 9; al.

Dniester
Tyras, ae, m.; scribitur etiam Tyra, ae (cfr. Plin. *H.N.* 4, 12, 26 [82]); plures veteres de hoc flumine olim Sarmatiae, nunc Russiae, quod in Pontum Euxinum effunditur, commemorant (veluti Ovid. *Pont.* 4, 10; Val. Flacc. 6, 84; Ammian. 31, 33; Mel. 2, 7). Serius nomen Damastris invaluit.

Dobbiaco Toblach
Duplagum, i, n.
Ita in pervetere diplomate (a. 827 vel 828) ecclesiae Frisingensis, quod nomine Quartini, viri Norici, inscribitur, hic vicus in valle Pustrissa (in Tiroli Meridiana seu in regione Athesis Superioris) situs, Latine appellatur (Duplago).
Duplagenses, ium; Duplagensis, e.

Dobrugia Dobroudja Dobrudja Dobruja Dobrudscha
Dobrogia, ae, f.
Nomen huius regionis deductum esse videtur e Dobroticio, regulo quodam Byzantio (cfr. «Vox Latina», 1972, p. 32, ann. 1 - C. Eichenseer).

Dodecanneso Dodecanèse Dodecanese Dodekanes
Dodecanesos, i, f.
Sic duodecim insulae Graecae adversus Asiam Minorem positae appellantur.

Dodge City
Dodzopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Dodzopolitani, orum; Dodzopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Dodgepolitanus).

Dodoma
Dodoma, ae, f.
Est urbs Tanzaniae, nunc eius caput.
Dodomenses, ium; Dodomensis, e.

Dôle
Dola, ae, f. vel plenius: Dola Sequănum, f.
Dolani, orum; Dolanus, a, um.
Hoc modo nomen urbis, incolarum, adiectivum in actis causae institutae ad Beatorum Caelitum honores decernendos Annae de Xainctonge (Romae 1972) scripta invenimus.

Dominica Dominique
Dominĭca, ae, f.
Haec insula, una ex Antillis, ita nuncupatur, quod die dominica est inventa. Est

autem Civitas, cum Regno Britannico consociata.
Dominicarii, orum; Dominicarius, a, um (dominicarius idem valet ac pertinens ad diem dominicam, die dominica agens; cfr. S. August., *Ep.* 36, 21.).

Dominicana (Repubblica) **Dominicaine** (Républic) **Dominicana** (República) **Dominican** (Republic) **Dominikanische Republik.**
Res publica Dominiciana, f.
Dominiciani, orum; Dominicianus, a, um.

Dominikanische Republik
v. Repubblica Dominicana.

Domodossola
Oscella, ae, (cfr. B) vel Oscela, ae (Ptol. 3, 1, 34) vel Oxilla, ae (Rav.).
Est oppidum Italiae.
Oscellenses, ium; Oscelllensis, e.

Don
Tanăis, is, m.; interdum genetivus exit in -idis, ut apud Charisium.
Est fluvius magnus Russiae, veteribus notus, qui vero de eius origine nihil certi sciebant et finem inter Europam et Asiam putabant (crf. Hor. *Carm.* 3, 10, 1).
Tanaitĭcus, a, um.

Donau
v. Danubio.

Donaueschingen
Doneschinga, ae, f.
Sic scriptum legimus hoc nomen in OL; potius tamen ponendum videtur verbum: Danuveschinga, ae, siquidem prior pars nominis refertur ad Danuvium flumen. Apud G (305) est: Donaueschinga.
Doneschingenses (Danuveschingenses), ium; Doneschingensis (Danuveschingensis), e.

Donauwörth
Donaverda, ae, f.
Sic hoc nomen, missis aliis scribendi formis, scriptum invenitur in OL; potius tamen ponendum esse videtur verbum: Danuverda, ae, siquidem haec est nominis interpretatio: Danuvii transitus.
Donaverdenses (Danuverdenses), ium; Donaverdensis (Danuverdensis), e.

Doncaster
Danum, i, n.
Hoc oppidum Britanniae memoratur in Itin. Anton.; in C.I.L. 7, p. 54; in *Not. dign. occ.* 40.
Danani, orum; Dananus, a, um.

Doornik
v. Tournai.

Dorchester
Durnovaria, ae, f.; cfr. Intin. Ant.; serius inductum est nomen: Dorcestria, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Durnovarienses, ium; Durnovariensis, e, vel Dorcestrienses, ium; Dorcestriensis, e.

Dordogne
Duranius, ii, m.
De hoc flumine Galliae plures scriptores veteres commemorant (Auson. *Mos.* 464; Sidon. *Carm.* 22, 102; Greg. Tur., *Franc.* 7, 20, 32).
Apud alios appellatur Dronona (cfr. *Rav.*; M.G.H. 1, 146).

Dordrecht
Dordracum, i, n. (cfr. FB).
Est urbs Nederlandiae.
Dordracenses, ium; Dordracensis, e.

Dormagen
Durnomăgus, i, m.
Haec statio, quae olim fuit, nunc urbs Germaniae, inter Coloniam Agrippinam et Novesium est sita.
Durnomagenses, ium; Durnomagensis, e.

Dornach
Dornacum, i, n.
Est pagus Alsatiae.
Dornacenses, ium; Dornacensis, e.

Dornock Firth
Dornocensis sinus, m. (cfr. OL).
Est sinus Scotiae.

Dorpat
Dorpatum, i, n. (cfr. G; MG; al.).
Dorpatenses, ium; Dorpatensis, e.

Dorset
Dorsetia, ae, f. (Cfr. OL).
Est urbs Britanniae.
Dorsetiani, orum; Dorsetianus, a, um.

Dortmund
Tremonia, ae, f.
Hoc nomen saec. XII et XIII occurrit (Egli, 259).
Est urbs Germaniae.
Tremoniani, orum; Tremonianus, a, um.

Douai
Duacum, i, n.
Est urbs Galliae, qua ad septentriones vergit.
Duacenses, ium; Duacensis, e.

Douala
Duala, ae, f.
Est urbs Camaruniae.
Dualenses, ium; Dualensis, e (ex usu Curiae Romanae: Dualaënsis).

Doubs
Dubis, is, m.
De hoc fluvio Galliae, qui in Alpibus oritur et Arari miscetur, Caesar *B.G.*, 1, 38, commemorat.

Dourados
Auratopŏlis, is, f. (cfr. AP) vel Aurata, orum, n. Est urbs Brasiliae.
Auratopolitani, orum; Auratopolitanus, a, um.

Douvaine
Dovenum, i (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.
Dovenenses, ium; Dovenensis, e.

Douzy
Duziăcum, i, n. (cfr. C).
Est oppidum Galliae.
Duziacenses, ium; Duziacensis, e.

Dover
Dubrae, arum, f.
Ita est apud Rav.; sed in Itin. Ant.: «ad portum Dubris». Est portus Britanniae.
Dubrenses, ium; Dubrensis, e.

Dover (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Dubrae Delavariae, f.; cfr. *Dover* (in Anglia). Haec urbs est caput Delavariae, in America Septentrionali.
Dubrenses, ium, Delavariae; Dubrensis, e, Delavariae.

Down
Dunum, i, n.
Dunenses, ium; Dunensis, e.

Downton
Duntonia, ae, f. (cfr. OL: Duntona).
Duntonienses, ium; Duntoniensis, e.

Dracy
Draciăcum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Gallicum.
Draciacenses, ium; Draciancensis, e.

Draguignan
Dracenum, i, n. (cfr. C).
Est urbs Gallica.
Dracenenses, ium; Dracenensis, e.

Drava Drave Drau
Dravus, i, n.
De hoc flumine Austriae, quod in Danuvium influit, commemoratur a Plin. *H.N.* 3, 25, 28 (147); Flor. 4, 12, 8; Solin. 21; apud Rav. est: Dravis.

Dresda Dresde Dresden
Dresda, ae, f.
Est urbs Germanica.
Dresdenses, ium; Dresdensis, e.

Drewton
Dreutonia, ae, f. (cfr. OL: Dreutona).
Est oppidum Britannicum.
Dreutonienses, ium; Dreutoniensis, e.

Drontheim
v. Trondhjem.

Dshibuti
v. Gibuti.

Dubai
Dubaia, ae, f.
Est una e parvis Civitatibus, quae Sinum Persicum adiacent.
Dubaiani, orum; Dubaianus, a, um.

Dublino Dublin
Dublinum, i, n.
Interdum ponitur etiam Eblana. Est urbs caput Hiberniae.
Dublinenses, ium; Dulinensis, e.

Dubrovnik
v. Ragusa.

Dubuque
Dubuqua, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Dubuquenses, ium; Dubuquensis, e.

Ducklington
Duclintonia, ae, f.
Est pagus Britannicus.
Duclintonienses, ium; Duclintoniensis, e.

Duddington
Dudintonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Dudintonienses, ium; Dudintoniensis, e.

Duisburg
Dusburgum, i, n.
Nomen perfrequentis huius urbis Germanicae deductum est a *dûs-burg*; quorum verborum priore ex usu sermonis Vestfalorum proprii significatur acervus (cfr. Danic. *dysse* = acervus lapidum; prisc. Scandin. *dys* = collis lapidibus effectus; Frison. occ. *dûst* = acervus, cumulus; Förstemann II, 779), altero, ut liquet, locus munitus, oppidum.
Dusburgenses, ium; Dusburgensis, e.

Dülmen
Dulmania, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germanicum.
Dulmanienses, ium; Dulmaniensis, e.

Duluth
Duluthum, i, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Duluthenses, ium; Duluthensis, e.

Düna
v. Dvina.

Dunedin
Dunedinum, i, n.
Est urbs Novae Zelandiae.
Dunedinenses, ium; Dunedinensis, e.

Dunkeld
Dunkelda, ae, f.
Est oppidum Scotiae.
Dunkeldenses, ium; Dunkeldensis, e.

Dunkerque Dünkirchen
Dunkerka, ae, f.
Hoc nomine significatur «ecclesia in arenis litoris (*dunes*) posita». Alii, ut L; Bad., scribunt: *Dinquerca*; sed nomen petitur a sermone Flandrico.
Dunkerkenses, ium;
Dunkerkensis, e.

Dunsford
Dunesfordia, ae, (cfr. OL: Dunesforda).
est pagus Britannicus.
Dunesfordienses, ium; Dunesfordiensis, e.

Dünzling
Dunzelinga, ae, f.
Est vicus Bavaricus.
Dunzelingenses, ium; Dunzelingensis, e.

Durance
Druentia, ae, f.
Est flumen Galliae, quod in Rhodanum se exonerat.

Durango
Durangum, i, n.
Est urbs in Colorato posita, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Durangenses, ium; Durangensis, e.

Durazzo
Dyrrachium, ii, n; scribitur etiam Dyrrhachium. Haec urbs Albaniae olim Epidamnus vel Epidamnum audiebat. Graeci eam a. 627 a. Ch. n. condiderunt. Cicero patria extorris ibi degit.
Dyrrachīni, orum (cfr. Cic. *Att.* 3, 22; Caes. *B.C.* 3, 20; al.); Dyrrachīnus, a, um (cfr. Caes. *B.C.* 3, 8: proelium); apud seriores est etiam Dyrracenus, a, um.

Durban
Durbania, ae, f.
Est urbs Africae Australis.
Durbaniani, orum; Durbanianus, a, um.

Düren
Marcodurum, i, n.
De nomine huius urbis, in Germania inferiore ad laevam Rheni fluminis positae, commemorat Tac. *Hist.* IV, 28. Est autem vocabulum e diversis linguis conflatum, e Latino *Marcus, i,* et *durum,* quod e Celtici sermonis ratione idem valet ac locus munitus.
Serius inductum est nomen: Durna, ae, f. (cfr. OL).
Marcodurenses, ium; Mardurensis, e.; vel Durnenses, ium; Durnensis, e.

Durham
Dunelmum, i, n.
Hoc nomine regio Britanniae et urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. vocantur.
Dunelmenses, ium; Dunelmensis, e.

Durlach
Durlacum, i, n. (cfr. FB) vel ad originem propius accedens: Turris ad Lacum, f. (OL).
Est urbs Germaniae.
Durlacenses, ium; Durlacensis, e.

Düsseldorf
Dusseldorpium, ii, n.
Est urbs Germaniae.
Dusseldorpienses, ium; Dusseldorpiensis, e.

Dvina Dwina Düna
Duina, ae, f.
Est flumen Europae orientalis, quod in Mare Balticum effunditur.

E

Easter Island
v. Pasqua (Isola).

East London
Londinium Orientale, n.
Est urbs Africae Australis.

Ebrach
Ebracum, i, n.
Ebracenses, ium; Ebracensis, e.

Ebridi Hébrides Islas Hébridas Hebrides Hebriden
Ebūdes, um, f.; scribitur etiam Hebudes, um; cfr. Solin. 22; Ptol. 2, 2, 11.

Ebro
Hibērus, i, f. Minus recte scribitur Iberus.
Hic fluvius Hispaniae dicitur a Catone (apud Non., p. 151 M.) «pulcher, magnus et pisculentus».

Ecija
Astigis Augusta, f.
Hoc oppidum Hispaniae a Mel. 2, 88; in Itin. Anton.; in C.I.L. 11, 32, 83 memoratur (cfr. et Strab. 3, 141).
Astigitani, orum; Astigitanus, a, um (Plin. *H.N.* 3, 1, 3 [12]; 1, 3 [7]).

Ecluse (l')
v. Sluis.

Ecosse
v. Scozia.

Ecuador
Aequatoria, ae, f.
Est Civitas Americae Meridianae (Res publica Aequatoriana).
Aequatoriani, orum; Aequatorianus, a, um.

Edam
Edamum, i, n.
Est urbs Nederlandiae.
Edamenses, ium; Edamensis, e.

Edinburgo Edimbourg Edinburgh Edinburg
Edimburgum, i, n.
Est urbs Scotiae.
Edimburgenses, ium; Edimburgensis, e.

Edirne
v. Adrianopoli.

Edmonton
Edmundopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Edmundopolitani, orum; Edmundopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Edmontonensis).

Egadi (le) **Egades Islas Egates Aegadian Islands Ägadische Inseln**
Aegătes, ium, f. vel Aegădes, um, f.
Sunt insulae prope Siciliam ad promunturium Lilybaeum sitae; cfr. Liv. 21, 10; Oros. *Hist.* 4, 10, 6; Mel. 2, 105; Flor. *Epit.* 1, 18; al.

Egeo (mare) **Mer Egée Mar Egeo Aegean Sea Ägäisches Meer**
Mare Aegaeum, n. De nominis origine alii aliter sentiunt.
Aegaeus, a, um, id est ad Aegaeum Mare pertinens; cfr. Cic. *Arat.* 426: «Aegaeus gurges»; Stat. *Theb.* 8, 478: «Aegaea Venus»; al.

Eger
v. Cheb.

Eggenburg
Egenburgum, i, n. (cfr. OL Egenburga).
Egenburgenses, ium; Egenburgensis, e.

Egina Egine Aegina Ägina
Aegina, ae, f.
Est insula sinus Saronici. Cfr. Cic., *Fam.* 4, 5: «Ex Asia rediens, quum ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Aegina, ante me Megara, quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata».
Aeginenses, ium; Aeginensis, e.

Egitto Egypte Egipto Egypt Ägypten
Aegyptus, i f. (et m. apud seriores).
Aegyptii, orum; Aegyptius, a, um (et Aegyptiăcus, a, um). Civitas, quae nunc illa in regione est constituta, appellatur Latine Res publica Arabica Aegyptia.

Egna Neumarkt
Endĭdae, arum, vel Endĭda, ae, f.
De hoc oppido, in finibus regionis ad Athesim Superiorem adiacentis seu Tirolis Meridianae sito, in Itin. Anton. commemoratur.
Endidenses, ium; Endidensis, e.

Ehingen
Ehinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Ehingenses, ium; Ehingensis, e.

Eibingen
Ibinga, ae, f. (cfr. Förstemann, 11, 1541: Ibingen).
Est pagus Germanicus.
Ibingenses, ium; Ibingensis, e.

Eichstätt
Dryopŏlis, is, f.
Ita ab «humanistis» hoc nomen Germanicum, quo *locus quercubus consitus* seu *quercetum* significatur, apte Graece redditum, Latinis auribus est accommodatum.
Dryopolitani, orum; Dryopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: *Eystettensis*, quo verbo nomen peregrinum ad linguae Latinae rationem quodam modo est conformatum, sed non est cur ponatur littera y).

Eifel
Eiflia, ae, f. (cfr. OL).
Est regio Germaniae.
Eifliensis, e.

Eindhoven
Eindovia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Nederlandica.
Eindovienses, ium; Eindoviensis, e.

Einsiedeln
Einsidlia, ae, f.
Loco huius nominis, ad aures Latinas

non satis apte accommodati, ab aliis, ac quidem rectius, ponitur: Eremus S. Mariae. *Einsiedeln* (*Einsiedelei*) enim eremum significat.
Einsidlienses, ium; Einsidliensis, e.

Eire
v. Irlanda.

Eisack
v. Isarco.

Eisenach
Isenacum, i, n.
Est oppidum Germanicum (cfr. OL).
Isenacenses, ium; Isenacensis, e.

Eisleben
Islebia, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Islebienses, ium; Islebiensis, e.

Eisenstadt
Sideropŏlis, is, f.
Sic ex usu Curiae Romanae haec urbs appellatur, quae est caput Regionis Castellanae (*Burgenland*) in Austria.
Sideropolitani, orum; Sideropolitanus, a, um.

El Aïoun
Aiuna, ae, f.
Ita oppidum princeps Saharae, quae Hispanica appellabatur, Latine nominatur.
Aiunenses, ium; Aiunensis, e.

Elat
Aelath, n. vel Aela, n.; non inclinatur in casus.
Est urbs Israeliana, ad sinum Aelaniticum sita. Quo nomine Hebraeo arboretum vel pometum significatur. Occurrit in Sacris Bibliis (cfr. 4 *Reg.* 14, 22); apud Plin. *H.N.* 5, 65, 12 [11]: Aelana); Ptol. 5, 17; Strab. 16, 759; al.).

Elba Elbe
Albis, is, m.
Est fluvius Germaniae, veteribus notus (cfr. Tac. *Germ.* 41; Solin. 20; al.).

Elbrus (Elbruz Kaf-dagh)
Mons Elbrus, m.
Est cacumen omnium altissimum montium, qui Caucasi nomine comprehenduntur.

Elfenbeinküste: v. Costa d'Avorio.

Ellesmere
Ellesmeria, ae, f.
Haec insula Canadensis in Mari Glaciali Artico est sita.

El Salvador
Salvatoria, ae, f.
Hoc nomen eodem modo confictum est, quo Aequatoria (*Ecuador*). Sed iam antiquitus eiusmodi nominis faciendi ratio nota erat; cfr. Eupatoria, ae, oppidum Chersonesi Taurici,ab Eupatore (Eupator, oris), seu Mithridate VI, rege Ponti, qui id condidit, nuncupatum; de quo Ammian. 22, 8, 36, Plin *H.N.* 6, 2, 2 (7); Solin. 44; Capell. 6, commemorant.
Salvatoriani, orum; Salvatorianus, a, um.

Elsass
v. Alsazia.

Embrun
Ebrodunum, i, n.
De hac urbe Gallica in *Not. dign. occ.*; in *Itin. Anton.*; apud Strab. 4, 179, commemoratur.
Ebrodunenses, ium; Ebrodunensis, e.

Emden
Emda, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Emdenses, ium; Emdensis, e.

Emmerich
Embrica, ae, f.
Sic nomen huius urbis Germanicae in veteribus tabulis litterarumque monumentis scriptum invenimus; est et altera forma: Emmericum, i, n.
Embricenses, ium; Embricensis, e.

Empoli
Empolia, ae, f.
Est urbs Tusciae; (cfr. DG; L).
Empolienses, ium; Empoliensis, e.

Ems
Amĭsis, is, f.; scribitur etiam Amissis, is.
Memoratur a Plinio *H.N.* 4, 14, 28 (100); apud Tacitum *Ann.* 1, 60, et 73 et 2 est: *Amisia*; sed sunt, qui putent apud eum agi de oppido fluvii cognomini; quod tamen probari nequit.
Est Amisis Germaniae flumen.

Encarnación
Incarnatio, nis, f.
Nomen huius oppidi Paraguaiani est quidem *abstractum,* quo eximium religionis mysterium significatur, potest vero usurpari; cfr. Pietas Iulia, Concordia, Pax Augusta, Assumptio.
Incarnationenses, ium; Incarnationensis, e (ex usu Curiae Romanae: SS. Incarnationis).

Engadina Engadin
Caput Aeni, n.
Re quidem *engadina* vel *endshadina,* ut incolae appellant, significat: «in capite Aeni» fluminis; cfr. B; BM. Est autem vallis Helvetica.

Engelberg
Mons Angelorum, m.
Est vicus Helveticus, monasterio O.S.B. insignis.

Enna
Henna, ae, f.
Est urbs Siciliae (cfr. L).
Hennenses, ium; Hennensis, e.

Enns
Anĭsus, i, m.
Hoc flumen Austriae, olim Norici, memoratur in C.I.L. 3, p. 666; cfr. Tab. Peut.: «Ani».

Entebbe
Entebe, is, f.
Est urbs Ugandae.
Entebenses, ium; Entebensis, e.

Entre Rios
Interamnium, ii, n.
Hoc nomine, quo olim oppidum Lucanum (Tab. Peut.; Rav.) vocabatur, provincia Argentina appellari posse videtur.

Enugu
Enugum, i, n.
Est oppidum Nigerianum.
Enugenses, ium; Enugensis, e (ex usu Curiae Romanae: Enuguensis).

Epernay
Sparnacum, i, n. (cfr. DGAM).
Est urbs Galliae.
Sparnacenses, ium; Sparnacensis, e.

Epfach
Abudiăcum, i, n.
Hoc oppidum Germanicum memoratur in Tab. Peut., in Itin. Anton. (Abuzacum), necnon in C.I.L. 3, p. 710.
Abudiacenses, ium; Abudiacensis, e.

Epinal
Spinalium, ii, n. (cfr. DG et C).
Est urbs Lotharingiae.
Spinalienses, ium; Spinaliensis, e.

Epinay
Spinetum, i, n.
Est urbs Galliae (cfr. C).

Spinetenses, ium; Spinetensis, e.

Episkopi
Curium, ii, n.
Est oppidum in insula Cypro situm. Cfr. Hieron., *Vita S. Hil.* 42; Tab. Peut.
Curiti, orum; Curitensis, e.

Eppan
v. Appiano.

Erbach
Erbacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Erbacenses, ium; Erbacensis, e.

Ercolano
Herculanĕum, i, n.
Hoc Romanorum municipium, cineribus e Vesuvio erumpentibus obrutum, artis operibus inde effossis claret.
Herculanenses, ium; Herculanensis, e.

Erding
Erdinga, ae, f.
Est oppidum Bavariae.
Erdingenses, ium; Erdingensis, e.

Erfurt
Erfordia, ae, f.
Est urbs Germanica; cfr. BM.
Erfordienses, ium; Erfordiensis, e.

Erharting
Ehardinga, ae, f. (cfr. OL).
Est vicus Bavaricus.
Ehardingani, orum; Ehardinganus, a, um.

Erie
Lacus Eriensis, m.
Hic lacus inter Canadam et Foederatas Americae Sept. Civitates situs est.

Eritrea Erithrée Eritrea Erythräa
Erythraea, ae, f.
Nomen huius regionis Africanae, quae pars est Aethiopiae, non quidem apud veteres scriptores occurrit, invenitur tamen adi. Erythraeum (Mare Erythraeum apud Plin. *H.N.* 28, 36 [107]).
Erythraei, orum; Erythraeus, a, um.

Erlangen
Erlanga, ae, f.
Est urbs Germanica.
Erlangenses, ium; Erlangensis, e.

Ermland
Varmia, ae, f.
Varmiense, ium; Varmiensis, e.

Ernakulam
Ernaculam, n.; non inclinatur in casus.
Est urbs Indica.
Ernaculamenses, ium; Ernaculamensis, e.

Er Riyad
Riadum, i, n.
Est urbs caput Arabiae Saudianae.
Riadenses, ium; Riadensis, e.

Erythräa
v. Eritrea.

Erzegovina Herzégovine Herzegovina Hercegovina Herzegowina
Herzegovia, ae, f. (v. Bosnia).
Herzegovienses, ium; Herzegoviensis, e.

Erzerum Erzurum
Carana, ae, f. vel Theodosiopŏlis, is, f.
Nomen prius est antiquius (*Not. dign. or.* 36, 20). Nomen deinde mutatum est in Theodosiopolim, in honorem Theodosii iunioris. Urbs sita est in Armenia (nunc Turcia), cuius vulgare nomen *Erzerum* deductum est a locutione Latina: *Arx Romanorum.*
Theodosiopolitani, orum; Theodosiopolitanus, a, um.

Escalda
v. Schelda.

Escandinavia
v. Scandinavia.

Escaut
v. Schelda.

Escocia
v. Scozia.

Escoussé
Segosa, ae, f.
Nomen huius oppidi Gallici in Itin. Anton. occurrit.
Segosenses, ium; Segosensis, e.

Eshowe
Esovia, ae, f.
Est oppidum Africae Australis.
Esovienses, ium; Esoviensis, e (ex usu Curiae Romanae: Eshovensis).

Eslovaquia
v. Slovacchia.

Esmeralda
Smaragdīna, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Smaragdiniani, orum; Smaragdinianus, a, um.

Esmeraldas
Smaragdīna, ae, Aequatoriae, f.
Hoc oppidum finibus Aequatoriae continetur.
Smaragdinenses, ium, Aequatoriae; Smaragdinensis, e, Aequatoriae (ex usu Curiae Romanae: Esmeraldensis).

España Espagne
v. Spagna.

Esperance
Sperantia, ae, f.
Hoc nomine urbs Australiae appellatur. Verbum sperantiae in veteribus titulis christianis occurrit, de vulgi sermone depromptum: cfr. Diehl 3324; 4121 D: «Aurelius Castus M. VIII fecit filio suo Antonia Sperantia»; 4039 A: Ισπηραντια βενεμερεντι φηκειτ (i.e. sermone Latino sed litteris Graecis = Sperantia benemerenti fecit).
Sperantienses, ium; Sperantiensis, e.

Espoo Esbo
Esbŏa, ae, f.
Est urbs Finnica.
Esboënses, ium; Esboënsis, e.

Esporades
v. Sporadi.

Essen
Essendia, ae, f.
Nomen deductum est a prisco verbo Germanico *awist - ast,* cuius vis est *ovile,* ut Förstemann, II, 233-234 docet. Veteres nominis huius scribendi rationes sunt: Astenidum, Astnida, Asnidi, Asnede, Asinde, Esnedi, Esnethi, ac demum Essendia.
Essendienses, ium; Essendiensis, e.

Essendon
Essendonia, ae, f.
Haec urbs finibus Australiae continetur.
Essendonienses, ium; Essendoniensis, e.

Esslingen
Eslinga, ae, f.
Est urbs Germanica.
Eslingenses, ium; Eslingensis, e.

Estado do Espírito Santo
Civitas Spiritus Sancti, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.

Estados Unidos de America
v. Stati Uniti d'America.

Este
Ateste, n.; non inclinatur in casus.
Sed apud Rav. scriptum legimus Adestum. Hoc oppidum Venetiae a pluribus veteribus memoratur; cfr. Tac. *Hist.* 3, 6; Plin. *H. N.* 3, 19, 19, 23 (130); in C.I.L. 3, 217. 5, 819; 6. 31122; al.
Atestini, orum; Atestinus, a, um (cfr. Martial. 10, 93, 3); vel. seriore aetate, Atestensis, e (Paul. diac., *Hist. Lang.* 5, 2).

Estelí
Estelia, ae, f.
Est oppidum Nicaraguae.
Estelienses, ium; Esteliensis, e.

Esthonia
v. Estonia.

Estiria
v. Stiria.

Estland
v. Estonia.

Estocolmo
v. Stoccolma.

Estonia Estonie Estonia Esthonia Estland
Estonia, ae, f.
Estonienses, ium; Estoniensis, e.

Estremadura
Extrema Durii, n.
Sic regio Lusitana vocatur.
Nomen sic explanatur: id indebatur in regno Legionensi, quod fuit media aetate, illi parti, quae erat ultra Durium fluvium.

Estremo Oriente (l') Extrême-Orient Estremo Oriente Far East Ferner Osten
Oriens Longinquus, m.

Esztergom Strigonia Gran
Strigonium, ii, n.
Est urbs praeclara Hungariae, sedes Primatis, eo loco sita, ubi Granua (*Gran*) flumen in Danuvium, seu, uti appellabatur, Istrum (Histrum) effunditur. Qua de causa eadem urbs olim et Istropolis vel Istrogranum vocabatur (nomine ab ambobus fluminibus sumpto). Hoc ipsum nomen *Istrogranum* est origo appellationis Latinae (non quidem antiquae) Strigonium, ii, et Hungaricae *Esztergom* (Egli 368).
Strigonienses, ium; Strigoniensis, e.

Etampes
Stampae, arum, f. (cfr. DG; C).
Est urbs Galliae.
Stampenses, ium; Stampensis, e.

Etats Unis d'Amérique
v. Stati Uniti d'America.

Etiopia Ethiopie Etiopia Etiopia Äthiopien
Aethiopia, ae, f. Haec vox, a veteribus tradita, a fonte Graeco est deducta: ab αἴθω -ὤψ, quae verba idem valent atque uro — vultus; nam ob solis ardorem incolae putabantur habere vultus adustos. Antiquis temporibus Aethiopia multo latius patebat quam nostra aetate, siquidem usque ad fines Mauritaniae portendebatur (eratque divisa in orientalem et occidentalem).
Aethiŏpes, um (Aethiops, is); cfr. Plin. *H.N.* 5, 9, 10 (52); 6, 29, 34 (173); al. Aethiopĭcus, a, um; cfr. id. 36, 13 (129) et 20, 38 (146); al.

Etna Ätna
Aetna, ae, f. vel more Graecorum Aetne, es.
De hoc monte maximo Siciliae Iustin., 4, 1, scribit: «Aetnae montis per tot saecula durat incendium et ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum moles egeruntur». Audi etiam Vergilium, *Georg.* 1, 472: «Undantem ruptis fornacibus Aetnam — Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa».
Aetnaeus, a, um (Cic. *N.D.* 2, 38, 96: «Aetnaeorum ignium eruptione tenebrae per biduum finitimas regiones obscuravisse dicuntur»).

Eton
Etonia, ae, f.
Est urbs Anglica studiorum sede illustris.
Etonienses, ium; Etoniensis, e.

Etsch
v. Adige.

Etschland
Athesia, ae, f. (cfr. DGAM).

Eu
Auga, ae, f.
Est urbs Gallica.
Augenses, ium; Augensis, e.

Eubea
Euboea, ae, f.
Est insula satis ampla Maris Aegaei, quae a paeninsula Graeca euripo seiungitur.

Eufrate Euphrate Eufrates Euphrates Euphrat
Euphrates, is, m.; accusativus exit in -em vel -en; cfr. Plin. *H.N.* 5, 24, 20 (83): «Oritur in praefectura Armeniae maioris Carantide (= *Erzerum*), ut prodidere ex iis, qui proxume viderant . . .».

Euphrates Euphrat
v. Eufrate.

Europa Europe Europa
Europa, ae, f.; est etiam forma Graeca Europe, es, f. (cfr. Hor. *Od.* 3, 27, 25; Prop. 2, 28, 52; Mart. 2, 14, 5).
Europaei, orum; Europaeus, a, um.

Evaux-les-Bains
Evahonium, ii, n.
Est urbs Gallica salutaribus aquis insignis.
Evahonienses, ium; Evahoniensis, e.

Everest
Mons Everestius, m.
Hic totius orbis terrarum altissimus mons, ad iuga pertinens, quae verbo Imai comprehenduntur, appellatus est e nomine Georgii Everest, qui Indiam trigonometrice dimetiendam curavit.

Evora
Ebora, ae, f.; scribitur etiam Ebura.
Est urbs Lusitaniae, quae et Liberalitas Iulia olim appellabatur; cfr. Plin. *H.N.* 4, 22, 35 (117); Itin. Anton.; C.I.L. 2, pp. 108-126. - Plin., op. mem., 4, 21, 35 (117): Liberalitas Iulia.
Eborenses, ium; Eborensis, e.

Evreux
Mediolanum Eburovicum, vel Aulercorum, n.
Eburovices vel Aulerci (e qua gente illi orti sunt) inter Ligerim et Sequanam incoluerunt. Urbs, eorum caput, memoratur in Itin. Anton.; in Tab. Peut.; cfr. et Ammian. 15, 11.
Eburovicenses, ium; Eburovicensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ebroicensis).

Exeter
Isca Dumnoniorum, f.
Haec urbs Britanniae nomen accepit a flumine Isca, ad cuius ostium est sita; cfr. C.I.L. 7, p. 12; Rav. Itin. Anton.

Extrême-Orient (le)
v. Estremo Oriente.

F

Fabriano

Attidium, ii, n., vel, ut posteriore invaluit tempore, Fabrianum, i, n.
Nomen Attidii invenitur in C.I.L. 11, 5718, et servatur in appellatione pagi *Attigio*, qui in agro continenti est situs.
Attidienses, ium, vel Fabrianenses, ium; Attidiensis, e, vel Fabrianensis, e (sic ex usu etiam Curiae Romanae).

Facatativá

Facatativa, ae, f.
Haec urbs Columbiae finibus continetur.
Facatativenses, ium; Facatativensis, e.

Fachingen

Fachinga, ae, f.
Est pagus Germaniae.
Fachingenses, ium; Fachingensis, e.

Faenza

Faventia, ae, f.
Cfr. Varro *R.R.* 1, 2, 7; Vell. 2, 28, 1; Sil. It. 8, 597.
Faventini, orum; Faventinus, a, um.

Fagnaux

Faniŏlum, i, n. (BM).
Est oppidum Gallicum.
Faniolenses, ium; Faniolensis, e.

Fairbanks

Faerbancsium, ii, n.
Haec urbs Alascana nomen accepit a Carolo Warren Fairbanks, viro in publicis negotiis Foederatarum Civitatum Americae Sept. versato (1852-1918).
Faerbancsienses, ium; Faerbancsiensis, e.

Fairfield

Campus Amoenus, m.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.

Faisabad Fyzabad

Faisabada, ae, f.
Est urbs Indica.
Faisabadenses, ium; Faisabadensis, e.

Falcón

Falconia, ae, f.
Est regio Reí publicae Venetiolanae.
Falconienses, ium; Falconiensis, e.

Falkenberg

Falcoberga, ae, f. (cfr. OL).
Falcobergenses, ium; Falcobergensis, e.

Falkland (Insulae)

v. Malvine.

Fanjaux

Fanum Iovis, n.
Est oppidum Gallicum.

Famagosta

Fama Augusta, f.
Haec urbs in insula Cypro est sita.
Famaugustani, orum; Famaugustanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Famagustanus).

Fano

Fanum, i, n.
Est urbs Umbriae, quae plenius Colonia Fanum Fortunae vel Colonia Iulia Fanum Fortunae appellabatur; cfr. Caes. *B.C.* 1, 1; Sidon. *Ep.* 1, 5; Rav.; al.
Fanenses, ium; Fanensis, e.

Far East

v. Estremo Oriente.

Farfa (fluvius)

Farfărus, i, m.
Est fluvius in Sabinis; cfr. Ovid. *Met.* 14, 330: «et amoenae Farfarus umbrae». A Verg. *Aen.* 7, 715, appellatur Fabăris.

Farfa (oppidum)

Fabăris, is, f. Cfr. *Farfa* (fluvius); hoc oppidum, antiquo coenobio insigne, a flumine Farfaro vel Fabari nomen traxit. Sed seriore aetate etiam nomen Farfa, ae, f. invaluit.

Farne (Isole) **Farne Islands**

Insulae Farnenses (cfr. Lindisfarna).
Hae insulae Scoticae Britanniae Orientali adiacent.

Fär Öer

Insulae Ovinae, f.
Hae insulae, in Oceano Atlantico, qua ad septentrionem vergit, sitae, anno 801 a Normannis sunt inventae et occupatae. Qui ibi ovium culturam exercuerunt; ex quo insulae ab iis vulgo appellatae sunt: *faer* (= ovis) — *öe* (= insula), ut est apud Egli, 303.

Fedingen

Fedinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Fedingani, orum; Fedinganus, a, um.

Feldhausen

Feldhusa, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Feldhusani, orum; Felhusanus, a, um.

Feldkirch

Campitemplum, i, n. (cfr. AP).
Est urbs Austriae.
Campitemplenses, ium; Campitemplensis, e.

Fellbach

Felbacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Felbacenses, ium; Felbacensis, e.

Feltre

Feltria, ae, f.
De hoc oppido Venetiae commemoratur in C.I.L. 5, 2071 et 4425.
Feltrienses, ium, vel Feltrini, orum (cfr. possessores F., apud Cassiod. *Var.* 5, 9); Feltriensis, e (cfr. C.I.L. 5, 2068), vel Feltrinus, a, um.

Ferentino

Ferentinum, i, n.
Haec urbs, in Hernicis sita, commemoratur a Liv. 1, 50 et alibi; Gell. 5, 3, 3; in Itin. Anton.; apud Rav.; in C.I.L. 10, p. 572, 982, 1013.
Ferentinates, ium (Liv. 9, 43; C.I.L. 10, 5825); Ferentinas, atis, vel Ferentinus, a, um, (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Fermo

Firmum, i, n.

Est urbs Italiae in Piceno; quae a pluribus scriptoribus veteribus memoratur; cfr. Plin. *Ep.* 6, 18; Val. Max. 9, 15, 1; Mel. 2, 65; Vellei. 1, 14; al.; adde C.I.L. 9, p. 508 et 700.
Firmani, orum (Liv. 27, 10; Cic. *Phil.* 7, 8, 23, *Att.* 8, 12); Firmanus, a, um.

Fernando Po
Ferdinandi Insula, f. (cfr. BM).

Ferner Osten
v. Estremo Oriente.

Ferrara
Ferraria, ae, f.
De hac urbe regionis Flaminiae veteres scriptores non commemorant; appellatur autem ab iis Ferraria oppidum Sardiniae (fortasse hodiernus pagus *S. Isidoro*), item promunturium Hispaniae (fortasse *El Cabo de San Martin*), cfr. Mel. 2, 91. Nomen refertur ad ferri fodinas.
Ferrarienses, ium; Ferrariensis, e.

Feuchtwangen
Hydropŏlis, is, f. (cfr. DGAM).
Est oppidum Bavariae.
Hydropolitani, orum; Hydropolitanus, a, um.

Feuerland
v. Terra del Fuoco.

Fezzan
Phazania, ae, f., vel Xerolibya, ae, f.
Sic appellatur pars interior Libyae, deserta et arida. Prius nomen scriptum invenimus apud Plin. *H.N.* 5, 5 (35); C.I.L. 8, p. 980, alterum apud Serv. ad Verg. *Aen.* 4, 42 et 196.

Fiandre Flandre Flandes Flanders Flandern
Flandria, ae, f.
Est regio Belgii.
Flandri, orum; Flandrĭcus, a, um.

Fichtelgebirge
Mons Pinĭfer, m.
Haec montium iuga in Germania sunt sita.

Fichteninsel
v. Ile de Pins.

Fidenza
Fidentia, ae, f.
Est oppidum Italicum, inter Parmam et Placentiam situm. Cfr. Liv. *Epit.* 88; Vellei 2, 28; Itin. Hieros.
Fidentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 15, 20); Fidentinus, a, um.

Fidschi Inseln
v. Figi (Isole).

Fiesole
Faesŭlae, arum, f.
A poetis interdum et numerus singularis usurpatur; cfr. Sil. It. 8, 477.
Est oppidum Tusciae, de quo plures veteres scriptores commemorant; cfr. Cic. *Cat.* 2, 14; 8, 79; Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (52); al.
Faesulani, orum; Faesulanus, a, um.

Figi Fiji Islands Fidschi
Insulae Fisienses, f.

Fiji Islands
v. Figi (Isole).

Filippine Philippines Filipinas Philippines Philippinen
Philippinae, arum, f.
Hae insulae, a Magellano anno 1521 repertae, e nomine Philippi II, Regis Hispaniae, sunt appellatae, sub cuius potestatem sunt redactae; ab anno 1898 usque ad annum 1946 Foederatae Civitates Americae Sept. in sua eas tenuerunt dicione. Tunc sui iuris factae sunt insulae.
Philippini, orum, vel Philippinenses, ium; Philippinus, a, um.

(*) Fi[n]landia Finlande Finland Finnland: Finnia, ae, f., vel Fennia, ae. Finni, orum, vel Fenni, orum; Finnicus, a, um, vel Fennicus, a, um.

Filippopoli Philippopel Plovdiv
Philippopŏlis, is, f.
Est urbs frequens Bulgariae, olim Thraciae, a Philippo II, rege Macedoniae, condita; cfr. Mel. 2, 30; Liv. 39, 53; Plin. *H.N.* 4, 11, 18 (41); Tac. *Ann.* 3, 28; Ammian. 26, 10 et 31, 5; al.
Philippopolitani, orum; Philippopolitanus, a, um.

Finale
Finalium, ii, n. (cfr. D G) vel Finarium, ii, n.
Est oppidum Liguriae.
Finalienses, ium; Finaliensis, e vel Finarienses, ium; Finariensis, e.

(*) **Finisterre** (Cabo de)
Artabrum, i (Promunturium) n.
Hoc promunturium, quod est in ora Lusitaniae, memoratur a Plin. *H.N.* 4, 21, 35 (113).

Firenze Florence Florencia Florence Florenz
Florentia, ae, f.
De hac urbe nobilissima Tusciae, ut liquet, plures veteres commemorant.
Florentini, orum; Florentinus, a, um.

Firenzuola
Florentiŏla, ae, f. (cfr. Rav.).
Est oppidum Italicum.
Florentiolani, orum; Florentiolanus, a, um.

Firth of Forth
Bodotria, ae, f.
De hoc sinu Scotiae Tacitus *Agr.* 23, commemorat.

Fiume Rijeka
Flumen, nis, n.
Est urbs Iugoslaviae.
Fluminenses, ium; Fluminensis, e (cfr. Fluminenses, qui a Iul. Honor. cosm., p. 54, ed. Riese, inter Africae populos numerantur).

Fiumicino
Fossa Traiana, ae, f.
Est vicus non procul ab Ostia, ubi magnus est aeroportus, e nomine Leonardi Vincii appellatus.

Flanders Flandern
v. Fiandre.

Flandes
v. Fiandre.

Flensburg
Flensburgum, i, n.
Haec urbs Germanica Daniae finibus conterminat.
Flensburgenses, ium; Flensburgensis, e.

Fleury
Floriăcum, i, n.
Sic oppidum Gallicum appellatur, nomine Latino inferioris aetatis inducto.
Floriacenses, ium; Floriacensis, e.

Florence Florencia Florenz
v. Firenze.

Florida
Florĭda, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quae regio ad meridiem vergens, quamvis Hispanis antea nota fuisse videatur, tamen, ut memoriae proditum est, verno tempore anni 1512 a Ioanne Pontio de León certa ratione fuit inventa; quem die Resurrectionis Domini seu, quemadmodum Hispani appellant, «Pascua florida» vel «de flores», ad orientalem oram ferunt appulisse ex eodemque festo totam plagam nomen accepisse.
Floridiani, orum; Floridianus, a, um (quemadmodum a Floro [Florus, i] dicitur Florianus, ita a Florido, quod est adiectivum et substantivum, apte derivatur Floridianus).

Florida (in Uruguaia)
Florīda, ae, f.
Floridenses, ium; Floridensis, e.

Foggia
Fodiae, arum, f.
Est nomen media aetate confictum. Haec urbs Apuliae sita est prope Arpos (*Arpi*), quod oppidum a veteribus commemoratur (cfr. Martial. 4, 55, 3; Liv. 9, 13 et alibi; Sil. It. 8, 248; Solin. 2).
Fodienses, ium; Fodiensis, e.

Folgaria
Fulgarīda, ae, f.
Sic oppidum regionis Tridentinae appellatur; cfr. BM.
Fulgaridenses, ium; Fulgaridensis, e.

Foglizzo Canavese
Fulgitium in Salassis, n.
Fulgitienses, ium; Fulgitiensis, e.

Foligno
Fulginia, ae, f.
Est nomen urbis in Umbria sitae. Memoratur a Sil. It. 7, 460: «patulo — iacens sine moenibus arvo Fulginia», item 4, 545; C.I.L. 6, 1428, 2375, et 11, 5215, 5217. Interdum occurrit forma pluralis: Fulginiae, arum (Itin. Hieros.).
Fulginates, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19); Fulginas, atis, vel Fulginensis, e (ex usu Curiae Romanae: Fulginatensis).

Fondi
Fundi, orum, m.
De hoc oppido, ad viam Appiam inter Tarracinam et Formias sito, plures veteres commemorant; cfr. Liv. 8, 14; Horat. *Sat.* 1, 5, 34; Cic. *Leg.* agr. 2, 25.66; al.
Fundani, orum (cfr. Liv. 8, 14; 38, 36); Fundanus, a, um (cfr. Horat. *Ep.* 1, 1, 4; al.).

Fontainebleau
Fons Bellaqueus, m. (cfr. DGAM; C). Ponitur etiam Fons Bliaudi.
Hoc oppidum Galliae aedibus regiis est perinsigne.

Fontevrauld
Fons Ebraldi, m. (cfr. BM).
Est oppidum Gallicum.

Fordongianus
Forum Traiani, n.
Hoc oppidum, in Sardinia situm, memoratur in Itin. Anton. et in C.I.L. 10, p. 816. De casu locativo huius nominis v. *Forlì* (Forum Livii).
Forotraianenses, ium; Forotraianensis, e.

Fôret-Noire
v. Selva Nera.

Forlì
Forum Livii, n. Haec urbs Aemiliae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 15, 20 (116); Cassiod. *Var.* 4, 8; Iorn. *Get.* 31; in Itin. Anton.; C.I.L. 11, 3281-3284.
De casu locativo, quem dicunt, huius nominis aliorumque hoc genus appellationum haec sunt animadvertenda.
A Cicerone aliisque ponitur vocula *ad* cum accusativo ad casum locativum significandum; cfr. Cic. *Ep.* 12, 5, 2: «Erat autem Claternae noster Hirtius, ad Forum Corneli Caesar, uterque cum firmo exercitu»; Tac. *Hist.* 3, 6, 2: «illic cognitum tris Vitellianas cohortes alamque, cui Sebosianae nomen, ad Forum Alieni ponte iuncto consedisse».
Est enim prae nobis ferendum ex usu sermonis cotidiani saepe praepositionem *ad* cum accusativo loco particulae *in* cum ablativo usurpari; quod potissimum contingere, cum hae inducantur locutiones: *ad forum, ad villam, ad aedem* (cfr. Kühner-Stegmann, *Ausf. Grammatik*, Hannover 1955, I, p. 520).
Deinde ablativus sine praepositione invaluit; cfr. Martial. 3, 4, 4: «Corneli referas me licet esse Foro»; Plin. *Ep.* 5, 19, 7: «destinavi eum mittere in praedia tua, quae Foro Iuli possides»; C.I.L. 5, 1893: «L. Numisio C.f. Aedili Foro Corn.»; ibid., 10, 4868: «Sex. Aulieno... Venafri et Foro Iuli». Posteriore aetate locativus casus huiusmodi nominum ablativo cum vocabula *in* efficitur.
Forolivienses, ium; Foroliviensis, e.

Forlimpopoli
Forum Popilii, n.
Hoc oppidum Aemiliae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 15, 20 (116); in C.I.L. 5, 5749; al. De casu locativo huius nominis v. *Forlì* (Forum Livii).
Foropopilienses, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9 [64]), Foropopiliensis, e.

Formia
Formiae, arum, f.
De hoc oppido, loci amoenitate conspicuo, saepe a veteribus commemoratur; cfr. Mart. 10, 30: «O temperatae dulce Formiae litus» (hic «Formiae» videntur esse appositio).
Notum est Ciceronem, qui *Formianum*, i.e. praedium in agro Formiano, habebat, ibi esse a sicariis necatum.
Formiani, orum; Formianus, a, um.

Formosa Taiwan
Formosa, ae, f. vel Taivania, ae, f.
Lusitani hanc insulam propter eius amoenitatem *formosam* (*formoso, a*, eorum sermone idem valet ac Lat. formosus, a, um). Sinensium vero lingua dicitur *Taiwan*, quo litus gradatum significari perhibetur.
Formosani, orum (Taivaniani, orum); Formosanus, a, um (Taivanianus, a, um).

Formosa (in Argentina)
Formosa, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, finibus Rei publicae Argentinae continetur; distinguatur ergo ab Insula, cui idem nomen, in mari Sinensi posita.
Formosani, orum; Formosanus, a, um (ex usu Curiae Romanae loco adiectivi adhibetur genetivus: Formosae).

Fort Archambault
Castrum Arcambaldianum, f.
Est oppidum Tzadiae. Archambault, quod nomen origine Germanicum «indigenam animo fortem» significat, sic redditur Latine: Arcambaldus (cfr. A. Dauzat, *Dictionnaire étym. des noms de famille et prénoms de France*).

Fort-Dauphin
Arx Delphini, f. (cfr. AP).
Est urbs Madagascariana.

Fortezza Franzensfeste
Munimenta Francisci, n.
De hoc oppido, in Isarci valle posita, v. C. Egger, *Tirolensia Latina*, p. 79.

Fort Lamy
v. N'Djamena.

Fort-Rousset
Arx Russetana, f.
Est urbs Rei publicae Congensis (ex usu Curiae Romana: Arx Rousset).

Fort Wayne
Arx Vainensis, .f
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.

Fossano
Fossanum, i, n.
Est oppidum Pedemontanae regionis.
Fossanenses, ium; Fossanensis, e.

Fossato di Vico
Helvillum, i, n.
Est oppidum Umbriae. Cfr. C.I.L. 11, 5801; Itin. Anton.
Helvillates, ium; Helvillas, atis.

Fossombrone
Forum Sempronii, n.
Hoc oppidum Umbriae memoratur in Itinerariis (Antonino et Hierosolymitano); in C.I.L. 11, 3281-3284.
De casu locativo huius nominis v. *Forlì* (Forum Livii).
Forosempronienses, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [113]); Forosemproniensis, e.

Fourvières
Forum Vetus, n.
Ita collis, qui est Lugduni, appellatur (cfr. C).

Francia France Francia France Frankreich
Gallia, ae, f.
Servamus usum Romanorum, quamvis regio, quam ita appellaverunt, genere, sermone, moribus non paulum sit mutata. Ab aliis dicitur Francogallia (incolae Francogalli, ad. Francogallicus).
Galli, orum; Gallĭcus, a, um.

Francoforte Francfort Frankfurt
Francofurtum, i (ad Moenum), n.
Est urbs industria et frequens Germaniae, cuius vis est: vadum Francorum.
Francofurtenses, ium; Francofurtensis, e.

Francoforte sull'Oder Francfort sur l'Oder Frankfurt a.d. Oder
Francofurtum ad Viadrum, n.
Est urbs Germanica.

Franconia Franconie Franconia Franken
Franconia, ae, f.
Est regio Germaniae.

Frankental
Francovallis, is, f., vel Francorum Vallis, f.
Est oppidum Germaniae.
Francovallenses, ium; Francovallensis, e.

Frankfort (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Francofurtum Kentukiae, n.
Est caput Kentukiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen idem esse liquet ac Frankfurt, ut urbs frequens et industria Germaniae appellatur.
Francofurtenses, ium, Kentukiae; Francofurtensis, e, Kentukiae.

Franzensfeste
v. Fortezza.

Frascati
Tuscŭlum Inferius, n.
Est oppidum in montibus Albanis situm.

Frattocchie
Bovillae, arum, f.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (63); Ovid. *Fast.* 3, 667; Propert. 4, 1; al.
Est oppidulum suburbanum Romae.
Bovillenses, ium (C.I.L. 14, 2409); Bovillanus, a, um, vel Bovillensis, e.

Frederiksborg
Fridericoburgum, i, n. (cfr. FB).
Est urbs Danica.
Fridericoburgenses, ium; Fridericoburgensis, e.

Fredericksburg
Fridericoburgum, i, n.
Hoc nomine nonnulla oppida vel pagi in Canada et Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita appellantur.
Fridericoburgenses, ium; Fridericoburgensis, e.

Fredericktown
Fridericopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Fridericopolitani, orum; Fridericopolitanus, a, um.

Fredericton
Friderictonia, ae, f.
Est oppidum Canadense.

Friderictonienses, ium; Friderictoniensis, e.

Fredrikstad
Fridericostadium, ii, n.
Est oppidum Norvegicum.
Fridericostadienses, ium; Fridericostadiensis, e.

Fregene
Fregenae, arum, f.
Vetus oppidum, ita appellatum et inter Alsium (= *Palo*) et Ostia Tiberina situm, in loco, quo anno 247 colonia deducta est, paulatim e situ palustri interiit. Novissimis autem temporibus restitutum, secessus aestivus evasit, lautitiis refertus. De quo oppido commemorant Liv. *Epit.* 19 et 36; Sil. It. 8, 475; Plin. *H.N.* 3, 5, 8; Vellei. 1, 14; C.I.L. 11, p. 549; Rav.
Fregenates, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9); Fregenas, atis.

Freiberg
Friberga, ae, f.
Est urbs Germanica.
Fribergenses, ium; Fribergensis, e.

Freiburg
v. Friburgo.

Freising
v. Frisinga.

Fréjus
Forum Iulii, n.
De hac urbe Galliae Cic. *Fam.* 10, 15 et 17; Tac. *Ann.* 2, 63 et *Agric.* 4; C.I.L. 12, p. 38 et 887, commemorant.
Foroiulienses, ium; Foroiuliensis, e.

Friaul
v. Friuli.

Friburgo Freiburg (in Germania)
Friburgum Brisgavorum, n.
Friburgenses, ium; Friburgensis, e.

Friburgo Fribourg Freiburg (in Helvetia)
Friburgum (Helvetiae), i, n.
Friburgenses, ium; Friburgensis, e.

Friedberg
Fridberga, ae, f. (cfr. FB).
Est oppidum Germaniae.
Fridbergenses, ium; Fridbergensis, e.

Friedland
Fridlandia, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Fridlandienses, ium; Fridlandiensis, e.

Friedrichshafen
Friderici Portus, m., vel Fridericoportus, us, m. Est urbs Germanica.
Fridericoportuenses, ium; Fridericoportuensis, e.

Friesach
Frisacum, i, n.
Est oppidum Austriae.
Frisacenses, ium; Frisacensis, e.

Frinton
Frintonia, ae, f.
Frintonienses, ium; Frintoniensis, e.

Frioul
v. Friuli.

Frisia Frise Frisa Frisia Friesland
Frisia, ae, m.
Est regio Frisiorum vel Frisonum, de quibus veteres scriptores commemorant (cfr. Plin. *H.N.* 4, 15, 29 [101]: «Frisii»; item Tac. *Germ.* 34; Rav.: «Frisones»).
Frisii, orum, vel Frisŏnes, um; Frisius, a, um.

Frisinga Freising
Frisinga, ae, f.
Est vetus urbs Germaniae.
Frisingenses, ium; Frisingensis, e.

Fritzlar

Frislaria, ae, f. (cfr. DG).
Est oppidum Germaniae.
Frislarienses, ium; Frislariensis, e.

Friuli Frioul Friúl Friuli Friaul

Regio Foroiuliensis, f.
Est regio Italiae, e nomine urbis Fori Iulii seu Foroiulii (*Cividale del Friuli*) appellata.
Foroiulienses, ium; Foroiuliensis, e.

Frosinone

Frusĭno, onis, m.
Cfr. Sil. It. 8, 394 et 12, 532; Plaut. *Capt.* 883; Liv. 27, 37; al.
Frusinates, ium (Liv. 10, 1; Plin. *H.N.* 3, 5, 9 [64]). Frusinas, atis (Frusinas ager apud Liv. 26, 9; fundus apud Cic. *Att.* 11,4 et 13. Ex usu Curiae Romanae: Frusinatensis).

Fucino

Fucĭnus (lacus), m.
Hic lacus in finibus Marsorum memoratur a Suet. *Claud.* 20; Paul. Diac. *Hist. Langob.* 2, 20, al.; quod veteres (ut I. Caesar) iam cogitaverant, saeculo praeterito est operose exsiccatus.

Fukushima

Fucusima, ae, f.
Est urbs Iaponica.
Fucusimenses, ium; Fucusimensis, e.

Fulda (fluvius)

Fulda, ae, f.; commode additur: fluvius.

Fulda (urbs)

Fulda, ae, f.
Haec urbs Germaniae sepulcro S. Bonifatii est insignis.
Fuldenses, ium; Fuldensis, e.

Funchal

Funchalia, ae, f. (cfr. AP; apud DG: Funchalla).
Haec urbs in Insula Materia est sita.
Funchalienses, ium; Funchaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Funchalensis).

Fünen

Fionia, ae, f. (cfr. BM).
Est insula Danica.

Furca Furka

Furca, ae, f. (cfr. C).
Est praeclarum Alpium iugum in Helvetia.

Furlo (Passo del)

Intercisa, orum, n.; cfr. Tab. Peut.; Rav.
Est iugum Italicum.

Fürth

Furtum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Furtenses, inum; Furtensis, e.

Fusi-jama Fusi-san

Fusiiama, ae, f.
Est praealtus mons Iaponicus evomens ignes.

Füssen

Ad Fauces, n.; cfr. Egli, 334.
Est oppidum Bavaricum.

Futuna

Futuna, ae, f.; cfr. Wallis et Futuna.
Futunenses, ium; Futunensis, e.

Gabes
Tacape, es, f. Cfr. Plin. *H.N.* 6, 4, 3 (25); Itin. Anton.; Tab. Peut.; Ptol. 4, 3, 11. Ab aliis ponitur haec forma: Tacapae, arum.
Tacapenses, ium; Tacapensis, e.

Gabon Gabun
Gabon, is, n.
Haec Civitas, ad aequinoctialem circulum sita, e nomine Gabonis fluminis est appellata.
Gabonenses, ium; Gabonensis, e.

Gabon (flumen)
Gabon, is, m.
Est flumen Africanum.

Gaborone
Gaborona, ae, f.
Est urbs caput Botsuaniae.
Gaboronenses, ium; Gaboronensis, e.

Gabun
v. Gabon.

Gaeta
Caieta, ae, f.
De hac urbe, loci amoenitate conspicua, plures veteres scriptores commemorant; cfr. Cic. *Orat.* 2, 6, 22; *Att.* 1, 3 et 4; Liv. 40, 2; al.
Caietani, orum; Caietanus, a, um.

Gail
Licus, i, m.
Hic fluvius Austriae, olim Norici, memoratur a Ptol. 3, 13, 2, non vero a Latinis.

Galápagos
Insulae Testudinĕae, f.
Hae insulae, in Oceano Pacifico positae, a *galápago*, quo verbo Hispanico testudo (maritima) significatur, nomen acceperunt.
Testudineus, a, um, est apud Plaut. *Aul.* 1, 1, 10; Propert. 4, 6, 32; Mart. 9, 60, 9; al.

Galizia Galice Galicia Galicia Galizien
Callaecia, ae, f.
Est regio Hispaniae montuosa, quae a septentrionibus mari Cantabrico, ab occidente Durio flumine terminatur; cfr. Plin. *H.N.* 36, 5, 4 (26); C.I.L. 6, 3654 et 15, 3995; Liv. *Epit.* 56; Claudian. *Carm. min.* 30, 71; Sil. It. 3, 345.

Callaeci, orum (Plin. *H.N.* 36, 5, 4 [26]; Callaecus, a, um.

Galizia (regio Polonica) **Galicie Galicia Galizien**
Galicia, ae, f.
Galiciani, orum; Galicianus, a, um.

Galla
Galla, m.; non inclinatur in casus.
Autochthonum sermone *galla* idem valet ac mons; gens vero, ita appellata, in oropedio Aethiopiae incolit.

Gallarate
Glareatum, i, n. (cfr. L).
Hoc oppidum finibus Langobardiae, regionis Italicae, continetur.
Glareatenses, ium; Glareatensis, e.

Galle
Galla, ae, f.
Est oppidum Ceilanense (seu Taprobanense, vel Srilancanum).
Gallenses, ium; Gallensis, e.

Gallego
Gallĭcum, i, n.
Est flumen Hispaniae (cfr. FB).

Galles Wales
Vallia, ae, f., vel Cambria, ae, f.
Haec regio Britanniae temporibus Romanorum incolebatur ab Ordovicibus, Demetis, Siluribus.
Vallienses, ium; Valliensis, e; vel Cambrienses, ium; Cambriensis, e.

Gallipoli
Callipŏlis, is, f.; cfr. Mel. 2, 4, 7.
Est oppidum Italiae.
Callipolitani, orum; Callipolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Gallipolitanus).

Gallipoli (paeninsula)
Chersonesus Thracica, f., vel solum Chersonesus, f.
Est paeninsula inter Hellesponteum et mare Aegaeum, quae fuit colonia Atheniensium.

Gallup
Gallupium, ii, n.
Haec urbs Foederatis Civitatibus Americae Sept. continetur.
Gallupienses, ium; Gallupiensis, e.

Galvestone
Galvestonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Galvestonienses, ium; Galvestoniensis, e.

Galway
Galvia, ae, f.
Est oppidum Hibernium.
Galvienses, ium; Galviensis, e.

Gambia
Gambia, ae, f.
Haec Res publica nomen e flumine traxit, quod, Gambia dictum, est «fluvius notissimus Africae in Nigritia regione seu verius unus e tribus ramis praecipuis Nigri fluvii, versus promontorium Viride, in Oceanum Atlanticum se exonerans. Ei adiacet regnum Gambea dictum» (FB, p. 311). Hoc vero flumen (aut Senegal) ab antiquis vocabatur Bambotus (v. Senegal).
Gambiani, orum; Gambianus, a, um (Res publica Gambiana).

Gambia (flumen)
Gambia flumen, n. (v. Gambia).

Ganabara
Ganabara ae, f.
Est flumen Brasiliae.

Gand Gent
Gandavum, i, n.
Est urbs Flandrica.
Gandavenses, ium; Gandavensis, e.

Gander
Gandĕra, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Ganderenses, ium; Ganderensis, e.

Gandersheim
Gandershemum, i, n., vel Gandersemum, i, n.
Est oppidum Germanicum.
Gandershemenses, ium (Gandersemenses); Gandershemensis, e (Gandersemensis).

Gange Ganges
Ganges, is, m. Accusativus exit plerumque in -en.
Magnum hoc flumen, in monte Imao oriens, planitiem fertilissimam permeat et in sinum Gangeticum, ab ipso dictum, effunditur. Cfr. Plin. *H.N.* 6, 18, 22 (65); Cic. *Rep.* 6, 22; Ovid. *Met.* 4, 21 et 5.47; al.
Gangetĭcus, a, um.

Gangtok
Gantokium, ii, n.
Est urbs princeps regionis Sikimensis.
Gantokienses, ium; Gantokiensis, e.

Gap
Vapincum, i, n.
Est urbs Gallica.
Vapincenses, ium; Vapincensis, e.

Garanhuns
Garanhunsa, ae, f.
Est oppidum Brasiliense.
Garanhunsenses, ium; Garanhunsensis, e (ex usu Curiae Romanae: Garanhunensis).

Garda
Garda, ae, f.
De hoc oppidulo ad lacum Benacum posito, commemoratur apud Rav., 253: «Non longe ab Alpibus sunt civitates, id est Sirmio, Garda et apud eas lacus maximus, qui dicitur Benacus».
Gardenses, ium; Gardensis, e.

Garda (lacus)
Benacus (lacus), m. Cfr. Rav.; Plin. *H.N.* 9, 22, 38 (75); al.

Garendon
Garendonia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Britanniae.
Garendonienses, ium; Garendoniensis, e.

Garfagnana
Carfanana, ae, f.; vel Fines Carfanienses, ium, m. (cfr. OL; L).
Est regio montuosa Italiae.

Gargano
Garganus, mons, m.
Hic mons Italiae in Mare Hadriaticum porrigitur. Inclaruit «oraculo sancti archangeli» Michaelis; cfr. Paul. Diac., *Langob.* 4, 46; cfr. praeterea Horat. *Carm.* 2, 9, 7; *Ep.* 2, 1, 202; Sil. It. 4, 561, 7 et 366; al.

Garhmuktesar
Garmuctesaria, ae, f.
Est urbs Indica.
Garmuctesarienses, ium; Garmuctesariensis, e.

Garlasco
Garlascum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Garlascani, orum; Garlascanus, a, um.

Garmisch
Garmiscum, i, n.
Est oppidum Bavaricum.
Garmiscani, orum; Garmiscanus, a, um.

Garonna Garonne Garona Garonne
Garumna, ae, f.
Est fluvius Galliae, in Oceanum Atlanticum latissimo ostio se exonerans. Cfr. Plin. *H.N.* 4, 17, 31 (105); Sidon. *Carm.* 7, 394; Hieron. *Ep.* 75; Auson., *Cl. urb.* 12, 3, et *Ep.* 10, 14, 14, 1, 22, 31; al. Caesar *B. G.* 3, 27, commemorat de Garumnis, qui ad flumen accolebant.
Garumnĭcus, a, um (Sidon. *Ep.* 8, 12).

Garoua
Garŭa, ae, f.
Est oppidum Camaruniense.
Garuenses, ium; Garuensis, e.

Gary
Garium, ii, n.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Garienses, ium; Gariensis, e.

Garzón
Garzonia, ae, f.
Est oppidum Columbiae.
Garzonienses, ium; Garzoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Garzonensis).

Gascogne Cascuña Gascony Gaskogne
v. Guascogna.

Gaspé
Gaspea, ae, f.
Est paeninsula Americae Sept.

Gaurisancar Gaurisankar
Gaurisancar, is, m.
Hic vertex, qui est ex altissimis, Montis Imai, significat radiantem (*gauri*) *Sankar*, i.e., deum *Siva*.

Gauting
Gautinga, ae, f. (OL: Gotinga).
Est oppidum Bavariae.
Gautingenses, ium; Gautingensis, e.

Gaylord
Gailordia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.
Gailordienses, ium; Gailordiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Gaylordensis).

Gaza
Gaza, ae, f.; occurrit etiam plural. Gazae, arum.
De hac urbe antiquissima australis Palaestinae, praesertim in Sacris Biblis commemoratur; sed etiam a Plinio, *H.N.* 5, 11, 12 (65); Ammiano 14, 26; Curtio 4.5, 10; al.
Gazates, ium, vel Gazatae, arum (cfr. Plin. *H.N.* 5, 23, 19 [81]), vel Gazenses, ium; Gazensis, e (Hieron. *vita Hil.* 16) vel Gazetĭcus, a, um (Sidon. *Carm.* 17, 15). Ex usu Curiae Romanae: Gazensis.

Geelong
Dzilonga, ae, f.
Est urbs Australiae.
Dzilongenses, ium; Dzilongensis, e.

Gela
Gela, ae, f. (cfr. *Claudian. carm.* 35, 58; Hieron. *in chron. coll.*; al.).
Gelenses, ium; vel Gelani; Gelensis, e.

Gelbes Meer
v. Giallo (Mar -).

Geldern
v. Gheldria.

Gemona
Glemona, ae, f.
Est urbs Italica. Cfr. G.B. Pellegrini, *Friuli preromano e romano*: Atti dell'Accademia di Udine 1966-1969, ser. VII, vol. VII, p. 22.
Glemonenses, ium; Glemonensis, e.

Gemünd
Gemunda, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Gemundenses, ium; Gemundensis, e.

Genazzano
Genatianum, i, n.
Est oppidum Italiae.
Genatianenses, ium; Genatianensis, e.

Gênes
v. Genova.

Geneva (in America)
Genăva Americae, f.
Est urbs in Civitate Novoëboracensi sita.
Genavenses, ium, Americae; Genavensis, e, Americae.

Genève Geneva
v. Ginevra.

Genf
v. Ginevra.

Gengenbach
Gengenbacum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Gengenbacenses, ium; Gengenbacensis, e.

Gennep
Gennepum, i, n. (cfr. OL, ubi et haec nomina proponuntur: Asnapia, Cembum).
Est oppidum Nederlandicum.
Gennepenses, ium; Gennepensis, e.

Genova Gênes Génova Genua
Genua, ae, f.
Est urbs Italiae perantiqua. Cfr. Mel. 2, 72; Liv. 21, 32; 28, 46 et 30; Val. Max. 1, 6, 7; Ammian. 15, 10, 10; al.
Genuenses, ium, et Genuates, ium;
Genuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ianuensis).

Genova (sinus)
Sinus Ligustĭcus, m., vel Sinus Ligustinus, m.

Gent
v. Gand.

Genua
v. Genova.

Genzano
Gentianum, i, n. (cfr. BM).
Est oppidum Italicum.
Gentianenses, ium; Gentianensis, e.

Georgetown
Georgiopŏlis, is, f.
Sic urbs princeps Insularum Caimanensium appellatur.
Georgiopolitani, orum; Georgiopolitanus, a, um.

Georgia
Georgia, ae, f.
Haec regio, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., e nomine Georgii II, regis Britanniae, est appellata. Ut in pluribus illis regionibus ad meridiem vergentibus accidit, multi ibi incolunt homines nigri coloris.
Georgiani, orum; Georgianus, a, um.

Georgia (regio Russica) **Géorgie Georgia Georgien**
Georgia, ae, f.
Haec regio, ad meridianam partem Caucasi Montis posita, olim Colchis et Iberia appellata est. Multum tempus Civitas sui iuris fuit, sed saeculo XIX Russiae est facta obnoxia.
Georgiani, orum; Georgianus, a, um.

Gera
Gera, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Gerani, orum; Geranus, a, um.

Geralton
Geraltonia, ae, f.
Hoc nomen conflatum est ex vocabulo (prisco Germanico) *Ger-ald* (*gêr* = iaculum; *walt* seu *valdan* = dominari) et *ton*, quod pro *town* (= oppidum) ponitur. Sic vero urbs Australiana appellatur.
Geraltonienses, ium; Geraltoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Geraldtonensis).

Germania Allemagne Alemania Germany Deutschland
Germania, ae, f.
Germani, orum; Germanĭcus, a, um.
Haec natio in duas Civitates est divisa; v. suis locis.

Germania: Repubblica Democratica Tedesca
v. Repubblica Democratica Tedesca.

Germania: Repubblica Federale (di -)
v. Repubblica Federale di Germania

Germantown
Germanopŏlis, is, f.
Fuit primum oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. a Germanis (saec. XVIII) conditum.
Nunc est suburbium Philadelphiae.

Germiston
Germistonia, ae, f.
Est urbs Africae Australis.
Germistonienses, ium; Germistoniensis, e.

Gerona
Gerunda, ae, f.
Est oppidum Hispaniae; cfr. Prudent. *Peristeph.* 4, 29: «parva Felicis decus exhibebit Artubus sanctis locuples Gerunda»; Itin. Ant.; C.I.L. 2, p. 614 et 987; 11. 3281-3284; Rav.
Gerundenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [23]); Gerundensis, e (C.I.L. 2, 4 620, 461; 4626, 4229).

Gerpinnes
Gerpinia, ae, f. (cfr. OL).
Est vicus Belgicus.
Gerpinienses, ium; Gerpiniensis, e.

Gerusalemme Jérusalem Jerusalén Jerusalem
Ierusalem, f. sine flexu, vel Hierusalem, ut est apud Tertull., *apol.* 16; Hierosolyma, orum, vel Hierosolyma, ae, f.; Solyma, orum, n. apud Martial. XI, 94, 5. Potius vero sequamur exarandi modum Ierusalem, vel Hierosolyma, orum; hunc (Hierosolyma) Cic. *Flacc.* 28, 69, Tac. *Ann.* V, 9, Suet. *Aug.* 93, alii, in sua scripta induxerunt. De origine vero nominis non una est opinio peritorum.
Hierosolymitani, orum; Hierosolymitanus, a, um.

Ghana
Gana, ae, f.
Huius Civitatis Africanae nomen derivatum esse videtur a *Ganya*, vetere regno autochthonum, ad sinum Guineanum incolentium, cuius mentio iam saeculo XIV occurrit (Egli).
Ganenses, ium; Ganensis, e.

Giaffa Jaffa Haifa
Ioppe, es, f.
Haec urbs maritima et in Sacris Litteris et a scriptoribus Latinis memoratur (ex. gr. Vitr. 8, 3, 8; Solin., 34; Plin. *H.N.* 5, 12, 14 [68]).
Ioppitae, arum (cfr. 2 *Macch.* 13, 3 et 7); Ioppĭcus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 5, 14, 15 [70]).

Giallo (Mar) **Mer Jaune Mar Amarillo Yellow Sea Gelbes Meer**
v. Mare Giallo.

Giamaica Jamaïque Jamaica
Iamaica, ae, f.
Nomen deductum esse videtur ab autochtonum verbo *Xamaica*, quod idem valere perhibetur atque insula fontium (Egli).
Iamaicani, orum; Iamaicanus, a, um.

Giappone (Mar del) **Mer du Japon Mar de Japon Sea of Japan Japanisches Meer**
Mare Iaponĭcum, n.

Giappone Japon Japan Japon (Nipon) Japan
Iaponia, ae, f.
Imperium, quod insulis efficitur, antiquis temporibus, etiam postquam litterae Iaponicae sunt exortae, id est saeculo VIII p. C. n., non uno eodemque nomine appellabatur. Legitimum enim nomen, quod postea fuit ei inditum (*Nippon* vel *Nihon*), Sinense est, sed ore Iaponico prolatum: *Ji-pen-kuo*, quod idem valet ac *regio ortus solis* seu *solis orientis*. Marcus Polo, lustrator orbis terrarum clarissimus, hoc nomen, quod in Sinis audierat, hoc modo vulgavit: *Cipangu*, unde variae scribendi appellandique rationes sunt exortae: *Zipangu, Zipangri, Chimpago, Gepuen, Gipanque*; hae autem in sermones, quibus nos utimur, influxerunt (Egli). Nomen Latinum Iaponiae est usu communi receptum.
Iaponienses, ium; Iaponĭcus, a, um, vel Iaponiensis, e.

Giava Java
Iava, ae, f.
Est magna insula Indonesiae.
Iavenses, ium; Iavensis, e.

Gibilterra Gibraltar
Calpe, es. f.; accus. exit in -em vel -en. De hoc monte, freto imminente, qua Oceanus in Mare Internum influit, plures veteres scriptores commemorant. Ex adverso, in Africa, est Abila.

Gibuti Djibouti Dschibuti
Dzibuti, n. Non inclinatur in casus.
Sic urbs princeps olim Territorii Gallici Afarensium et Issanorum, nunc cognominis Rei publicae appellatur. Cfr. *Latinitas* 1975, 2, pp. 155-156.
Dzibutenses, ium; Dzibutensis, e (ex usu Curiae Romanae: Gibutensis).

Giglio
Igilium, ii, n.
Est nomen insulae, in mari Tyrrheno sitae, de qua Plin. *H.N.* 2, 19, 17 (81); Caes. *B.C.* 34, aliique commemorant.

Gilbert and Ellice Islands
Insulae Gilbertina et Ellicensis, f.
Hae insulae in Oceano Pacifico Britanniae sunt subiectae ut colonia.

Ginevra Genève Ginebra Geneva Genf
Genăva, ae, f. vel Genĕva, ae, f., sed prior scribendi ratio praeferenda. Nomen a fonte Celtico est deductum (idem valet atque: ostium; cfr. Glück, *Keltische Namen*, 104 sqq.). De ea urbe iam Caesar commemorat: «Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava» (*B.G.*, 1, 6).
Genavenses, ium (C.I.L. 12, 2606); Genavensis, e.

Ginevra (lacus)
Lacus Lemanus, m.; scrĭbitur etiam Lemannus. Cfr. Plin, *H.N.* 103, 106 (224); Auson. *Clar. urb.* 19, 7: «Qua rapitur praeceps Rhodanus genitore Lemanno»; Lucan. 3, 96; Caes. *B.G.* 1, 2, etc.

Giordania Jordanie Jordania Jordan Jordanien
Iordania, ae, f.
Quemandmodum liquet, haec regio nuncupatur a flumine Iordane, quod nostrae aetatis viri, in enondandis nominibus periti, deducunt a verbo Semitico *ya-*

Geralton
Geraltonia, ae, f.
Hoc nomen conflatum est ex vocabulo (prisco Germanico) *Ger-ald* (*gêr* = iaculum; *walt* seu *valdan* = dominari) et *ton*, quod pro *town* (= oppidum) ponitur. Sic vero urbs Australiana appellatur.
Geraltonienses, ium; Geraltoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Geraldtonensis).

Germania Allemagne Alemania Germany Deutschland
Germania, ae, f.
Germani, orum; Germanĭcus, a, um.
Haec natio in duas Civitates est divisa; v. suis locis.

Germania: Repubblica Democratica Tedesca
v. Repubblica Democratica Tedesca.

Germania: Repubblica Federale (di -)
v. Repubblica Federale di Germania

Germantown
Germanopŏlis, is, f.
Fuit primum oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. a Germanis (saec. XVIII) conditum.
Nunc est suburbium Philadelphiae.

Germiston
Germistonia, ae, f.
Est urbs Africae Australis.
Germistonienses, ium; Germistoniensis, e.

Gerona
Gerunda, ae, f.
Est oppidum Hispaniae; cfr. Prudent. *Peristeph.* 4, 29: «parva Felicis decus exhibebit Artubus sanctis locuples Gerunda»; Itin. Ant.; C.I.L. 2, p. 614 et 987; 11. 3281-3284; Rav.
Gerundenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [23]); Gerundensis, e (C.I.L. 2, 4620, 461; 4626, 4229).

Gerpinnes
Gerpinia, ae, f. (cfr. OL).
Est vicus Belgicus.
Gerpinienses, ium; Gerpiniensis, e.

Gerusalemme Jérusalem Jerusalén Jerusalem
Ierusalem, f. sine flexu, vel Hierusalem, ut est apud Tertull., *apol.* 16; Hierosolyma, orum, vel Hierosolyma, ae, f.; Solyma, orum, n. apud Martial. XI, 94, 5. Potius vero sequamur exarandi modum Ierusalem, vel Hierosolyma, orum; hunc (Hierosolyma) Cic. *Flacc.* 28, 69, Tac. *Ann.* V, 9, Suet. *Aug.* 93, alii, in sua scripta induxerunt. De origine vero nominis non una est opinio peritorum.
Hierosolymitani, orum; Hierosolymitanus, a, um.

Ghana
Gana, ae, f.
Huius Civitatis Africanae nomen derivatum esse videtur a *Ganya*, vetere regno autochthonum, ad sinum Guineanum incolentium, cuius mentio iam saeculo XIV occurrit (Egli).
Ganenses, ium; Ganensis, e.

Giaffa Jaffa Haifa
Ioppe, es, f.
Haec urbs maritima et in Sacris Litteris et a scriptoribus Latinis memoratur (ex. gr. Vitr. 8, 3, 8; Solin., 34; Plin. *H.N.* 5, 12, 14 [68]).
Ioppitae, arum (cfr. 2 *Macch.* 13, 3 et 7); Ioppĭcus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 5, 14, 15 [70]).

Giallo (Mar) **Mer Jaune Mar Amarillo Yellow Sea Gelbes Meer**
v. Mare Giallo.

Giamaica Jamaïque Jamaica
Iamaica, ae, f.
Nomen deductum esse videtur ab autochtonum verbo *Xamaica*, quod idem valere perhibetur atque insula fontium (Egli).
Iamaicani, orum; Iamaicanus, a, um.

Giappone (Mar del) **Mer du Japon Mar de Japon Sea of Japan Japanisches Meer**
Mare Iaponĭcum, n.

Giappone Japon Japan Japon (Nipon) Japan
Iaponia, ae, f.
Imperium, quod insulis efficitur, antiquis temporibus, etiam postquam litterae Iaponicae sunt exortae, id est saeculo VIII p. C. n., non uno eodemque nomine appellabatur. Legitimum enim nomen, quod postea fuit ei inditum (*Nippon* vel *Nihon*), Sinense est, sed ore Iaponico prolatum: *Ji-pen-kuo*, quod idem valet ac *regio ortus solis* seu *solis orientis*. Marcus Polo, lustrator orbis terrarum clarissimus, hoc nomen, quod in Sinis audierat, hoc modo vulgavit: *Cipangu*, unde variae scribendi appellandique rationes sunt exortae: *Zipangu, Zipangri, Chimpago, Gepuen, Gipanque*; hae autem in sermones, quibus nos utimur, influxerunt (Egli). Nomen Latinum Iaponiae est usu communi receptum.
Iaponienses, ium; Iaponĭcus, a, um, vel Iaponiensis, e.

Giava Java
Iava, ae, f.
Est magna insula Indonesiae.
Iavenses, ium; Iavensis, e.

Gibilterra Gibraltar
Calpe, es. f.; accus. exit in -em vel -en. De hoc monte, freto imminente, qua Oceanus in Mare Internum influit, plures veteres scriptores commemorant. Ex adverso, in Africa, est Abila.

Gibuti Djibouti Dschibuti
Dzibuti, n. Non inclinatur in casus.
Sic urbs princeps olim Territorii Gallici Afarensium et Issanorum, nunc cognominis Rei publicae appellatur. Cfr. *Latinitas* 1975, 2, pp. 155-156.
Dzibutenses, ium; Dzibutensis, e (ex usu Curiae Romanae: Gibutensis).

Giglio
Igilium, ii, n.
Est nomen insulae, in mari Tyrrheno sitae, de qua Plin. *H.N.* 2, 19, 17 (81); Caes. *B.C.* 34, aliique commemorant.

Gilbert and Ellice Islands
Insulae Gilbertina et Ellicensis, f.
Hae insulae in Oceano Pacifico Britanniae sunt subiectae ut colonia.

Ginevra Genève Ginebra Geneva Genf
Genăva, ae, f. vel Genĕva, ae, f., sed prior scribendi ratio praeferenda. Nomen a fonte Celtico est deductum (idem valet atque: ostium; cfr. Glück, *Keltische Namen*, 104 sqq.). De ea urbe iam Caesar commemorat: «Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava» (*B.G.*, 1, 6).
Genavenses, ium (C.I.L. 12, 2606); Genavensis, e.

Ginevra (lacus)
Lacus Lemanus, m.; scrībitur etiam Lemannus. Cfr. Plin, *H.N.* 103, 106 (224); Auson. *Clar. urb.* 19, 7: «Qua rapitur praeceps Rhodanus genitore Lemanno»; Lucan. 3, 96; Caes. *B.G.* 1, 2, etc.

Giordania Jordanie Jordania Jordan Jordanien
Iordania, ae, f.
Quemandmodum liquet, haec regio nuncupatur a flumine Iordane, quod nostrae aetatis viri, in enondandis nominibus periti, deducunt a verbo Semitico *ya-*

rad, quod idem valet ac *descendit*.
Iordani, orum. Nomen Latinum *Iordani, orum*, ad christianam pertinet antiquitatem, siquidem cognomentum fuit gentis, e qua appellatum est coemeterium seu sacrae cryptae ad viam Salariam (cfr. I.B. De Rossi, *Roma Sotterranea*, p. 12, sq.).
Iordanus, a, um.

Giovinazzo

Iuvenatium, ii, n.
Est oppidum Apuliae.
Iuvenatienses, ium; Iuvenatiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Iuvenacensis).

Girardot

Girardotum, i, n.
Est urbs Columbiana.
Girardotenses, ium; Girardotensis, e.

Giulianova

Castrum Novum, n.; cfr. B.
Est oppidum Italiae.

Giuliano Teatino

Iulianum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Iulianenses, ium; Iulianensis, e.

Giura Jura

Iura, ae, f. vel Iuris, is, f.; prior scribendi ratio est apud Caes. *B.G.* 1, 2.6 et 8; altera apud Plin. *H.N.* 3, 5, 1 (31) et al.
Iurenses, ium; Iurensis, e (cfr. Sidon. *Ep.* 4, 25: «Iurensia monasteria»).

Gheldria Gueldre Geldern

Geldria, ae, f.
Est provincia Nederlandica.
Geldrienses, ium; Geldriensis, e.

Giannina

Ioannina, ae, f. (cfr. FB), vel, ut est apud antiquos, Cassiope, es, f. (cfr. Ptol. 3, 14, 8). Est oppidum Graeciae septentrionalis.
Cassiopaei, orum; Cassiopaeus, a, um.

Glan

Glana, ae, f.
Est fluvius Germaniae (et rivus Austriae).

Glaris

Glariona, ae, f. (cfr. IM).
Glarionenses, ium; Glarionensis, e (Glarionensis pagus = *Cantone Canton Kanton* Glaris).

Glasgow

Glasgŭa, ae, f.
Rarius ponitur, item e recentioris Latinitatis ratione, Glasquum, i, n.
Glasguenses, ium; Glasguensis, e.

Glorenza Glurns

Clurnis, is, f. (cfr. OL; ibi aliae quoque scribendi rationes proponuntur: Clornum, Glurnis, Clurnum, Glurna, Glurnes).
Est oppidum regionis Athesinae seu Tirolis Meridianae.
Clurnenses, ium; Clurnensis, e.

Gloucester

Glevum, i, n.
Est vetus oppidum Britannicum; cfr. Rav. (Glebon).
Glevenses, ium; Glevensis, e (cfr. C.I.L. 7, 54: «Decurio Coloniae Glevensis).

Glurns

v. Glorenza.

Gmünd

Gemunda, ae, f. (cfr. FB).
Plura oppida et vici Germaniae hoc nomine appellantur.
Gemundenses, ium; Gemundensis, e.

Gniezno Gnesen

Gnesna, ae, f.
Est urbs Poloniae.
Gnesnenses, ium; Gnesnensis, e.

Goa

Goa, ae, f.
Est urbs in India sita.
Goani, orum; Goanus, a, um.

Gobi

Gobium, ii, n.
Mongoli nomine *gobi* universe loca arenosa herbisque et aqua carentia appellant. Est autem Gobium, ut nos ponimus, desertum ingens in ipso Asiae sinu.

Godesberg

Godesberga, ae, f.
Hic locus seu mons olim numini *Wotan* sacer erat. Est urbs Bonnae contermina.
Godesbergenses, ium; Godesbergensis, e.

Goes

Gusium, ii, n.
Est oppidum Nederlandicum.
Gusienses, ium; Gusiensis, e.

Goiânia

Goiania, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Goianenses, ium; Goianensis, e.

Goias

Goaianum, i, n.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Goiani, orum; Goianus, a, um.

Goldberg

Aurimontium, ii, n. (cfr. BM).
Aurimontani, orum; Aurimontanus, a, um.

Gold Coast Goldküste

v. Costa d'Oro.

Goma

Goma, ae, f.
Est oppidum Zairense.
Gomani, orum; Gomanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Gomaënsis).

Gondo

Gundum, i, n. (sic ex vetere usu Curiae episcopalis Sedunensis).
Gundenses, ium; Gundensis, e.

Gondorf

Contrŭa, ae, f.
Hic pagus, ad Mosellam situs, memoratur a Venant. Carm. 10, 9, 45.
Contruenses, ium; Contruensis, e.

Gorgona

Urgo, onis, f.
Est parva insula ad litus Tusciae sita; cfr. Mel. 2, 122; Plin. *H.N.* 4, 6, 12 (81); *Capell.* 6, 644.

Gorgonzola

Argentia, ae, f. (cfr. L).
Est oppidum Italiae.
Argentienses, ium; Argentiensis, e.

Gorica

v. Gorizia.

Gorizia Görz

Goritia, ae, f.
Gotitienses, ium; Goritiensis, e.

Gorki

Gorkipŏlis, is, f.
Est urbs Russica.
Gorkipolitani, orum; Gorkipolitanus, a, um.

Gorkum

Gorcomium, ii, n. (cfr. S).
Haec urbs in Nederlandia est sita.
Gorcomienses, ium; Gorcomiensis, e.

Görlitz
Gorlitium, ii, n. (cfr. FB).
Est urbs Germanica.
Gorlitienses, ium; Gorlitiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Gorlicensis).

Gorodok Grodok
Grodecum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Russica.
Grodecenses, ium; Grodecensis, e.

Goroka
Goroca, ae, f.
Est oppidum Novae Guineae.
Gorocani, orum; Gorocanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Gorokanus).

Gorzów
Gorzovia, ae, f.
Est urbs Polonica.
Gorzovienses, ium; Gorzoviensis, e.

Goslar
Goslaria, ae, f. (cfr. FB).
Est urbs Germaniae.
Goslarienses, ium; Goslariensis, e.

Gossau
Gossavia, ae, f.
Est vicus Helvetiae.
Gossavienses, ium; Gossaviensis, e.

Göteborg
Gothoburgum, i, n.
Est urbs Suetiae.
Gothoburgenses, ium; Gothoburgensis, e.

Gotha
Gotha, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Gothani, orum; Gothanus, a, um.

Gothab
Bona Spes, f.
Est oppidum primarium Groenlandiae seu Terrae Viridis.

Gotland
Gotholandia, ae, f.
Sic insula, in mari Baltico sita et Suetiae partem efficiens, appellatur.
Gotholandienses, ium; Gotholandiensis, e.

Göttingen
Gottinga, ae, f.
Est urbs Germanica.
Gottingenses, ium; Gottingensis, e.

Gottorp
Gottorpium, ii, n. Scribitur etiam Gottorpia, ae (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Gottorpienses, ium; Gottorpiensis, e.

Goulburn
Gulburnum, i, n.
Est urbs Australiana.
Gulburnenses, ium; Gulburnensis, e.

Governador Valadares
Valadaria, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Valadarienses, ium; Valadariensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Valadarensis).

Goya
Goia, ae, f.
Est urbs Argentina.
Goiani, orum; Goianus, a, um (ex usu Curiae Romane: Goyanensis).

Gozo
Gaulus, i, vel Gaulos, i, m.
Hoc nomine, cuius origo Punica (*gôl*), appellatur insula et cognominis urbs (apud Melitam). Plures scriptores veteres de iis memorant (veluti Solin. 29; Isid. Orig. 9, 2, 124; Sil. It. 14, 274; Plin. *H.N.* 3, 8, 14 [92]; Mel. 1, 120).
Gaulitani, orum; Gaulitanus, a, um (in titulis).

Gradisca
Gradisca, ae, f.
Inest in hoc nomine oppidi Italici verbum Slavicum *grad*, quo castellum significatur.
Gradiscani, orum; Gradiscanus, a, um.

Grado
Gradum, i, n.
Ut liquet, hoc verbum non a gradu deductum est, sed a voce Slavica *grad*, qua castrum, castellum, significatur.
Gradenses, ium; Gradensis, e.

Graham's Land
Terra Grahamensis, f.
Haec regio antartica nomen accepit a navarcho Britanno Roberto Georgio de Graham (plenius vulgo: *Sir James Robert George of Netherbe, earl of Graham*).

Gran (flumen)
Granua, ae, f. (cfr. Egli, 368).
Est flumen Hungariae, quod in loco, ubi est urbs Strigonia (Germani hanc etiam *Gran* appellant) Danuvio admiscetur.

Gran (urbs)
v. Esztergom.

Granada
Illiberris, is, f. Scribitur etiam Iliberis vel Illiberis. Re quidem vera vetus urbs, sic appellata, de qua apud Plinium *H.N.* 3, 1, 3 (10), et in titulis (C.I.L. 2, pp. 282, 285, 705, 2069-2094) commemoratur, sita erat prope eam, quae nunc *Granada* vocitatur.
Illiberritani, orum (Iliberitani); Illiberritanus, a, um vel Iliberritanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Granadensis; est tamen memorandum anno 301 p.C.n. Concilium *Illiberitanum* esse celebratum).

Gran Bretagna Grande-Bretagne Gran Bretaña Great Britain Grossbritannien
Magna Bitannia, f.

Grand Island
Insula Magna, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita. Ex usu Curiae Romanae dicitur Insula Grandis; est tamen animadvertendum ex more Romanorum in nominibus locorum non adiect. grandis, e, sed magnus, a, um, usurpari; cfr. Magna Graecia, Leptis Magna, Magna Villa (prope Anagniam), Magnum Mare (i.e. Atlanticum), Magnus Portus (in Mauretania), Magnus Campus (in Palaestina).

Gran San Bernardo Gran St-Bernard Gran San Bernardo Great Saint Bernard Grosser St. Bernhard
Mons Iovis, m.
Nomen deductum est ab eo quod Iuppiter in vertice Alpis Poeninae olim colebatur (Iuppiter Poeninus). Ibi a S. Bernardo, archidiacono, exstructum hospitium celebre, in quo canonici regulares S. Augustini, canum quoque adiumento, viatoribus caritatis christianae subsidia praebebant.

Gran Sasso d'Italia
Fiscellus mons, m.
De hoc monte, cuius culmen est 2990 metr. supra maris libram positum, commemoratur apud Varr. *R.R.* 2, 1, 5; Plin. *H.N.* 5, 3, 12, 17 (109); Sil. It. 8, 517.

Gran Varadino Oradea Mare Grosswardein Nagyvárad.
Magnum Varadinum, i, n.
Haec urbs, quae nunc Dacoromaniae finibus continetur, antea ad Hungariam pertinebat.
Magnovaradinenses, ium; Magnovaradinensis, e.

Graubünden
v. Grigioni.

Gravelbourg
Gravelburgum, i, n.
Est urbs Canadensis.
Gravelburgenses, ium; Gravelburgensis, e (ita etiam ex usu Curiae Romanae).

Gravina
Gravina, ae, f.
Sic oppidum, alterum in Bruttiis, alterum in Apulia situm, appellatur.
Gravinenses, ium; Gravinensis, e.

Graz
Gradecium ii, n.
Nomen huius urbis Austriacae est origine Slavicum (*grad* = locus circumsaeptus, circummunitus; *gradec* = forma deminuta; castellum).
Gradecienses, ium; Gradeciensis, e.

Great Britain
v. Gran Bretagna.

Grecia Grèce Grecia Greece Griechenland.
Graecia, ae, f.
Ut liquet, in hoc lexico tantum de Graecia (Ἑλλάς), ut nunc est, agitur.
Graeci, orum; Graecus, a, um.

Green Bay
Sinus Viridis, m.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.

Greenland
v. Groenlandia.

Greensburg
Grinsburgum, i, n.
Est urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Grinsburgenses, ium; Grinsburgensis, e (ex usu Curiae Romanae: Greensburgensis).

Greenwich
Grenvicus, i, m.
Nomen huius suburbii Londiniensis, quod olim *Granavic* vel *Grenevic* audiebat, conflatum est ex verbis Anglorum Saxonumque propiis *gren* (= viridis) — *vic* (= vicus).
Grenvicenses, ium; Grenvicensis, e.

Greifswald
Grypivaldia, ae, f. vel Gryphivaldia, ae, f.
In nonnullis lexicis scriptum invenitur Gryphisvaldia, sed ad *phoneticae* disciplinae rationem rectius ponitur Grypi-valdia (cfr. gryps, is; seriore aetate scribitur gryphis).
Gryp(h)ivaldienses, ium; Gryp(h)ivaldiensis, e.

Grenada
Granata, ae, f.
Est una ex insulis Antillis. Quae Civitas cum Regno Britannico est consociata. «Granata» est nomen urbis Hispanicae, quam Arabes ad locum ubi olim Illiberris erat, condiderunt (v. *Granada*).
Granatenses, ium; Granatensis, e.

Grénoble
Gratianopŏlis, is, f.
Est urbs Galliae, ad Isaram (*Oise*) sita, sic a Gratiano imperatore appellata; cfr. Augustin. *Civ. Dei* 21,7; Sidon. *Ep.* 3, 14, 1; C.I.L. 12, p. 273 et 829.
Gratianopolitani, orum; Gratianopolitanus, a, um.

Grevenbroich
Palus Comĭtis, f.; cfr. OL. Est oppidum Germanicum.

Griechenland
v. Grecia.

Grigioni Grisons Grisones Grisons Graubünden
Grisonia, ae, f., vel Grisŏnum Pagus, m. (cfr. BM).
Sic regio Helvetica dicitur, cuius incolae partim sermone utuntur Raetico-Romano.
Grisŏnes, um; Grisonius, a, um.

Groenlandia Groenland Groenlandia Greenland Grönland
Groenlandia, ae, vel Terra Viridis, f.; haec est enim Latina interpretatio vocabuli Danici *Groenland*. Haec permagna insula anno 876 reperta est. Ericus Roede eo Islandienses deducere conatus est, nomine illo imposito, quo allicerentur; re quidem vera partes quaedam meridianae huius insulae, glacie plerumque magnam partem coopertae, aestate virescunt.
Groenlandienses, ium; Groenlandiensis, e, vel Groenlandĭcus, a, um, vel gen.: Terrae Viridis.

Groenlandia (Mare di) **Mer de Groenland Mar de Groenlandia Greenland Sea Grönländisches Meer**
Mare Groenlandicum, n.

Groningen
Groninga, ae, f.
Est urbs Nederlandica.
Groningenses, ium; Groningensis, e.

Grossbritannien
v. Gran Bretagna.

Grosser St. Bernhard
v. Gran San Bernardo.

Grosseto
Grossetum, i, n.
Est urbs Italiae prope Rusellas, urbem Etruscam (C.I.L., 11, p. 414).
Grossetani, orum (cfr. AP); Grossetanus, a, um.

Grosswardein
v. Gran Varadino.

Grottaferrata
Crypta Ferrata, ae, f.
Sic pagus prope Romam, Graecorum monasterio insignis, appellatur.

Grottaglie
Crypta Aurea, f.
Est urbs Italica.

Grouard
Gruarda, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Gruardenses, ium; Gruardensis, e.

Guadalajara
Guadalaiara, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Guadalaiarenses, ium; Guadalaiarensis, e.

Guadalaviar
Turia, ae, f.
Est fluvius Hispaniae, ad Valentiam in Mare Internum se effundens; cfr. Mel. 2, 92; Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (20); Sall. fragm. apud Priscian. 6.

Guadalquivir
Baetis, is, m.
De hoc flumine Hispaniae Mela. 3, 5; Plin. *H.N.* 2, 97, 100 (219); Martial. 8, 28, 6 et 9, 61, 2; Ammian. 23, 6, 21; alii commemorant.
Nomen vulgare *Guadalquivir* est origine Arabicum (=magnum flumen).

Guadalupa Guadeloupe Guadalupe Guadeloupe Guadalupe
Guadalupa, ae, f.
Est una ex Insulis Antillis. Plura nomina locorum «Hispanica» a syllaba *guad* incipiunt; cuius quidem vocis origo est Arabica, i.e. vocabulum *wady* (= flumen vel vallis, in qua aqua, saltem interdum, decurrit).
Guadalupenses, ium; Guadalupensis, e.

Guadarrama
v. Sierra de Guadarrama.

Guadiana
Anas, ae, m., vel Ana, ae, m.
Hic fluvius Hispaniae (*guadi* = *wadi* = flumen e sermonis Arabici ratione) memoratur apud Plin. *H.N.* 3, 1, 2 (6) et 3 (7) et 4; 22, 35 (116); Mela, 2, 63; Caesar. *B.C.* 1, 38; Flor. 3, 22, 7; Prudent. *Peristeph.* 3, 188.

Guadix
Acci, orum, n. Postea et Accis, is f. dicitur.
Est oppidum Hispanum; cfr. Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (25); C.I.L. 2, 162; Itin. Ant.
Accitani, orum (Macrob. *Sat.* 1, 19, 5); Accitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Guadicensis).

Gualdo-Tadino
Tadinum, i, n.
Est oppidum Italiae.
Tadinenses, ium; Tadinensis, e.

Gualeguaychu
Gualeguaitzŭa, ae, f.
Est oppidum Chiliae.
Gualeguaitzuenses, ium; Gualeguaitzuensis, e.

Guanabara
Guanabara, ae, f.
Sic appellatur una e Civitatibus Brasiliae.
Guanabarenses, ium; Guanabarensis, e.

Guanare
Guanara, ae, f.
Est oppidum Venetiolanum.
Guanarenses, ium; Guanarensis, e.

Guano (Insulae)
Insulae Guanenses, f.
Hae insulae prope oram occidentalem Africae sunt positae.

Guantánamo
Guantanămum, i, n.
Haec urbs finibus Cubae continetur.
Guantanamenses, ium; Guantanamensis, e.

Guaranda
Guaranda, ae, f.
Est urbs Aequatoriana.
Guarandenses, ium; Guarandensis, e.

Guarapuava
Guarapuava, ae, f.
Est oppidum Brasiliense, quo post alterum bellum pancosmium Suevi ad Danubium inferiorem incolentes demigrarunt.
Guarapuavenses, ium; Guarapuavensis, e.

Guarda
Guarda, ae, f.
Est vicus Italicus.
Guardenses, ium; Guardensis, e.

Guardafui
Aromata Promunturium, n.

Guascogna Gascogne Gascuña Gascony Gaskogne
Vascŏnum regio, f., vel Vasconia, ae, f.
Est provincia Hispaniae.

Guastalla
Guastalla, ae, vel Vastalla, ae, f.
Nomen huius urbis Italicae est origine Germanicum *guarda* seu *wart* (= custos, custodire) — *stall* (stabulum).
Guastallenses, ium, vel Vastallenses, ium; Guastallensis, e (sic ex usu Curiae Romanae), vel Vastallensis, e.

Guatemala Guatimala
Guatimala, ae, f. vel Guatimalia, ae, f.
Nomen huius Civitatis, in America Media sitae, deductum esse videtur ad autochthonum vocabulo *quauthemalli,* quo strues lignorum significatur (Egli, 379).
Guatimalenses, ium; Guatimalensis, e.

Guatemala (urbs)
Guatimalopŏlis, is, f.
Est urbs caput Guatimaliae.
Guatimalopolitani, orum; Guatimalopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Guatimalensis).

Guayama
Guaiama, ae, f.
Haec urbs in finibus Rei publicae Orodivitensis est posita.
Guaiamenses, ium; Guaiamensis, e.

Guayaquil
Guayaquilium, ii, n.
Guayaquilienses, ium; Guayaquiliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Guayaquilensis).

Gubbio
Iguvium, ii, n. Media aetate (a. 817; 962) nomen ita scribitur: Eugubium, sed emendatior prior modus. Haec urbs Umbriae memoratur a Cic. *Att.* 7, 13; Caes. *B.G.* 1, 12; Liv. 45, 43; in C.I.L. 3, 2066; al.
Iguvini, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [113]; C.I.L. 11, 5215, 5816, 5896), vel Iguvinates, um (Cic. *Balb.* 20, 47); Iguvinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Eugubinus).

Guben
Gubĕna, ae, f.
Gubenenses, ium; Gubenensis, e.

Guernsey
Sarnia, ae, f.

Guidonia
Guidonia, ae, f., vel Vidonia, ae, f.
Est oppidum Italiae.
Guidonienses, (Vidonienses), ium; Guidoniensis (Vidoniensis), e.

Guinea Guinée Guinea
Guinēa, ae, f.
Haec regio Africae a Lusitanis, qui saeculo XV eo adventarunt, appellata est *Guiné,* nomine deducto ab amplo regno autochthonum *Ganya.*
Guineani, orum; Guineanus, a, um (Res publica Guineana).

Guinea Bissau
Guinēa Bissaviensis, f.
Lusitani, qui saeculo XV in occidentales plagas Africae adventarunt, regioni, quam Guineam appellamus, nomen autochthonum *Guiné* indiderunt, e *Ganya,* ut horum amplum regnum vocabatur.
Regio autem, non ita pridem sui iuris facta, e nomine urbis principis *Bissau* cognominatur, quae Latine Bissavia, ae, dicitur.
Guineani Bissavienses; Guineanus, a, um, Bissaviensis, e.

Guinea Equatoriale Guinée Equatoriale Guinea Ecuatorial Equatorial Guinea Äquatorialguinea
Guinēa Aequinoctialis, f.; v. Guinea.
Haec regio fuit olim colonia Hispanica, sed anno 1968 facta Civitas sui iuris.
Guineani, orum, Aequinoctiales, ium; Guineanus, a, um, Aequinoctialis, e.

Gulu
Gulŭa, ae, f.
Est oppidum Ugandense.
Guluenses, ium; Guluensis, e.

Gundelfingen
Gundelfinga, ae, f.
Est urbs Bavarica.
Gundelfingenses, ium; Gundelfingensis, e.

Guntur
Guntura, ae, f.
Est urbs Indica.
Gunturenses, ium; Gunturensis, e.

Günzburg
Guntia, ae, f.
De hac urbe Germaniae in Itin. Ant. et in C.I.L. 3, 721 et 1854, commemoratur.
Guntiani, orum; Guntianus, a, um.

Gurk
Gurcum, i, n.
Est oppidum Austriae.
Gurcenses, ium; Gurcensis, e.

Gussago
Gussiăcum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italicum.
Gussiacenses, ium; Gussiacensis, e.

Güstrow
Gustrovia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Gustrovienses, ium; Gustroviensis, e.

Guyana
Guiana, ae, f.
Haec Civitas, in America Meridiana sita, anno 1966 sui iuris est facta.
Guianenses, ium; Guianensis, e (Res publica Guianensis).

Guyana (Guiana) **Francese Guyane Française**
Guiana Gallica, f.
Guaianenses Galli; Guianensis Gallicus.

Gwelo
Guelum, i, n.
Haec urbs in Rhodesia est sita.
Guelenses, ium; Guelensis, e.

Györ Raab
Arabona, vel Arrabona, ae, f.; cfr. *Notit. dign occ.*, 33 et 34, al.; Rav.; C.I.L. 2, p. 546 sq.; Itin. Ant. Dicitur etiam Iaurinum (cfr. AP).
Arabonenses, ium, vel Iaurinenses, ium; Arabonensis, e, vel Iaurinensis, e.

Haarlem
Harlemum, i, n.
Est urbs Nederlandica.
Harlemenses, ium; Harlemensis, e (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Haarlingen
Harlinga, ae, f.
Est urbs Nederlandica.
Harlingenses, ium; Harlingensis, e.

Habana (la)
v. San Cristóbal de la Habana

Habsbourg Habsburg
v. Asburgo.

Hagen
Hagĕna, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Hagenenses, ium; Hagenensis, e.

Hagerstown
Hagerstonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Hagerstonienses, ium; Hagerstoniensis, e.

Haifa
v. Giaffa.

Haileyburg
Haileburgum, i, n.
Est urbs Canadensis.
Haileburgenses, ium; Haileburgensis, e.

Hainaut
Hanonia, ae, f.
Ita media aetate Latine appellata est regio Regni Belgarum (cfr. Egli, 385).
Hanonienses, ium; Hanoniensis, e.

Haiphong
Haiphongum, i, n.
Est urbs Vietnamiae.
Haiphongenses, ium; Haiphongensis, e.

Halab
v. Aleppo.

Halberstadt
Halberstadium, ii, n.
Est urbs Germaniae.
Halberstadienses, ium; Halberstandiensis, e.

Halifax
Halifacia, ae, f., vel Halifacium, ii, n. Ab aliis, ponitur Olicana, ae, sed non est certum, num hoc nomen re vera urbi Britanniae, quae vulgo *Halifax* audit, sit attribuendum.
Halifacienses, ium; Halifaciensis, e.

Halland
Hallandia, ae, f.
Est provincia Suetica.
Hallandienses, ium; Hallandiensis, e.

Hall i. T.
Halla Tirolis, f.
Est venusta urbs, prope Aenipontem in Tiroli sita.
Hallenses, ium, Tirolis; Hallensis, e, Tirolis.

Hall (Schwäbisch)
Halla Suevorum, f.
Est urbs Germaniae, in Virtemberga sita.
Hallenses, ium, Suevorum; Hallensis, e, Suevorum.

Halle
Halla Saxŏnum, f.
Est urbs Germanica; cfr. BM; ab aliis ponitur Hala, ae.
Hallenses, ium, Saxonum; Hallensis, e, Saxŏnum.

Hallein
Halliŏla, ae, f.
Est oppidum in regione Salisburgensi situm.
Halliolani, orum; Halliolanus, a, um.

Hallstadt
Halstadium, ii, n.
Est oppidum Bavaricum.
Halstadienses, ium; Halstadiensis, e.

Halmstad
Halmostadium, ii, n.
Sic urbs Suetica appellatur; cfr. OL.
Halmostadienses, ium; Halmostadiensis, e.

Hamadân
Hamadanum, i, n.
Est urbs Iraniae.
Hamadanenses, ium; Hamadanensis, e.

Hamberg
Hamberga ae, f.
Est oppidum Bavaricum.
Hambergenses, ium; Hambergensis, e.

Hambourg
v. Amburgo.

Hamburg
v. Amburgo.

Hameln
Hamēla, ae, f. (cfr. Ge).
Est oppidum Germaniae.
Hamelenses, ium; Hamelensis, e.

Hamersleben
Hamersleba, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Hamerslebenses, ium; Hamerslebensis, e.

Hamilton
Hamiltonia, ae, f.
Est oppidum primarium Bermudarum.
Hamiltonienses, ium; Hamiltoniensis, e.

Hamm
Hammona, ae, f. (cfr. DGAM).
Est urbs Germaniae.
Hammonenses, ium; Hammonensis, e.

Hammerfest
Hammerfestum, i, n.
Nomen huius oppidi, quod est maxime septentrionale Europae, ductum est a verbis Norvegicis *hammer*=mons arduus, procurrens, et *fest* (*feste*)=statio navibus firmandis apta, portus; cfr. Egli, 390.
Hammerfestenses, ium; Hammerfestensis, e.

Hampshire
Hantonia, ae, f.
Est provincia Britanniae.
Hantonienses, ium; Hantoniensis, e.

Hanau
Hanavia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Hanavienses, ium; Hanaviensis, e.

Hannover. Hanovre
Hannovēra, ae, f.
Est urbs Germaniae. Saeculo XI audiebat *Hanovere* (Förstemann, II, 777); cuius nominis significatio esse perhibetur alta ripa (*har-over*=*Ufer*).
Hannoverenses, ium; Hannoverensis, e.

Hanoi
Hanoium, i, n.
Est urbs princeps Vietnamiae (Septentrionalis).
Hanoienses, ium; Hanoiensis, e (ita etiam apud Curiam Romanam).

Hants
v. Hampshire.

Harbour Grace
Portus Gratiae, m.
Est urbs Canadensis.

Harburg
Harburgum, i, n.
Sic urbs Germaniae appellatur, ad Albim inferiorem sita.
Harburgenses, ium; Harburgensis, e.

Hardanger Fjord
Sinus Hardangericus, m.
Hic est in finibus Norvegiae situs.

Hardenberg
Hardenberga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Hardenbergenses, ium; Hardenbergensis, e.

Harkov
Carcovia, ae, f.
Carcovienses, ium; Carcoviensis, e.

Harlan
Harlania, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.
Harlanienses, ium; Harlaniensis, e.

Harmony
Harmonīa, f.
Est oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. situm.
Harmonienses, ium; Harmoniensis, e.

Harrar
Harrar, n. Non inclinatur in casus.
Est regio, quae Aethiopiae finibus continetur.

Harrisburg
Henricopŏlis, is, f.
Est caput Pensilvaniae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Appellatur autem ita, siquidem vulgare nomen Anglicum *Harry* blande dicitur pro *Henry*, id est Henrico.
Henricopolitani, orum; Henricopolitanus, a, um.

Hartford
Hardifordia, ae, f.
Est caput Connecticutae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen ipsum, origine Germanicum, suavius redditum est, ut ad aures Latinas conformaretur.
Hardifordienses, ium; Hardifordiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Hartfordiensis).

Harton
Hartonia, ae, f.
Est oppidum Britannicum.
Hartonienses, ium; Hartoniensis, e.

Harwich
Harvicus, i, n.
Est urbs Britanniae.
Harvicenses, ium; Harvicensis, e.

Harz
Hercynia Silva, f.
Hoc nomen, olim latius patens, montes silvosos significat, qui in media Germania usque ad fines Bohemorum porriguntur. Cfr. Plin. *H.N.* 16, 2, 2 (2): «Hercyniae Silvae roborum vastitas intacta aevis et congenita mundo prope immortali sorte miracula excedit». Sidon. *Carm.* 5, 283 («Hercynium nemus»); al.

Harzgerode
Saltus Venatorius, m. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.

Hasselt
Hasseletum, i, n.
Est urbs Belgica.
Hasseletenses, ium; Hasseletensis, e.

Hastings
Hastinga, ae, f.
Sermone enim Anglorum Saxonumque haec urbs Britanniae *Hastinga* vocabatur (Egli, 393).
Hastingenses, ium; Hastingensis, e.

Hatting
Hattinga Tirolis, f.
Est vicus Tirolensis.
Hattingenses, ium, Tirolis; Hattingensis, e, Tirolis.

Hattingen
Hattinga, ae, f.,
Est urbs Germaniae.
Hattingenses, ium; Hattingensis, e.

Hautecombe
Alta Cumba, f.
Hoc nomine appellabatur celebre coenobium monachorum in Sabaudia.

Hauterive
Alta Ripa, ae, f.
Hoc nomine et urbs Canadensis, episcopi sedes, et monasterium Cisterciense in Helvetia significantur.
Altaripenses, ium; Altaripensis, e.

Haute Volta
v. Alto Volta.

Havel
Habăla, ae, f. (cfr. DGAM; Egli, 395; Förstemann, II, 781).
Est fluvius Germaniae.

Havelberg
Havelberga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Havelbergenses, ium; Havelbergensis, e.

Havre (Le)
Portus Gratiae, m.
Nomen deductum est ab *havene, havle, hable*=portus, scilicet a verbo, cuius origo est Germanica seu potius Anglica-Saxonica.
Dicebatur plenius *Havre de Grâce,* siquidem eo in pago, qui olim fuit, sacra aedes, *chapelle de grâce* appellata, celebrabatur (Egli, 395).

Hawai
Insulae Havaianae, f.
Hae insulae, in Oceano Pacifico positae, Foederatam Americae Sept. Civitatem efficiunt.
Havaiani, orum; Havaianus, a, um.

Haye (La)
v. Aia (l').

Hearst
Hirstum, i, n.
Est urbs Canadensis.
Hirstenses, ium; Hirstensis, e (ex usu Curiae Romanae: Hearstensis).

N.B. → Quae hic scripsi magnam partem mihi dixerat Heidelbergae, sive Myrtillunte, m. maio a. 1992, prof. Görgemanns, cetera e ... deprompsi. (Quoad etymologiam, cfr. tamen encyclopaediam Treccanianam ...) H. ... 1992

(*) [Secundum urbis Selinuntis in Sicilia nominis analogiam (cfr. Selinunte), dicitur graece Μυρτιλλοῦς, -οῦντος (quoad genus ...]

Hebrides Hébridas Hebriden
v. Ebridi.

Hebron
Hebron, n. Non inclinatur in casus.
De hoc oppido, in Terra sito incolatu Christi veneranda, in Sacris Bibliis crebra mentio occurrit.
Hebronenses, ium; Hebronensis, e (cfr. Cassiod., *Hist. trip.* 11, 17).

Heidelberg (*)
Heidelberga, ae, f.
Est urbs illustris Germaniae optimis studiis affluens. Videtur esse idem ac myrtillorum mons.
Heidelbergenses, ium; Heidelbergensis, e.

Heidenheim
Arae Flaviae, f.
A multis nomen Latinum, quod in C.I.L. 13, 2, p. 211 (cfr. Ptol. 2, 11, 30) continetur, huic oppido attribuitur (ab aliis oppido *Rottweil* ascribitur).

Heilbronn
Fons Salubris, m.
Sic oppidum Germaniae, olim aqua salubri insigne, appellatur (cfr. C; Egli, 399).

Heimbach
Hembacum, i,n .
Ita oppidum Germaniae nominatur.
Hembacenses, ium; Hembacensis, e.

Helder
Heldĕra, ae, f.
Est urbs Nederlandica.
Helderenses, ium; Helderensis, e.

Helena
Helenopŏlis, is, f.
Est caput Montanae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Est nomen ab antiquis factum, id est a Constantino Magno, qui honori matris Helenae urbem in Bithynia (Helenopolis, is) condidit. Cfr. Cassiod. *Hist. trip.* 2, 18.
Helenopolitani, orum; Helenopolitanus, a, um.

Helfta
Helfta, ae, f.; cfr. Sleumer, s.v.; est etiam alia forma, medio aevo conficta: Helfitum, i, n.
Helftenses, ium; Helftensis, e.

Helgoland
Helgolandia, ae, f.
Saeculo XI audiebat *Halagland*(Förstemann, II, 700).
Nomen coaluit e verbis Germanicis (*hailag* seu *heilig* (ut nunc dicitur) et *land* (=terra).
Est autem insula *sacra,* quod olim ibidem templum deo Germanorum *Foseti* sacrum exstabat, qui erat deus iustitiae (cfr. Egli, 401).
Helgolandienses, ium; Helgolandiensis, e, vel Helgolandicus, a, um.

Hellas
v. Grecia.

Helmstadt
Helmostadium, ii, n.
Est urbs Germaniae.
Helmostadienses, ium; Helmostadiensis, e.

Helsingfors
v. Helsinki.

Helsinki
Helsinkium, ii, n.
Est urbs caput Finniae.
Helsinkienses, ium; Helsinkiensis, e.

Henares
Complutum, i, n.
De hac urbe Hispaniae Prud., *Peristeph.* 4, 43; Paulin. Nol., *Carm.* 35,

autem cfr. L.S.J.: Σελινοῦς, -οῦντος, ὁ) atque incolae appellantur Μυρτιλλούσιοι (cfr. Σελινούσιοι). Et Latine: Myrtillus, -untis, f. (cfr. Selinus, -untis, f.); Myrtilluntii, -orum (cfr. Selinuntii).]

607; Rav.; al. commemorant.
Complutenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [24]); Complutensis, e.

Hendaye
Hendaia, ae, f.
Est oppidum Gallicum, in Pyrenaeo monte situm.
Hendaienses, ium; Hendaiensis, e.

Hermon
Hermon, n.; non inclinatur in casus. Hoc nomine montium iuga (cfr. Ps. 41, 6: «Hermoniim», plur.), in Libanensi Re publica sita appellantur.

Hersfeld
Hersfeldia, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Hersfeldienses, ium; Hersfeldiensis, e.

Herzégovine Herzegowina
v. Erzegovina.

Herzogenburg
Duciburgum, i, n.; appellatur etiam Ducumburgum vel, Graeca ratione, Hegemonopŏlis.
Est oppidum Austriae.
Duciburgenses, ium; Duciburgensis, e.

Herzogenbusch
v. s'Hertogenbosch.

Hesse Hessen
v. Assia.

Heston
Hestonia, ae, f.
Est urbs Britannica.
Hestonienses, ium; Hestoniensis, e.

Hexham
Axelodunum, i, n.; ab aliis ponitur Hagulstadium. Est urbs Britannica.
Axelodunenses, ium; Axelodunensis, e.

Highlands of Scotland
Caledonia Silva, f.
Haec montium iuga, in Scotia sita, memorantur apud Flor. 1, 17 et Capell. 6.

Hildesheim
Hildesia, ae, f. Sic in monumentis litterarum, media aetate conditis, haec urbs Germaniae appelatur. Vocatur et Hildeshemum.
Hildesienses, ium; Hildesiensis, e.

Hilversum
Hilversumum, i, n.
Est urbs Nederlandica.
Hilversumenses, ium; Hiversumensis, e.

Himalaya
v. Imalaia.

Hindu-Kush
Caucăsus Indĭcus, m.
Haec montium iuga Civitatem Iranianam, qua ad orientem vergit, a septentrionali parte occludunt; cfr. Cic. *Tusc.* 2, 22, 51 et 5, 27, 77; *Curt.* 4, 5, 5 (minus aperte); Plin. *H.N.* 6, 17, 21 (62): «Indus, in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paroponisus».

Hindustan
Hindustania, ae, f.
Hoc nomine regio septentrionalis Indiae atque etiam tota India appellantur.
Hindustani, orum; Hindustanus, a, um.

Hippach
Hippacum, i, n.
Est vicus Tirolensis.
Hippacenses, ium; Hippacensis, e.

Hiroshima
Hirosima, ae, f.
Haec urbs Iaponica primum pyrobolis atomicis est saevissime verberata.
Hirosimenses, ium; Hirosimensis, e (ex usu Curiae Romanae: Hiroshimaënsis).

Hirschau
Hirsaugia, ae, f. (cfr. (OL).
Est oppidum Germanicum.
Hirsaugienses, ium; Hirsaugiensis, e.

Hirschberg
Cervimontium, ii, n. (cfr. BM).
Est urbs Germaniae.
Cervimontani, orum; Cervimontanus, a, um.

Hispaniola
Hispaniŏla, ae, f.
Est nomen insulae, qua Civitas Haitiana et Res publica Dominicana continentur.
Hispaniolani, orum; Hispaniolanus, a, um.

Hobart
Hobartum, i, n.
Est oppidum Tasmaniae.
Hobartenses, ium; Hobartensis, e.

Hoek van Holland
Angŭlus Hollandiae, m. Ita paeninsula Hollandiae, quam proprie dicunt, appellatur (*hoek*=angulus).

Hof a. Regen
Curia Bavarica, f. (cfr. OL).
Curienses, ium; Curiensis, e.

Hof an der Saale
Curia ad Salam, f.
Est urbs Bavarica.

Hohenstadt
Altostadium, ii, n.
Plura oppida Germaniae hoc nomine appellantur.
Altostadienses, ium; Altostadiensis, e.

Hohenwarth
Alta Specŭla, f. (cfr. DGAM).
Est oppidum Germaniae.

Hoima
Hoima, ae, f.
Est oppidum Ugandense.
Hoimani, orum; Hoimanus, a, um.

Hokkaido
Hokaidus, i, f.
Est insula, quae a maxime septentrionali parte Iaponiae est sita.

Holanda
v. Olanda.

Hollande Holland
v. Olanda.

Hollywood
Acrifolia, orum, n.
Re quidem vera *holly-wood* silvam acrifoliorum significat. Haec urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, ob rem cinematographicam nominis famam est adepta.
Acrifolienses, ium; Acrifoliensis, e.

Holstein
Holsatia, ae, f.
Ita in litterarum monumentis media aetate conditis haec regio Germaniae Septentrionalis Latine solet appellari.
Holsatienses, ium; Holsatiensis, e.

Homberg
Homberga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Hombergenses, ium; Hombergensis, e.

Homburg
Homburgum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Homburgenses, ium; Homburgensis, e.

Homs
Emĕsa, ae, vel Hemĕsa, ae, f.
Est oppidum Syriae, patria Alexandri Severi imp.; cfr. Ammian. 14, 8, 9; al.

Emeseni (Hemeseni), orum; Emesenus, a, um, vel Hemesenus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Honduras
Honduria, ae, f.
Hispanorum sermone *hondura* idem valet ac profundum; cum enim nautae Hispani prope oram istius regionis profunda maris feliciter evasissent, eiusmodi nomen ei indiderunt (Egli, 417).Hondurienses, ium; Honduriensis, e (Res publica Honduriensis).

Honfleur
Honflorium, ii, n. (cfr. C).
Est urbs Galliae ad laevam aestuarii Sequanae.
Honfloriani, orum; Honflorianus, a, um.

Hong Kong
Siamkiamum, i, n., vel Hongcongum, i, n.
Hong-kong est nominis Sinensis *Hsiang-kiang* enuntiandi ratio, quae propria est provinciae, quae *Kwang-chow* nuncupatur. Secundum usum Curiae Romanae dioecesis, quae in isto est sita territorio, i.e. in colonia Britannica *Hong-kong*, appellatur Sciiamchiamensis, vulgari nomine *Hsiang-kiang* potius ad aures Italas accommodato.
Est autem eiusdem nominis haec fere interpretatio: lacuna odorifera vel amoena.
Siamkiamenses, ium, vel Hongcongenses, ium.
Siamkiamensis, e, vel Hongcongensis, e.

Hongrie
v. Ungheria.

Honiara
Honiara, ae, f.
Est oppidum in Oceania situm.
Honiarani, orum; Honiaranus, a, um.

Honnecourt-sur-Escaut
Hunecurtis, is, f. (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.
Hunecurtenses, ium; Hunercurtensis, e.

Honolulu
Honolulum, i, n.
Sic urbs princeps Insularum Havaianarum appellatur, quae sunt una e Civitatibus Foederatis Americae Sept.
Honolulenses, ium; Honolulensis, e.

Honosca
Onusa, a, f.
Est oppidum Hispaniae, non procul a Carthagine Nova situm; cfr. Liv. 22, 20.
Onusani, orum; Onusanus, a, um.

Honshu
Honsŭa, ae, f.
Est maxima insula Iaponiae.
Honsuenses, ium; Honsuensis, e.

Horn
Horna, ae, f. (cfr. DG).
Est urbs Austriae.
Hornenses, ium; Hornensis, e.

Horta
Horta, ae, f.
Est oppidum in Insulis Accipitrinis (*Azorre, Açores, Azorren*) situm.
Hortenses, ium; Hortensis, e.

Houston
Hustonia, ae, f.
Haec urbs finibus Texiae continetur, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Eo autem maxime inclaruit, quod ibi officinae sunt ad sideralem navigationem pertinentes. Nomen ipsum a Samuele Houston deductum est, qui, dux seditiosorum Texanorum, Mexicanos devicit.
Hustonienses, ium; Hustoniensis, e.

Höxter
Huxaria, ae, f. vel Huxorium, ii, n. (cfr. DGAM).

Est oppidum Germaniae.
Huxarienses, ium; Huxariensis, e.

Hradec Kralove **Königgrätz**
Reginogradecium, ii, n. (cfr. OL); dicitur etiam seiunctim Reginae Gradecium.
Reginogradecienses, ium; Reginogradeciensis, e.

Hsiang-kiang
v. Hong Kong.

Huancayo
Huancaium, i, n.
Est urbs Peruviae.
Huancaienses, ium; Huancaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Huancayensis).

Huánuco
Huanŭcum, i, n.
Est urbs Peruviana.
Huanucenses, ium; Huanucensis, e.

Huaraz
Huaraza, ae, f.
Haec urbs Peruviae finibus continetur.
Huarazenses, ium; Huarazensis, e.

Hudson (flumen)
Hudsonius, ii, m.
Hoc nomine flumen Americae Sept. appellatur, ac quidem e nomine Henrici Hudson, viri Britanni, qui id anno 1609 exploravit.

Hudson (sinus)
Sinus Hudsoniensis, m.
Est amplus sinus in America Sept. positus.

Hudson (urbs)
Hudsonia, ae, f.
Haec urbs finibus Civitatis Novi Eboraci continetur; cfr. *Hudson* (flumen).
Hudsonienses, ium; Hudsoniensis, e.

Hué
Huĕum, i, n.
Haec urbs olim caput fuit regionis, quae nunc Vietnamia appellatur.
Huenses, ium; Huensis, e (ex usu Curiae Romanae: Huéensis).

Huelva
Onŏba, ae, f.
De hoc oppido Hispaniae Mela 3, 5 et Plin. *H.N.* 3, 1, 3 (10), praeterea Strab. 3, 143 et 170, commemorant, sed non una est scribendi ratio.
Graece ponitur Ὄνοβα.
Onobenses, ium; Onobensis, e.

Huesca
Osca, ae, f.
Est oppidum Hispaniae.
Oscenses, ium; Oscensis, e.

Hull
Hullum, i, n.
Est urbs Britanniae (cfr. B; DG; al.).
Hullenses, ium; Hullensis, e.

Hull (in Canada)
Hullum Canadae, n.
Est urbs Canadae, in provincia Quebecensi posita.
Hullenses, ium; Hullensis, e.

Hünfeld
Hunfeldia, ae, f. (cfr. Förstemann, II, 1497: Hunafelda).
Est oppidum Germanicum.
Hunfeldienses, ium; Hunfeldiensis, e.

Hungría **Hungary**
v. Ungheria.

Huntington
Huntintonia, ae, f. (cfr. FB; al.).
Est oppidum Britanniae.
Huntintonienses, ium; Huntintoniensis, e.

Huron

Lacus Huronius, m.
Est lacus Americae Sept.

Husum

Hosemum, i, n. (cfr. DGAM).
Est oppidum Germaniae.
Hosemenses, ium; Hosemensis, e.

Hvar

v. Lesina.

Hyderabad

Haiderabada, ae, f.
Est urbs Indica.
Haiderabadenses, ium; Haiderabadensis, e.

Hyères (insulae)

Stoechădes, um, f.
De his insulis, non procul ab urbe Massilia positis, commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 5, 11 (79); Capell. 6; Mel. 2, 124; Lucan. 4, 184; Ammian. 15, 11; in C.I.L. 12, p. 45.

Iasi Jassi
Iassium, ii, n. (cfr. AP).
Est urbs Dacoromana.
Iassienses, ium; Iassiensis (ex usu Curiae Romanae: Iasensis).

Ibadan
Ibadanum, i, n.
Haec urbs populo frequens finibus Nigeriae continetur.
Ibadanenses, ium; Ibadanensis, e (cfr. AP).

Ibagué
Ibaguenium, ii, n. (cfr. AP).
Est urbs Columbiana.
Ibaguenienses, ium; Ibagueniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ibaguensis).

Ibarra
Ibarra, ae, f.
Est urbs Aequatoriana.
Ibarrenses, ium; Ibarrensis, e.

Ibiza
Ebusus, i, f.; est etiam forma feminina: Ebusa, ae.
Est insula Hispaniae adiacens, de qua plures scriptores veteres commemorant; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 11 (76); id. 8, 58, 83 (226); id. 9, 18, 32 (68); Solin. 23; Mel. 3, 126; Sil. It. 2, 372 (qui alteram syllabam corripit); al.
Ebusitani, orum; Ebusitanus, a, um (cfr. C.I.L. 2, 8660 et 3664; Plin. *H.N.* 3, 6, 11 [78]).

Ica
Ica. ae, f.
Hoc oppidum Peruviae finibus continetur.
Icenses, ium; Icensis, e.

Iceland
v. Islanda.

Idaho
Idăhum, i, n.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Nomine ipso, autochthonum proprio, *gemma montium* significari videtur (cfr. Egli, 436).
Re quidem vera aurifodinae, quae sunt ex uberioribus, ibi inveniuntur.
Idahenses, ium; Idahensis, e.

Iglesias
Ecclesia, ae, f.

Est urbs Sardiniae.
Ecclesienses, ium; Ecclesiensis, e (cfr. AP).

Iguassú

Iguassus, i, m.
Sic appellatur fluvius Brasiliensis (autochthonum sermone idem valet ac «magna aqua»).

Iguatú

Iguatum, i, n.
Est oppidum Brasiliae.
Iguatuvini, orum; Iguativinus, a, um (cfr. AP).

Ikot Ekpene

Icotecpena, ae, f.
Est oppidum Nigeriae.
Icotecpenenses, ium; Icotecpenensis, e (ex usu Curiae Romanae: de Ikot Ekpene).

Ilagan

Ilagana, ae, f.
Est oppidum Philippinum.
Ilaganenses, ium; Ilaganensis, e.

Ile de Pins Fichteninsel

Pinifĕra Insula, f.
Est insula Oceaniae, Gallorum Rei publicae subiecta.

Ilesha

Ilesa, ae, f.
Est urbs Nigeriana.
Ilesenses, ium; Ilesensis, e.

Illapel

Iliapelum, i, n.
Est oppidum Chiliae.
Iliapelenses, ium; Iliapelensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ilapelensis).

Iller

Hilăra, ae, f.
Est flumen Bavariae; cfr. *Latinitas,* 1961, p. 125 (C. Eichenseer).

Illingen

Illinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Illingenses, ium; Illingensis, e.

Illinois

Illinoesia, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Nomen, autochthonum proprium, quod ad aures Latinas accommodavi, non una ratione nobis est traditum. Tribus enim, quae ad Lacum Michiganum accolebat, *illin* vel *illini* similive modo appellabatur (Egli, 443).
Illinoesiani, orum; Illinoesianus, a, um.

Illinois (flumen)

Illinoesius, ii, m; cfr. prius nomen (Illinoesia).

Ilmenau

Ilmenavia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Ilmenavienses, ium; Ilmenaviensis, e.

Ilorin

Ilorium, i, n.
Est oppidum Nigeriae.
Ilorienses, ium; Iloriensis, e.

Ilsenburg

Ilsenburgum, i, n.
Hoc oppidum in agro Magdeburgensi est situm.
Ilsenburgenses, ium; Ilsenburgensis, e.

Imatra

Imatra, ae, f.
Est urbs Finnica.
Imatrenses, ium; Imatrensis, e.

Immendingen

Immendinga, ae; f.
Est oppidum Germanicum.
Immendingani, orum; Immendinganus, a, um.

Immenhausen

Immenhusa, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Immenhusani, orum; Immenhusanus, a, um.

Immenstadt

Immenstadium, ii, n.
Est urbs Bavarica, in regione Algoviensi (*Allgäu*) sita. Secundum A. Adam, *Römische Reisewege und Stationsnamen im südöstlichen Deutschland*: Beiträge zur Namenforschung, 11 (1976) 1, pp. 39-40, oppidum Romanum, cui nomen Vemania ac de quo in veteribus Itineratiis fit mentio, eo loco positum fuit, quo nunc est *Immenstadt*.
Immenstadienses, ium; Immenstadiensis, e.

Imola

Forum Cornelii, n.
Huius urbis, in regione Aemilia sitae, saepius apud veteres scriptores mentio occurrit; cfr. Cic. *Fam.* 12, 5; Martial. 3, 1, 4; Prudent. *Perist.* 9; Itin. Anton. Quoad casum locativum v. *Forlì* (Forum Livii).
Forocornelienses, ium; Forocorneliensis, e.

Imperia

Imperia, ae, f.; cfr. L.
Est urbs Italica.
Imperienses, ium; Imperiensis, e.

Imus

Imusa, ae, f.
Est oppidum Philippinum.
Imusenses, ium; Imusensis, e.

Inchon

Inchonum, i, n.
Est urbs Coreana.
Inchonenses, ium; Inchonensis, e.

India Inde India Indien

India, ae, f. Plures autumant nomen deductum esse a flumine Indo, quod in sermone sanscrito *Chindu*, in aliis dialectis *Hindu*, i. e. fluvius, audit.
Indi, orum; Indĭcus, a, um; est etiam Indus, a, um, praesertim apud poetas, et Indiăcus, a, um, apud seriores.

Indiana

Indiana, ae, f. Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Cuius Civitatis nomen facilem habet intellectum. Est enim ei nomen impositum autochthonum, quos vocabulo *Indianorum* solemus vulgo comprehendere. Novimus quidem eos ita esse vocatos, quod «Indias Occidentales» incolerent. Adiectivum vero Indianus seu potius Indiana (gen. fem.) in Latinitate invenitur, significans aliquem vel aliquam pertinere ad Indum, quod est nomen viri cuiusdam proprium; cfr. C.I.L. 13^2, 6230: «ala Indiana». De Iulio Indo, cuius ea ala fuit, mentionem Tacitus, *Ann.* 3, 42, inicit.
Indianenses, ium; Indianensis, e.

Indianapolis

Indianopŏlis, is, f.
Est urbs caput Indianae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Ex usu linguae Latinae, cum Indiana (us, um) sit verbum (adiectivum) primae declinationis, quando cum alio verbo coalescit in unum, exit in -o (cfr. Helena: Helenopolis).
Indianopolitani, orum; Indianopolitanus, a, um.

Indo Indus Indo Indus

Indus, i, m.
Est celeberrimus fluvius Asiae, ad septentrionalem partem montis Imai (*Himalaya*) oriens, hunc circumit et in mare Erythraeum influit. A Cicerone, *N.D.* 2, 52, 130, omnium fluviorum maximus appellatur.

Indocina Indochine Indochina Indochina Indoochina

Indosinae, arum, f.; paeninsula Indosinensis.

Indonesia Indonesie Indonesia Indonesien

Indonesia, ae, f.
Indonesiani, orum; Indonesianus, a, um.

Ingelfingen

Ingelfinga, ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Ingelfingani, orum; Ingelfinganus, a, um.

Inghilterra Angleterre Inglaterra England

Britannia, ae, f., vel Anglia, ae, f.
Prius nomen notum est esse antiquius. Vox Angliae apud S. Gregorium M. *Epist.* 11, et alias occurrit.
Britanni, orum, vel Angli, orum; Britannĭcus, a, um, vel Anglĭcus, a, um.

Inglaterra

v. Inghilterra.

Ingolstadt

Ingolstadium, ii, n. (cfr. B et al.).
Est urbs Germaniae.
Ingolstadienses, ium; Ingolstadiensis, e.

Inn

Aenus, i, m.; minus recte scribitur Oenus; cfr. Tac. *Hist.* 3, 5: «Ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus»; praeterea Venant. Fort. *Vita S. Mart.* 4, 645: «... perge Alpem, / Ingrediens rapido qua gurgite volvitur Aenus».

Innsbruck

Aenipons, tis, m.
Est urbs princeps Tirolis.
Aenipontani, orum; Aenipontanus, a, um.

Innstadt

Aenostadium, ii, n. (cfr. OL); et Boiodurum, i, n. appellatur. Pertinet iam ad Passaviam urbem.
Aenostadienses, ium; Aenostadiensis, e.

Interlaken

Inter Lacus.
Est oppidum Helveticum.

Iowa

Iŏva, ae, f.
Nomen huius Civitatis, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., vulgo ita propemodum enuntiatur: *aioue*; quod quidem repetitur ab autochthonum tribu, quae a finitimis *Ayubha*, *Ahbee-oo-ba*, id est pigri, desides, vocabantur (cfr. Egli, 452).
Iovani, orum; Iovanus, a, um.

Ipameri

Ipameria, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Ipamerienses, ium; Ipameriensis, e.

Ippona Hippo

Hippo, onis, m. (et f.), plenius: Hippo Regius, quia, ut est apud Sil. It. 3, 259, «antiquis dilectus regibus». Haec urbs vetusta Africae conciliis et operatione pastorali S. Augustini fuit illustrata.
Hipponenses, ium; Hipponensis, e.

Iquique

Iquiqua, ae, f.
Est urbs Chiliensis.
Iquiquenses, ium; Iquiquensis, e.

Iran

Irania, ae, f. (cfr. Bacci). In hoc vulgari nomine, quod pro Persia est substitutum, inest primigenia vox *arya*, *aihrja*, quo nobilis significatur (cfr. Graec. ἀρι-στος, genus hominum Arianorum). Apud veteres scriptores occurrit nomen geographicum Ariana vel Ariane, quod tribuebatur regioni Persarum regno obnoxiae. Cuius incolae Ariani appellabantur; cfr. Plin. *H.N.* L2, 8, 18 (33): «Contermina Indis gens Ariana appellatur». Non est dubium, quin haec vox (in vetere sermone Persico *Ariyana* audiebat) ab eodem sit fonte deducta unde *Iran*.
Iraniani, orum; Iranianus, a, um.
Civitas, quae nunc ibi est: Iranianum Imperium.

Iraq Irak

Iraquia, ae, f.; cfr. Bacci; non est cur antiquum nomen Mesopotamiae inducatur.
Iraquiani, orum; Iraquianus, a, um (Res publica Iraquiana).

Irian Occidentale Irian Barat

Irianum Occidentale, n.
Sic appellatur pars occidentalis Insulae Novae Guineae, quae olim Nederlandiae erat subiecta, nunc a Coniunctarum Nationum Coetu Indonesiae est commissa.

Irkutsk

Ircusca, ae, f.
Est urbs Sibiriana.
Ircuscani, orum; Ircuscanus, a, um.

Irlanda Irlande Irlanda Ireland Irland

Hibernia, ae, f.; cfr. Caes. *B.G.* 5, 13: «Hibernia dimidio minor, ut existimatur, quam Britannia, sed pari spatio atque ex Gallia est in Britanniam». De hac insula, quam Avienus, *Or.* 108, «sacram» appellat, plures alii commemorant veteres scriptores.
Hiberni, orum; Hibernius, a, um.

Irpinia

Hirpinorum Regio, f., vel Hirpinia, ae, quod quidem nomen ab antiquis solum mulieri tribuebatur. (cfr. C.I.L. 10, 310).
Hirpini, orum; Hirpinus, a, um.

Irtish

Irtisus, i, m.
Hoc nomine magnum flumen Sibiriae appellatur.

Irun

Irunia, ae, f. (cfr. C).
Haec urbs in confinio Hispaniae et Galliae sita est.
Irunienses, ium; Iruniensis, e.

Isar

Isăra, ae, f.
Est fluvius Germaniae, in Danuvium se exonerans; memoratur in *Epiced. Drusi* v. 385; cfr. Strab. 4, 207.

Isarco Eisack

Isarcus, i, m.
Re quidem vera Isarci appellantur incolae regionis, quam hoc flumen perfluit (Plin. *H.N.* 3, 30, 24 [137]; *Trop. Aug.*).

Ischia

Aenaria, ae, f.
Missis veterum fabulis, nomen ab aerifodinis videtur esse deductum. Est apud Homerum: ἐν Ἀρίμοις (*Il.* 2, 783). Hinc manavit, ut conici licet, nomen Latinum Inarime; cfr. Plin. *H.N.* 3, 6, 12 (82); Verg. *Aen.* 9, 716; Ovid. *Met.* 14, 89; al.
Haec insula venusta in sinu Baiano prope Neapolim est posita.

Iseo (lacus)

Sebinus Lacus, m. Scribitur etiam Sebinnus.
De hoc lacu Italiae Plin. *H.N.* 2, 103, 106 (224), commemorat, fitque eius mentio in C.I.L. 5, p. 546.

Isère

Isăra, ae, f.
Est fluvius Galliae, quae Narbonensis olim dicebatur; cfr. Lucan. 1, 339;

(*) Israele Israël : Israël, is, m. Israeliani, orum; Israelianus, a, um.

Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (33) et 7, 50, 51 (166); Cic. *Fam.* 10, 15 et al.

Isernia

Aesernia, ae, f.
Commemoratur a pluribus scriptoribus veteribus hoc oppidum ad laevam Volturni fluvii in Italia positum, veluti a Cic. *Att.* 8, 11; Vellei. 1, 14; Sil. It. 8, 566; Frontin. 1; et in titulis.
Aesernini, orum (Liv. 27, 10; Plin. *H.N.* 3, 12, 17 [107]); Aeserninus, a, um.

Islamabad

Islamabada, ae, f.
Est urbs princeps Pakistaniae.
Islamabadenses, ium; Islamabadensis, e.

Islanda Island Iceland Island

Islandia, ae, f. (cfr. S).
Sunt, qui hanc insulam, qua terra glacialis significatur, Thulen appellant. De qua veteres nihil certi tradiderunt.
Islandienses, ium; Islandiensis, e; vel Islandĭcus, a, um.

Iskenderun

v. Alessandretta.

Ismailia

Ismailia, ae, f.
Sic urbs Aegyptia ad Euripum Hieroopoliticum sita vocatur.
Ismailiani, orum; Ismailianus, a, um.

Isola di Pasqua Isla de Pascua

v. Pasqua (Isola).

Isonzo

Sontius, ii, m.
Hic fluvius Italiae Septentrionalis memoratur a Cassiod. *Var.* 1, 18, et in Tab. Peut.
Adiectivum est Sontius, a, um; cfr. «Sontius pons» (Iorn. *Get.* 57), ad quem Theodoricus castra posuit.

Ispahan

Ispahanum, i, n.
Est urbs Iraniae, artis operibus insignis.
Ispahanenses, ium; Ispahanensis, e.

(*)

Issy

Issiăcum, i, n. (cfr. C).
Est oppidum Galliae.
Issiacensis, ium; Issiacensis, e.

Istanbul

v. Costantinopoli.

Istria Istrie Istria Istrien

Istria, ae, f.; scribitur etiam Histria.
Istri, orum (cfr. Iustin. 32, 3 e.a.); Istrĭcus, a, um.

Italia Italie Italia Italy Italien

Italia, ae, f.
Secundum veteres, quos plerique philologi nostrae aetatis sequuntur, Italia, Oscorum sermone Vitel(l)iu dicta, pars infima fuit paeninsulae, qua ad occasum solis spectat. Iam antiquitus nomen a *vitulo* deducebatur; cfr. Fest. 106: «Italia dicta quod magnos italos, hoc est boves habeat; vituli enim ab Italis 'itali' sunt dicti». Secundum alios litteratos recentes nomen ab ipsa gente sic nuncupata (Itali) originem traxit.
Ităli, orum; rarius Italĭci dicuntur; Italĭcus, a, um, vel Itălus, a, um. Seriore aetate occurrunt adiectiva: Italicensis (cfr. C.I.L. 2, 11, 19: «Italicenses coloni») et Italicianus (cfr. *Not. Imp. occ.* 11, 7: «comes largitionum Italicianarum»).

Itri

Itrium, ii, n.
Est oppidum Italiae (cfr. B).
Itrienses, ium; Itriensis, e.

Ivory Coast : v. Costa d'Avorio.

Ivoy-Carignan

Epoissum, i, n.; cfr. Itin. Anton.; *Not. dign. occ.* 42; Greg. Tur. *Franc.* 8, 15 («Epoisium castrum»).
Epoisii, orum; Epoissius, a, um.

Ivrea

Eporedia, ae, f.
Plinius (*H.N.* 3, 17, 21 [123]) hoc nomen Celticum ad eporediis ducit, i.e. bonis equorum domitoribus. De hoc oppido alii veteres commemorant, veluti Cic. *Fam.* 11, 20, 23; Tac. *Hist.* 1, 70.
Eporedienses, ium; Eporediensis, e.

Izabal

Izabala, ae, f.
Est oppidum Guatimaliense.
Izabalenses, ium; Izabalensis, e.

Izmir

v. Smirne.

J

Jaca
Iacca, ae, f.; vel Iaca, ae, f.
De hac urbe Hispaniae a Ptolomaeo commemoratur 2, 6, 67 (Ἰάκκα).
Iacetani, orum (cfr. Caes. *B.C.* 1, 60; C.I.L. 2, p. 403); Iacetanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Iacensis).

Jackson
Iacsonia, ae, f.
Est caput Missisippiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Ad nomen quod attinet, est animadvertendum eo filium *Ioannuli* significari, cum *Jack* vulgo blande pro *John* (Ioanne) dicatur, *son* vero idem valeat ac filius.
Iacsonienses, ium; Iacsoniensis, e.

Jaén
Giennum, i, n.; cfr. B.
Giennenses, ium; Giennensis, e.

Jaffa
v. Giaffa.

Jaipur
Iaipura, ae, f.
Est urbs Indica.
Iaipurani, orum; Iaipuranus, a, um.

Jakobshavn
Portus Iacobi, m.
Est oppidum et portus Groenlandiae seu Terrae Viridis.

Jalapa
Ialapa, ae, f.
Est urbs, episcopi sedes, in Guatimalia.
Ialapenses, ium; Ialapensis, e.

Jamaica Jamaïque
v. Giamaica.

Jamestown
Iacobopŏlis, is, f.
Sic oppidum princeps Insulae S. Helenae vocatur.
Iacobopolitani, orum; Iacobopolitanus, a, um.

Jamshedpur
Iamsedpura, ae, f.
Est urbs Indica.
Iamsedpurani, orum; Iamsedpuranus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Iamshedpurensis).

Japan Japón
v. Giappone.

Japura
Iapura, ae, f.
Hoc flumen, quod in Columbia oritur, in Amazonium effunditur.

Jaro
Iarum, i, n. (cfr. AP).
Est urbs Philippina.
Iarenses, ium; Iarensis, e.

Jaroslaw
Iaroslavia, ae, f.
Est urbs Poloniae.
Iaroslavienses, ium; Iaroslaviensis, e.

Játiva
Saetăbis, is, f.; ab aliis minus recte scribitur Setabis (cfr. Graec. Σαίταβις).
De hoc oppido Hispanico Plin. *H.N.* 19, 1, 2 (9); Sil. It. 3, 374; al. commemorant.
Saetabitani, orum (Plin., op. mem. 3, 3, 4 [25]); Saetabitanus, a, um, vel poetarum more Saetabus, a, um (Catull. 12, 14).

Jaune (Mer)
v. Giallo (Mare).

Jefferson
Ieffersonia, ae, f.
Est urbs caput Missuriae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Ieffersonienses, ium; Ieffersoniensis, e.

Jemen Yemen
Iemen, n. Non inclinatur in casus.
Haec est revera Arabia felix, de qua veteres commemorant. Nomen autem Semiticum *yemen* vel *yamin* dexteram vel meridiem significat (cfr. Matth. 12, 42: «regina Austri»). Haec regio, in extrema parte paeninsulae Arabicae sita, ob assiduas pluvias decidentes ferax (felix) est.
Iemenitae, arum; Iemenitanus, a, um.

Jena
Iena, ae, f. (cfr. FB).
Est urbs Germanica.
Ienenses, ium; Ienensis, e.

Jenisei
Ieniseius, i, m.
Est magnum flumen Sibiriae.

Jerez de la Frontera
Asta, ae, f., vel Hasta, ae, vel plenius Hasta regia. Est urbs Hispanica, de qua Auct. *Bell. Hisp.*, 35; Liv. 39, 21; Plin. *H.N.* 3, 1, 3 (11), commemorant; eius mentio occurrit etiam in C.I.L. 2, p. 175, 698 et 843.
Astenses, ium; Astensis, e; vel Hastenses, ium; Hastensis, e.

Jerusalem Jerusalén
v. Gerusalemme.

Jesi
Aesis, is, m.
Huius oppidi Piceni mentio fit in titulis (C.I.L. 9, 5831, 5832).
Aesini, orum; Aesinus, a, um.

Jewpatoria
Eupatoria, ae, f.
Sic oppidum Chersonesi Tauricae (v. *Crimea*) appellatur, ab Eupatore, rege Ponti, conditum (postmodum eversum) et a Pompeio reaedificatum, Pompeiopolis vel etiam Magnopolis vocatum); cfr. Ammian. 22, 8, 36; Plin. *H.N.* 6, 2, 2 (7); Solin. 44; al.
Eupatoriani, orum; Eupatorianus, a, um.

Jinja
Dzindza, ae, f.
Est oppidum Ugandae.
Dzindzani, orum; Dzindzanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Gingianus; est tamen animadvertendum hunc scribendi modum ab Italorum pronuntiandi modo manasse, cum alii id nomen Latine

enuntient: Ghinghianus, quod a rei veritate abhorret).

João Belo (in Brasilia)
Belopŏlis, is, f.
Est urbs Brasiliensis.
Belopolitani, orum; Belopolitanus, a, um (cfr. AP).

João Belo (in Mozambico)
Belopŏlis, is, f.
Est oppidum Mozambicanum (cfr. AP).
Belopolitani, orum; Belopolitanus, a, um.

Johannesburg
Ioannisburgum, i, n.
Est urbs Africae Australis.
Ioannisburgenses; Ionnisburgensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ioannesburgensis).

Joliet
Venustopŏlis, is, f.
Sic urbs Canadensis vocatur. *Joliet* blande dicitur pro *joli* (= venustus, bellus, lepidus; cfr. A. Dauzat, *Dictionn. étym. des noms de famille et prénoms de France*, p. 345).
Apte vero adiectivum cum verbo *polis* hoc modo coniungitur; cfr. Caenopolis, i.e. urbs nova, quo nomine appellabatur oppidum Aegypti, Rav. p. 127, et Cyrenaicae, id., p. 137.
Venustopolitani, orum; Venustopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Iolietensis).

Jonio (Mare) **Mer Jonienne Mar Ionio Ionian Sea Jonisches Meer**
Mare Ionium, n.

Jordanie Jordania Jordan Jordanien
v. Giordania.

Jucar
v. Xucar.

Jucatán
Iucatania, ae, f.
Est provincia Mexicana.
Iucatanienses, ium; Iucataniensis, e.

Judenburg
Iudaeopŏlis, is, f.
Est oppidum Stiriae.
Iudaeopolitani, orum; Iudaeopolitanus, a, um.

Jugoslavia Yougoslavie Jugoslavia Jugoslawien
Iugoslavia, ae, f.
Hoc nomine, ut liquet, «dicio Slavica meridiana» significatur. Plenius autem haec Civitas dicitur *Socijalisticka Federativna Republika Jugoslavija*, id est Res publica Socialistica Foederata Iugoslaviae.
Iugoslavi, orum; Iugoslavĭcus, a, um.

Jujuy
Iuiuya, ae, f.
Est urbs Argentina.
Iuiuyenses, ium; Iuiuyensis, e.

Jülich
Iuliăcum, i, n.
Est urbs Germaniae; cfr. Itin. Ant.; Ammian. 17, 2, 1; C.I.L. 13, 2, p. 521.
Iuliacenses, ium; Iuliacensis, e.

Jullundur
Iullundura, ae, f.
Est urbs Indica.
Iullundurenses, ium; Iullundurensis, e.

Jully
Iulliăcum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Galliae.
Iulliacenses, ium; Iulliacensis, e.

Jumièges
Gemetĭcum, i, n.
Est oppidum Gallicum (cfr. FB).
Gemeticenses, ium; Gemeticensis, e.

Jumilla
Gemellae, arum, f. (cfr. B).
Est oppidum Hispaniae.
Gemellenses, ium; Gemellensis, e.

Juneau
Iunellum, i, n. (cfr. AP).
Haec est urbs princeps Alascae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Iunellenses, ium; Iunellensis, e.

Jungferninseln
v. Vergini (Isole).

Jura
v. Giura.

Jutland
Chersonesus Cimbrica, f.; ab aliis ponitur Jutia, f. sed praeoptatur prior nominis ratio, quae memoratur a Mel. 3, 32; Flor. 3, 3, in *Mon. Ancyrano* 26 (cfr. Tac. *Germ.* 37); apud Ptol. 2, 11, 2 est: ἡ Κιμβρικὴ Χερσόνησος.

K

Kabinda
Cabinda, ae, f.
Est oppidum Zairitanum.
Cabindenses, ium; Cabindensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kabindënsis).

Kabul
Cabura, ae, f.
Hoc nomen, quo urbs caput Afganistaniae appellatur, apud Ptol. 6, 8 (Κάβουρα) et apud Ammian. 23, 6, scriptum invenimus.
Caburenses, ium; Caburensis, e.

Kaduna
Caduna, ae, f.
Est urbs Nigeriae.
Cadunenses, ium; Cadunensis, e.

Kagoshima
Cagosima, ae, f.
Est urbs Iaponica.
Cagosimenses, ium; Cagosimensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kagoshimaënsis).

Kahlenberg
Calenberga, ae, f.
Hoc nomine mons prope Vindobonam et pagus Germanicus appellantur.
Calenbergenses, ium; Calenbergensis, e.

Kaisarieh
Mazăca, ae, f. vel Mazăcum, i, n.
Est urbs, in Turcarum Re publica sita, de qua veteres (cfr. Plin. *H.N.* 6, 3, 3 [8]; Cassiod. *Hist. trip.* 6, 4; Eutrop. 7, 11; al.) commemorant.

Kaiserslautern
Caesarēa ad Lutram, f.
Ita secundum plures lexicorum scriptores haec urbs Germanica Latine appellatur.
Caesarienses, ium, ad Lutram; Caesariensis, e, ad Lutram.

Kaiserstuhl
Caesăris Praetorium, n. (cfr. OL).
Est oppidum in Helvetia situm. Eodem autem nomine montes in Badenia siti nuncupantur.

Kaiserswerth
Caesăris Insula vel Caesăris Verda, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germanicum.

Kalabrien
v. Calabria.

Kalahari Kalihari
Calaharia, ae, f., vel Desertum Calaharianum, n.
Hoc nomine desertum Africae Australis appellatur.
Calahariensis, e.

Kalamazoo
Calamazum, i, n.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. finibus continetur.
Calamazuenses, ium; Calamazuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kalamazuensis).

Kalifornien
v. California.

Kalocsa Colocza
Colocia, ae, f.
Est urbs Hungarica.
Colocienses, ium; Colociensis, e (ex usu Curiae Romanae: Colocensis).

Kaltern
v. Caldaro.

Kama
Cama, ae, f.
Sic fluvius Russiae Europaeae vocitatur, in Rha flumen se effundens.

Kamloops
Camlupsa, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Camlupsani, orum; Camlupsanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kamloopsensis).

Kampala
Campala, ae, f.
Est urbs caput Ugandae.
Campalenses, ium; Campalensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kampalaënsis).

Kampanien
v. Campania.

Kampill
v. Campill.

Kanada
v. Canadà.

Kananga
Cananga, ae, f.
Haec urbs Zairitana olim Luluabourg vulgo appellabatur.
Canangani, orum; Cananganus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kananganus).

Kanarische Inseln
v. Canarie (Isole).

Kandahar
Alexandropŏlis, is, f.; ab aliis vocatur Alexandria Arachosiae; cfr. Ammian. 23, 6, 72.
Est oppidum Afganistaniae.
Alexandropolitani, orum; Alexandropolitanus, a, um.

Kandalaksa
Candalacsa, ae, f.
Hoc nomine et oppidum Russicum et sinus Maris Albi nuncupantur.

Kano
Canum, i, n.
Est urbs Nigeriana.
Canenses, ium; Canensis, e.

Kandy
v. Candy.

Kansas
Cansia, ae, f.

Ita nuncupatur una e Civitatibus Foederatis Americae Sept. Nomen *Kansas*, quo flumen quoque vocitatur in Missisipium influens, deductum est ab autochthonum tribu *Kansas* vel *Konzas* appellata et ad Dacotas pertinente (Egli, 472).
Cansiani, orum; Cansianus, a, um.

Kansas City
Cansiopŏlis, is, f.
Sic urbs e prioribus appellatur, quae finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur (ac quidem in Cansia, vulgo *Kansas* appellata, est posita).
Cansiopolitani, orum; Cansiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kansanopolitanus).

Kaolack
Caolacum, i, n.
Est oppidum Senegaliae.
Caolacenses, ium; Caolacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kaolackensis).

Kap der Guten Hoffnung
v. Capo di Buona Speranza.

Kaprun
Capruna. ae, f.
Nomen huius oppidi Austriaci, quod praealtis montibus continetur, anno 931 occurrit: *Chataprunin*, deinde scriptum invenimus: *Chatprunen*, ac serius ita: *Kaprun*; cfr. J. Lahnsteiner, *Oberpinzgau von Krimml bis Kaprum*, Hollersbach, 2 ed., 1965, p. 671. Nomen ipsum significat aquam turbidam (secundum recentis linguae Germanicae rationem dicatur: *Kotbrunnen*); siquidem ibi sunt palustria.
Caprunenses, ium; Caprunensis, e.

Kapstadt
v. Città del Capo.

Karachi
Caratzium, ii, n.
Est urbs Pakistaniae.
Caratzienses, ium; Caratziensis, e (ex usu Curiae Romanae: Karachiensis).

Karaganda
Caraganda, ae, f.
Est urbs Russica, in Re publica foederata sita, quae Cazastania (*Kazahstan*) appellatur.
Caragandenses, ium; Caragandensis, e.

Karawanka Karawanken
v. Caravanca.

Karl-Marx-Stadt
Marxopŏlis, is, f.
Haec urbs Germaniae (R.D.G.) olim *Chemnitz* vulgo dicebatur.
Marxopolitani, orum; Marxopolitanus, a, um.

Karlovy Vary Karlsbad
Aquae Carolinae, f. (cfr. MG).
Urbs, hoc nomine appellata et salutaribus aquis illustris, Bohemiae finibus continetur.

Karlsbad
v. Karlovy Vary.

Karlsborg
Caroloburgum, i, n.
Est urbs Suetiae.
Caroloburgenses, ium; Caroloburgensis, e.

Karlsruhe
Caroloruha, ae, f.
Ita a MG nomen Germanicum, quo *Caroli quies* significatur, ad linguae Latinae rationem aliquo modo est conformatum.
Caroloruhenses, ium; Caroloruhensis, e.

Karlstad
Carolostadium, ii, n. (cfr. FB).
Est urbs Suetiae.
Carolostadienses, ium; Carolostadiensis, e.

Karmel
v. Carmelo.

Karpaten
v. Carpazi.

Karpathos
v. Scarpanto.

Kasama
Casama, ae, f.
Est urbs Zambiae.
Casamenses, ium; Casamensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kasamaënsis).

Kaschmir
v. Cascemir.

Kashmir Kaschmir
v. Cascemir.

Kaspisches Meer
v. Caspio (Mare).

Kassel
Castella, orum, n.
Vulgare nomen huius urbis Germanicae docti plerumque a verbo Latino (seu a sermone Latino, quo Franci utebantur) deducere solent (cfr. Dr. G. W. Santer, *Handbuch der hist. Stätten Deutschlands*, IV, Hessen, ed. Stuttgart, s.v.).
Castellenses, ium; Castellensis, e.

Kastav Köstau
Castŭa, ae, f.
Est oppidum Iugoslaviae.
Castuani, orum; Castuanus, a, um.

Kastilien
v. Castiglia.

Kastri
Pandosia, ae, f. (cfr. Iustin. 12, 2, 14).
Est vicus Graeciae.
Pandosiani, orum; Pandosianus, a, um.

Katalonien
v. Catalogna.

Katanga
Catanga, ae, f. Nunc audit et Saba (vulgo *Shaba*).
Est regio Rei publicae Zairitanae.
Catangani, orum; Catanganus, a, um.

Katmandu
Catmandum, i, n. (*Latinitas*, 1967, p. 267).
Est caput Nepaliae.
Catmandenses, ium; Catmandensis, e.

Katovice Kattowitz
Catovicia, ae, f. (cfr. OL: Katovicia).
Est urbs Polonica.
Catovicienses, ium; Catoviciensis, e.

Kattegat
Sinus Codanus, m.
De hoc sinu commemoratur a Mela 3, 31, 54; Plin. *H.N.* 4, 13, 27 (96); Iorn. *Get.* 17.

Kattowitz
v. Katovice.

Kaufbeuren
Caufbura, ae, f. (cfr. FB; DGAM).
Est urbs Germanica.
Caufburani, orum; Caufburanus, a, um.

Kaukasus
v. Caucaso.

Kaunas
Caunae, arum, f. (cfr. L).
Caunenses, ium; Caunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kaunensis).

Kavieng
Cavienga, ae, f.
Est oppidum Oceaniae.
Caviengenses, ium; Caviengensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kaviengensis).

Kazahstan
Cazastania, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis.
Cazastaniani, orum; Cazastanianus, a, um.

Kazimierz Dolny
Casimiria ad Vistulam, f.
Est oppidum Polonicum.
Casimirienses, ium; Casimiriensis, e.

Keetmanshoop
Ketmanshopium, ii, n.
Est oppidum Namibiae.
Ketmanshopienses, ium; Ketmanshopiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Keetmanshoopensis).

Kelton
Keltonia, ae, f.
Est oppidum Scotiae.
Keltonienses, ium; Keltoniensis, e.

Kematen
Caminata, ae, f.
Sic plures vici Tirolenses appellantur.
Caminatenses, ium; Caminatensis, e.

Kempen
Kempi, orum, m.
Est urbs Germaniae, in regione, quae Rhenania Inferior appellatur, patria Thomae a Kempis, auctoris spiritualis uberrimi ex Ordine Canonicorum Regularium S. Augustini (ac quidem e Congregatione Vindesemensi).
Kempenses, ium; Kempensis, e.

Kempten
Cambodunum, i, n.
De hac Bavariae urbe, olim Vindelicum oppido, saepius apud veteres commemoratur; cfr. Itin. Ant.; Tab. Peut.; *Not. dign. occ.* 35; C.I.L. 3, 15162; Strab. 4, 206.
Cambodunenses, ium; Cambodunensis, e.

Kendal
Kendalia, ae, f.
Est oppidum Britannicum.
Kendalienses, ium; Kendaliensis, e.

Kenema
Kenema, ae, f.
Est oppidum Montis Leonis.
Kenemani, orum; Kenemanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kenemaënsis).

Kennedy (Capo Cap Cabo Cape Kap)
Promunturium Kennedianum, n.
Hoc promunturium, unde naves siderales in inane infinitum solent emitti, est in paeninsula Floridiana (intra fines Foederatarum Americae Sept. Civitatum).

Kenosha
Kenosa, ae, f.
Sic urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita appellatur.
Kenosani, orum; Kenosanus, a, um.

Kensworth
Kenesvurda, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Britannicum.
Kenesvurdenses, ium; Kenesvurdensis; e.

Kent
Cantium, ii, n.
Re quidem vera promunturium Britanniae olim sic appellabatur (cfr. Caes. *B.G.* 5, 13 et alibi), sed nomen ad regionem, quae inter Tamesim et Oceanum patet, significandam apte transfertur.

Kentucky
Kentukia, ae, f.
Hoc nomine appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quae quidem Civitas a locutione autochthonum *kan-tuck-hee,* quae idem valere videtur ac terra obscura et sanguinea, nomen accepisse perhibetur (Egli, 486).
Kentukiani, orum; Kentukianus, a, um.

Kenya
Kenia, ae, f.
Nomine *Kenya* vel *Kignea* ab autochthonibus Africanis appellatus est mons, qui ea in regione exsurgit (Egli, 486). Qua postquam Britanni sunt potiti, id ad totam regionem coepit pertinere.
Keniani, orum; Kenianus, a, um.

Kerry
Kerria, ae, f.
Est urbs Hiberniae.
Kerrienses, ium; Kerriensis, e.

Keta
Keta, ae, f.
Est oppidum Ganense.
Ketenses, ium; Ketensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ketaënsis).

Ketapang
Ketapanga, ae, f.
Est oppidum Indonesianum.
Ketapangenses, ium; Ketapangensis, e.

Kevelaer
Kevelaria, ae, f.
Est oppidum Germaniae, Mariali sacrario insigne.
Kevelarienses, ium; Kevelariensis, e.

Khmer Khmère
v. Cambogia.

Khrishnagar
Crisnagaria, ae, f.
Est urbs Indica.
Crisnagarienses, ium; Crisnagariensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Krishnagarensis).

Khulna
Culna, ae, f.
Est oppidum Bangladesanum.
Culnenses, ium; Culnensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kulnensis).

Kibungo
Kibungum, i, n.
Hoc oppidum Ruandae finibus continetur.
Kibungenses, ium; Kibungensis, e.

Kiel
Kilonia, ae, f.; ab aliis ponitur Kilonium, ii, n.
Est urbs Germanica.
Kilonienses, ium; Kiloniensis, e.

Kielce
Kielcium, ii, n.
Est urbs Polonica.
Kielcienses, ium; Kielciensis, e.

Kiev
Kiovia, ae, f.
Est caput Ucrainae.
Kiovienses, ium; Kioviensis, e.

Kigali
Kigalia, ae; f.
Est urbs caput Ruandae.
Kigalienses, ium; Kigaliensis, e.

Kigoma
Kigoma, ae, f.
Hoc oppidum in Tanzania est situm.
Kigomenses, ium; Kigomensis, e.

Kildare
Kildaria, ae, f.
Est urbs Hibernia, quae, ratione habita originationis, interdum etiam Cellaquercus Latine appellatur. Malumus tamen servare nomen ad aures Latinas accommodatum Kildaria, ae (cfr. *Hibernia Sacra*, p. 419).
Kildarienses, ium; Kildariensis, e.

Kilimandscharo
v. Kilimangiaro.

Kilimangiaro (Kilima Ngiaro) **Kilima Ndjaro Kilimanjaro Kilimandscharo**
Kilimandzarius Mons, m.

Hic praealtus mons Africae, ad altitudinem 6010 metr. supra maris libram pertingens, ex autochthonum sermone «Montem Album» significat (cfr. B).

Kilimanjaro
v. Kilimangiaro.

Kilkenny
Kilkenia, ae, f. (cfr. DGAM).
Est urbs Hiberniae.
Kilkenienses, ium; Kilkeniensis, e.

Killala
Allala, ae, f.
Est oppidum Hibernium.
Allalenses, ium; Allalensis, e (ex usu Curiae Romanae: Alladensis).

Killaloe
Killalŏa, ae, f.; ab aliis ponitur Laonia, ae (AP). Est urbs Hiberniae.
Killaloenses, ium, vel Laonienses, ium; Killaloensis, e, vel Laoniensis, e.

Killarney
Killarnēa, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Hibernium.
Killarneani, orum; Killarneanus, a, um.

Kilmore
Kilmora, ae; f. (cfr. AP).
Est urbs Hibernia.
Kilmorenses, ium; Kilmorensis, e.

Kilvington
Kilvintonia, ae, f. (OL: Kilvingtona).
Kilvintonienses, ium; Kilvintoniensis, e.

Kimberley
Kimberleium, i, n.
Nomen huius urbis, in Africa Australi positae, eodem fere modo confictum est, quo Sydneium (*Sydney*).
Kimberleienses, ium; Kimberleiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kimberleyensis).

Kinara
Cinara, ae, f.
Est insula Maris Aegaei; cfr. Sueton. *Tib.* 56; Mel. 2, 11.

Kingsale
Kingsalia, ae, f. (cfr. DGMA).
Est oppidum Hiberniae.
Kingsalienses, ium; Kingsaliensis, e.

Kingston
Regiopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Est urbs caput Iamaicae.
Regiopolitani, orum; Regiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kingstoniensis).

Kingstown
Regipŏlis, is, f.
Est urbs caput Insulae Vincentianae (*Saint Vincent*), quae est una ex Antillis. Nomen confictum est veterum exemplis, cfr. regifugium, i. e. regum fuga; regificus, a, um.
Regipolitani, orum; Regipolitanus, a, um.

Kington
Kintonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Kintonienses, ium; Kintoniensis, e.

Kinshasa
Kinsasa, ae, f.
Haec urbs princeps Rei publicae Zairitanae olim Leopoldopolis (*Léopoldville*) appellabatur.
Kinsasani, orum; Kinsasànus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kinshasanus).

Kiöping
Copinga, ae, f.
Est urbs Suetiae.
Copingani, orum; Copinganus, a, um.

Kirgizistan
Kirgisistania, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis.

Kirgisistaniani, orum; Kirgisistanianus, a, um.

Kirkenes
Kirkenesum, i, n.
Est oppidulum Norvegicum, in regione septentrionali situm.
Kirkenesenses, ium; Kirkenesensis, e.

Kirnach
Kirnacum, i, n.
Est pagus Germaniae.
Kirnacenses, ium; Kirnacensis, e.

Kiruna
Kiruna, ae, f.
Est urbs Suetica, quaestuosa industria insignis. Kirunenses, ium; Kirunensis, e.

Kisangani
Kisangania, ae, f.
Haec urbs, cui antea nomen vulgare *Stanleyville,* finibus Civitatis Zairitanae continetur.
Kisanganienses, ium; Kisanganiensis, e.

Kissidougou
Kissidugum, i, n.
Est oppidum Guineanum.
Kissidugenses, ium; Kissidugensis, e.

Kissingen
Kissinga, ae, f., vel Cussingum, i, n. (OL; DGAM).
Est urbs Bavarica, cuius incolae vulgo *Kissinger* appellantur.
Kissingenses, ium; Kissingensis, e (vel Cussingenses, ium; Cussingensis, e.).

Kitzbühel
Haedicollis, is, m.
E vetere usu Curiae Salisburgensis fere sic nomen huius oppidi Tirolensis Latine redditur («communitas parochialis Haedicollensis»).
Haedicollini, orum; Haedicollinus, a, um (adiectivum ad collem pertinens more Latino exit in -inus).

Kitzingen
Kitzinga, ae, f.
Est oppidum Bavaricum.
Kitzingenses, ium; Kitzingensis, e.

Klagenfurt
Clagenfurtum, i, n. (cfr. BM).
Nomen huius urbis Austriacae deductum est ex *Glanfurt,* quae verba idem valent ac fluvii *Glan traiectus* (cfr. Förstemann, 314).
Clagenfurtenses, ium; Clagenfurtensis, e.

Klaipeda Memel
Claipeda, ae; f.
Est urbs Lituaniae.
Claipendenses, ium; Claipedensis, e.

Klausen (in Germania) vel **Eberhardsklausen**
Clusa, ae, f. vel Eberardi Clusa, f.
Hic pagus, prope Treviros situs, sacrario mariali est insignis; additur «Eberardi», quod olim cella ibi fuit anachoretae, eo nomine appellati.
Clusani, orum; Clusanus, a, um.

Klausen (in Athesia Superiore seu Tiroli Meridiana)
v. Chiusa.

Klausenburg
v. Cluj.

Kleinasien
v. Asia Minore.

Kleiner St. Bernhard
v. Piccolo San Bernardo.

Kleve
Clivia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Clivienses, ium; Cliviensis, e.

Klosterneuburg
Claustroneoburgum, i, n.
Est urbs Austriaca, amplo coenobio Canonicorum Regularium insignis.
Claustroneoburgenses, ium; Claustroneoburgensis, e.

Koblenz
v. Coblenza.

Kochelsee
Cochălus lacus, m.

Kokstad
Cocostadium, ii, n.
Est oppidum Africae Australis.
Cocostadienses, ium; Cocostadiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kokstadensis).

Köln
v. Colonia.

Kolwezi
Colvezium, ii, n.
Est oppidum Zairitanum.
Colvezienses, ium; Colveziensis, e (ex usu Curiae Romanae: Koluezensis).

Kolyma
Colyma, ae, f.
Est flumen Sibiriae orientalis, in Mare Glaciale Articum se effundens.

Komárom Komorn
Comorra, ae, f. (cfr. B).
Est urbs Hungarica.
Comorrenses, ium; Comorrensis, e.

Königshofen
Curia Regia (in arvis); cfr. OL.
Est oppidum Bavaricum.

Königgrätz
v. Hradec Kralove.

Königswinter
Hiberna Regia, n. plur. (cfr. DGAM).
Est oppidum Germaniae.

Konstantinopel
v. Costantinopoli.

Kopenaghen
v. Copenaghen.

Köpenick
Copenĭcum, i, n.
Est urbs Germanica.
Copenicenses, ium; Copenicensis, e.

Korallen-Meer
v. Mar dei Coralli.

Korea
v. Corea.

Korhogo
Corhogum, i, n.
Est oppidum Littoris Eburnei.
Corhogani, orum; Corhoganus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Korhogoënsis).

Korsika
v. Corsica.

Kosice
Cassovia, ae, f.
Est urbs in Tzechoslovakia posita (cfr. AP).
Cassovienses, ium; Cassoviensis, e.

Köstau
v. Kastav.

Köthen
Cotha, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Cothani, orum; Cothanus, a, um.

Kotor
v. Cattaro.

Kottar
Cotavia, ae, f.
Est urbs Indica.
Cotarienses, ium; Cotariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kottarensis).

Kottayam
Cottaiamum, i, n.
Haec urbs Indiae finibus continetur.
Cottaiamenses, ium; Cottaiamensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kottayamensis).

Koudougou
Cudugum, i, n.
Est oppidum Voltae Superioris.
Cudugenses, ium; Cudugensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kuduguensis).

Kövar
Covariensis pagus, m.
Hic finibus Dacoromaniae continetur.

Krakau
v. Cracovia.

Krasnodar
Crasnodaria, ae, f.
Est urbs Russica.
Crasnodariani, orum; Crasnodarianus, a, um.

Krefeld
Crefeldia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Germaniae.
Crefeldienses, ium; Crefeldiensis, e.

Kremlino Kremlin Kremlín Kremlin
Cremlinum, i, n.
Hoc nomine vetus palatium imperatorum Russiae, Moscuae exstans, appellatur, ubi nunc moderatores Foederatarum Rerum publicarum Socialisticarum Sovieticarum (*S.S.S.R.*) sedem habent constitutam.

Krems
Cremĭsa, ae, f. (cfr. OL).
Est fluvius Austriae.

Kremsmünster
Cremifanum, i, n. (OL e.a.)
Hoc nomine monasterium oppidumque Austriae significantur.
Cremifanenses, ium; Cremifanensis,e.

Kreta
v. Creta.

Kreuzlingen
Crucilinga, ae, f. (cfr. OL: Creuzlinga).
Est oppidum Helvetiae.
Crucilingenses, ium; Crucilingensis, e.

Kreuznach
Cruciniăcum, i, n. (cfr. FB; al.).
Est oppidum Germaniae.
Cruciniacenses, ium; Cruciniacensis, e.

Krim
v. Crimea.

Krk
v. Veglia.

Kroatien
v. Croazia.

Kronstadt
Stephanopŏlis,i s, f.
Sic a Germanis praesertim, qui lexica condiderunt (veluti MG), haec urbs Russica, nomine Germanico Graece reddito, appellatur.
Stephanopolitani, orum; Stephanopolitaus, a, um.

Kroonstad
Coronopŏlis, is,f.
Haec urbs finibus Africae Australis continetur.
Coronopolitani, orum; Coronopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Kroonstadensis).

Krugersdorp
Krugersdorpium, ii, n.
Hoc nomen, si originationem attendas, significat *pagum Kruger*, qui vir libertati civium vindicandae magnopere studuit. Nunc est urbs satis frequens in Africa Australi sita.
Krugersdorpienses, ium; Krugersdorpiensis, e.

Krupa
Colăpis, is, m.
Hic fluvius in Savum influit; cfr. Plin. *H.N.* 3, 25, 28 (148).

Krylow
Kirlovium, ii, n. (cfr. OL.).
Est oppidum Polonicum.
Kirlovienses, ium; Kirloviensis, e.

Kuala Belait
Cualabelait, n. Non inclinatur in casus; est urbs caput Bruneii (*Brunei*).
Cualabelaitenses, ium; Cualabelaitensis, e.

Kuala Lumpur
Cuala Lumpuria, f.
Est caput Foederationis Malaesianae.
Cualalumpurienses, ium; Cualalumpuriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kuala Lumpurensis).

Kuba
v. Cuba.

Kuching
Cutzinga, ae, f.
Est urbs in septentrionali parte Bornei insulae sita.
Cutzingenses, ium; Cutzingensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kuchingensis, e.).

Kudat
Cudatum, i, n.
Est oppidum Malaesiae.
Cudatenses, ium; Cudatensis, e.

Kuens
v. Caines.

Kues
Cusa, ae, f.
Est oppidum Germaniae, seu potius pars Tabernarum Mosellanicarum (*Bernkastel*).
Cusani, orum; Cusanus, a, um. Ita agnominatus est Nicolaus cardinalis, vir doctrina et religionis studio illustris.

Kufstein
Cufstenum, i, n. (cfr. FB: Cufsteinum).
Est oppidum in confinio Tirolis positum.
Cufstenenses, ium; Cufstenensis, e.

Kuilenburg Culemborg
Culemburgum, i, n.
Est oppidum Nederlandiae.
Culemburgenses, ium; Culemburgensis, e.

Kulm
v. Culma.

Kuluri
Salămis vel Salămin, inis, vel Salamina, ae, f.
Est insula in sinu Saronico inter oram Atticae et Megaridis sita.

Kumasi
Cumasia, ae, f.
Est oppidum Ganense.
Cumasienses, ium; Cumasiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kumasiensis).

Kumbakonam
Cumbaconamum, i, n.
Est urbs Indica.
Cumbaconamensis, e; Cumbaconamenses, ium (ex usu Curiae Romanae: Kumbakonamensis).

Kupang
Cupanga, ae, f.
Est oppidum Indonesianum.
Cupangenses, ium; Cupangensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kumpangensis).

Kurdistan
v. Curdistan.

Kurnool
Curnula, ae, f.
Est oppidum Indiae.
Curnulenses, ium; Curnulensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kurnoolensis).

Kushiro
Cusirum, i, n.
Haec urbs in insula Hokaido (Iaponia) est sita.
Cusirenses, ium; Cusirensis, e.

Küssnacht
Cussenacum, i, n. (cfr. OL).
Est pagus Helvetius.
Cussenacenses, ium; Cussenacensis, e.

Kuwait
Cuvaitum, i, n.
Haec dicio phylarchi seu, ut Angli appellant, *Sheik*, anno 1961 sui iuris facta est. Apud Rav. p. 57 (Ptol. 6, 7, 19: Κορομανὶς πόλις) est quidem Coromanis, oppidum Arabiae Felicis, quod idem esse ac *Kuwait* quidam arbitrantur; sed certo non constat.
Cuvaitenses, ium; Cuvaitensis, e (Phylarchia Cuvaitensis).

Kwang Ju
Cuangiua, ae, f.
Ita ad aures Latinas nomen oppidi Coreani accommodatum est.
Cuangiuenses, ium; Cuangiuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Kwangiuensis).

Kyburg
Kyburgum, i, n.
Est oppidum Helvetiae.
Kyburgenses, ium; Kyburgensis, e.

Kyoto
Kyotum, i, n.
Est urbs Iaponica.
Kyotenses, ium; Kyotensis, e.

Kyushu
Kiusu, i, n.; non inclinatur in casus.
Est insula meridiana Iaponiae.

L

Laaland

Lalandia, ae, f.
Est una ex insulis Daniae.
Lalandienses, ium; Lalandĭcus, a, um, vel Lalandiensis, e.

Labrador

Terra Laboratoria, f.
Haec ample patens regio Americae Septentrionalis a G.de Corte Real, viro Lusitano, anno 1561 reperta est et appellata *Terra de Lavradores* (= est terra servorum, opificum); etenim autochthones, cum viribus valerent, optimi esse videbantur servi seu opifices. Est in lingua Latina nomen laboratoris, non vero adi. laboratorius, a, um; quod novatum est exemplo ducto a similibus: cfr. consolatorius, gratulatorius, salutatorius. In lingua Latina mediae aetatis est quidem vocabulum: laboratorium, cuius vis est opus quodvis (cfr. Du Cange). In vetere vero descriptione Orbis Novi (a. 1608) haec regio *Terra Cortereal is* vocatur, nomine ab inventore deducto. Ab H. Hudson dicta est *Magna Britannia* (cfr. Egli, 519).

Laccadive Laquedives Laquedivas Laccadive (Islands) **Lakkadiven** (Lakkediven)

Insulae Laccadivianae, f.
Hae insulae, in Oceano Indico positae, re vera autochthonum sermone *lakke — diwe* vel *dwipa* (sanscr. *Laksha — dwipa* = centum milia insularum) appellantur.

Lackford

Lacfordia, ae, f. (cfr. OL).
Lacfordienses, ium; Lacfordiensis, e.

Ladenburg

Lupodunum, i, n.
cfr. Auson. *Mosell.* 423.
Lupodunenses, ium; Lupodunensis, e.

Ladispoli

Ladislaopŏlis, is, f.
Hoc oppidum, ad Mare Tyrrhenum situm, conditum est circiter annum 1890 a Ladislao Odescalchi, viro principe Romano, ex eiusque nomine *Ladis-poli* (priore parte nominis mutila) vulgo nuncupatum.
Ladislaopolitani, orum; Ladislaopolitanus, a, um.

Ladoga

Lacus Ladoganus, m.
Hic maximus Europae lacus finibus Finniae continetur.

Lafayette

Lafaiettum, i, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Re quidem vera «Lafayette» (cfr. Gall. *fay, fayard*) parvum nemus fageum significat.
Lafaiettenses, ium; Lafaiettensis, e.

Lagnasco

Laniascum, i, n. (OL); est oppidum Pedemontanum in Italia.
Laniascani, orum; Laniascanus, a, um.

Lago Maggiore

Verbanus Lacus, m.

Lagos

Lacupŏlis, is, f.
Est caput Nigeriae, sic appellatum (*Lagos*) ob lacuum seu potius lacunarum abundantiam; cfr. et C. Eichenseer, *Palaestra Latina,* 1967, p. 76.
Lacupolitani, orum; Lacupolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Lagosensis).

Laguna (La)

Lacuna Nivariensis, f.

Lahn

Logăna, ae, f.
Hic fluvius Germaniae memoratur a Tac. *Ann.* 1, 56.

Lahore

Lahorium, ii, n.; cfr. DG.
Est urbs satis spectabilis Civitatis Pakistanianae.
Lahorienses, ium; Lahoriensis, e.

Laibach

v. Lubiana.

Lakkadiven (Lakkediven)

v. Laccadive.

La Maddalena

v. Maddalena.

Lambach

Lambacum, i, n.
Est oppidum Austriae.
Lambacenses, ium; Lambacensis, e.

Lambro

Lambrus, i, m.
Est fluvius, oriens ex Lario lacu et in Padum se effundens; cfr. Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (118); Sidon, *Ep.* 1, 5; Tab. Peut.

Lampedusa

Lopadusa, ae, f.
Est insula inter Siciliam et Africam sita; cfr. Plin. *H.N.* 3, 8, 14 (92), al.

Lancaster

Lancastria, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Lancastrienses, ium; Lancastriensis, e.

Lancenigo

Lanzanĭcum, i, n.
Est oppidum Venetum.
Lanzanicenses, ium; Lanzanicensis, e.

Lanciano

Anxanum, i, n.
De hoc oppido Italiae apud Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (106), et in C.I.L. 9, 278, commemoratur.
Anxatini, orum (Axantini); cfr. Plin. loc. mem.; Anxatinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Lancianensis).

Landau

Landavia, ae, f.; cfr. B.
Est oppidum Germaniae.
Landavienses, ium; Landaviensis, e.

Landshut
Landeshutum, i, n.; cfr. G.
Haec est urbs princeps Bavariae Inferioris.
Landeshutenses, ium; Landeshutensis, e.

Langeac
Langiăcum, i, n. (cfr. OL).
Langiacenses, ium; Langiacensis, e.

Langenburg
Langenburgum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Langenburgenses, ium; Langenburgensis, e.

Langeron
Langeronum, i, n. (cfr. OL).
Langeronenses, ium; Langeronensis, e.

Langford
Lanfordia, ae, f. (cfr. OL)
Est oppidum Britanniae.
Lanfordienses, ium; Lanfordiensis, e.

Langres
Andemattunnum, i, n.
Hoc est nomen vetus huius urbis Gallicae (cfr. Itin, Anton.; Tab. Peut.); quae fuit caput Lingonum, e quorum nomine etiam ipsa urbs deinde est appellata: Lingŏnes, um.
Lingonenses, ium (cfr. *Not. dign. imp. occ.*, 42, 37); Lingonĭcus, a, um (Claudian. *Carm.* 24, 94; Venant. *Carm.* 4, 2 et 2; Martial. 1, 54, apud quem est etiam Lingŏnus, a, um, 8, 75; ex usu Curiae Romanae: Lingonensis.

Langson
Lansonia, ae, f.
Est oppidum Vietnamiense.
Lansonienses, ium; Lansoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Langsonensis).

Lansing
Lansinga, ae, f.
Est caput Michiganiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Lansingenses, ium; Lansingensis, e.

Laon
Laudunum, i, n.
Nomen Latinum huius urbis Gallicae, quod in priscis nummis occurrit, media aetate invaluit.
Laudunenses, ium; Laudunensis, e.

Laos
Laosium, ii, n.
Haec parva regio e nomine, quo gens autochthonum comprehendebatur, id est *Lao, Lowa, Lawa,* fuit appellata, adiuncta a Lusitanis littera s, numeri pluralis indice (Egli, 525).
Laosiani, orum; Laosianus, a, um.
In lingua Italica audit *laotiano*, in Gallica *laotien*, in Anglica *laotian*, sed ad etymologiae rationem non est, cur littera t ponatur; malui sequi quodam modo Hispanos, qui dicunt *laosiano*.

La Paz
Pacipŏlis, is, f.
Apud A. Bacci est Pacispolis; est tamen animadvertendum e philologa disciplina rectius dici Pacipolin (cfr. *paci-fer*).
Pacipolitani, orum; Pacipolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Pacensis in Bolivia).

La Plata
Argentopŏlis, is, f.
Haec urbs Argentinae populo perfrequens a nomine fluvii Argentei, vulgo *La Plata* appellati, nomen duxit. Re quidem vera *la plata* Hispanorum sermone argentum significat.
Argentopolitani, orum; Argentopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Platensis).

La Plata (flumen)
Argentĕus, i, m.; cfr. FB.
Est permagnum flumen Argentinae.

Laponie Laponia Lapland
v. Lapponia.

Lapponia Laponie Laponia Lapland Lappland
Lapponia, ae, f.; cfr. FB.
Est regio septentrionalis Europae.
Lappŏnes, um; Lapponĭcus, a, um.

Laquedives Laquedivas
v. Laccadive.

Larissa
Larisa, ae, f.; scribitur etiam Larissa, sed, ut Iosephus Perin (s.v.) monet, rectius una *s* littera. Est urbs Thessaliae, de qua plures veteres commemorant. Larisaei, orum (cfr. Caes. *B.C.* 3, 81) vel Larisienses, ium (cfr. Liv. 31, 31); Larisaeus, a, um.

La Rochelle
Rupella, ae, f.; vel Santŏnum Portus, m.
Est urbs Galliae.
Rupellenses, ium; Rupellensis, e.

La Serena
Serenopŏlis, is, f.
Nomen huius urbis Chiliensis ita ad linguae Latinae rationem est conformatum.
Serenopolitani, orum; Serenopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Serenensis).

Las Palmas (provincia)
Palma Canaria, f.
Hoc nomine appellatur provincia Hispanica, quae tribus insulis, quarum maxima est Magna Canaria (*Gran Canaria*), efficitur.

Las Palmas (urbs)
Palmopŏlis, is, f.
Est urbs in Insulis Fortunatis sita ac quidem in ea, quae Magna Canaria appellatur.
Palmopolitani, orum; Palmopolitanus, a, um.

La Speiza
v. Spezia.

Las Vegas
Campi, orum, m. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita. Hispanico sermone *vega* idem valet ac campus planus, frugifer, vel ager cultivus vel vallis planitie commoda; cfr. J. Corominas, *Diccionário critico etimologico de la lengua castellana,* IV, p. 865.
Campenses, ium; Campensis, e; cfr. Apul., *Met.* 11, 26 (= ad Campum Martium pertinens); Vetus Itala, Luc., 6, 17: «Locus campensis».

Latina
Latinia, ae, f.
Est nomen virile Latinius, unde appellatio huius urbis Italiae deducitur, quam Ben. Mussolini, exsiccatis paludibus, condidit et *Lictoriam* vocavit. Eversa autem eius dominatione, nomen vulgare *Latina* est inductum.
Latinienses, ium (cfr. Cic. *Man.* 19: «Q. Caelius Latiniensis»; praeterea Latinienses fuerunt unus e LIII populis Latii, ut est apud Plin. H.N. 3, 5, 9, [56]; Latiniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Latinensis).

Latvia
v. Lettonia.

Lauenburg
Lauenburgum, i, n.
Est urbs Germanica ad Albim sita.
Lauenburgenses, ium; Lauenburgensis, e.

Laufenburg
Laufenburgum, i, n.; cfr. C.
Est oppidum Germaniae.
Laufenburgenses, ium; Laufenburgensis, e.

Lauffen
Laviăcum, i, n.; cfr. C.
Est oppidum Germaniae.
Laviacenses, ium; Laviacensis, e.

Lauingen
Lauinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Lauingenses, ium; Lauingensis, e.

Lauricocha
Lacus Lauricotzanus, m.
Hic lacus finibus Peruviae continetur.

Lausanne Lausana
v. Losanna.

Lausitz
Lusatia, ae, f.
Est regio Germanica.
Lusatienses, ium; Lusatiensis, e.

Lauterberg
Mons Serenus, m.
(Ita Latine redditum nomen occurrit apud I. Busch, *Chron. Windesh.* et *liber de ref. mon.*, pp. 433, 463, 464-607, 468, 506, 765).

Lauzun
Lauzunum, i, n.
Est oppidum Galliae (cfr. C).
Lauzunenses, ium; Lauzunensis, e.

Lavagna
Lavania, ae, f.; cfr. FB.
Est oppidum Italiae, in ora orientali Liguriae.
Lavanienses, ium; Lavaniensis, e.

Laval
Vallis Vidonis, f. vel Vallis Guidonis, f.
Est urbs Gallica.

Lavello
Labellum, i, n.; cfr. B.
Est oppidum Italiae.
Labellenses, ium; Labellensis, e.

Laveno
Lavenum, i, n. (cfr. B).
Est oppidum Italiae.
Lavenenses, ium; Lavenensis, e.

La Vescia
Forum Flaminii, n.
Hoc oppidum Umbriae memoratur in Itin. Anton.
Foroflaminienses, ium (in titulis); Foroflaminiensis, e.

Lavinio
Lavinium, ii, n.
Hoc nomine antiquissima urbs Latii, quae et Laurolavinium, appellatur. Nunc est oppidum amoenum iis accommodum, qui in mari cupiunt lavari.
Lavinienses, ium (cfr. Varr. *R.R.* 2, 4, 18); vel Lavinates, ium; Laviniensis, e (cfr. Aug. *De civ. D.* 3, 11); vel Lavinas, atis (cfr. Symm. *Ep.* 7, 26; C.I.L. 5, 3413).

Lawrenceburg
Laurentioburgum, i, n.
Est oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. situm.
Laurentioburgenses, ium; Laurentioburgensis, e.

Laxenburg
Laxenburgum, i, n.
Est oppidum Austriae.
Laxenburgenses, ium; Laxenburgensis, e.

Lazio Latium Lacio Latium
Latium, ii, n. Est apud Vergilium *Aen.* 8, 321, nominis originatio minus probabilis: «Arma Iovis fugiens Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris»; adde Ovid. *Fast.* 1, 238: «Dicta quoque est Latium terra, latente deo». Latii, orum (Sil. It. 17, 432; Auson. *techn. de diis* 2; sed est vox poetica) vel ac quidem melius Latiales, ium; Latius, a, um (Ovid. *Fast.* 1, 1; al. v. Latii, orum) vel Latialis, e (Stat. *Silv.* 1, 2, 192; Ennod. *Ep.* 7, 26; est etiam Latiaris, e).

Leamington
Lemintonia, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Lemintonienses, ium; Lemintoniensis, e.

Lecce
Lupiae, arum, f.
De hac urbe in Italiae regione sita, quae olim Calabria appellabatur, commemoratur apud Mel. 2, 66; in Itin. Ant.; et C.I.L. 9, p. 5 sqq. Est apud Plin. *H.N.* 3, 11, 16 (101) Lupia, ae, sed forma pluralis magis frequentatur.
Lupiani, orum; Lupianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Lyciensis).

Lecco
Leucium, ii, n.
Est oppidum Italiae.
Leucienses, ium; Leuciensis, e.

Lech
Licus, i, m.
De hoc flumine Bavariae Venant. *Vita S. Mart.* 4, 646; Paul. Diac. 2, 13; Ptol. 2. 12, 2 et 13. 1, commemorant.

Le Dorat
Doratum, i, n.
Est urbs in media Gallia sita.
Doratenses, ium; Doratensis, e.

Leeds
Ledesia, ae, f.; cfr. C; FB; al. In AP est aliud nomen: Loidae, arum.
Est urbs Britanniae.
Ledesienses, ium; Ledesiensis, e; vel Loidenses, ium; Loidensis, e.

Leeuwarden
Leovardia, ae, f. (cfr. B).
Est urbs Nederlandiae.
Leovardienses, ium; Leovardiensis, e.

Legazpi
Legaspia, ae, f.
Est urbs Philippinarum.
Legaspienses, ium; Legaspiensis, e.

Leicester
Licestria, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Licestrienses, ium; Licestriensis, e.

Leida
Lugdunum Batavorum, n.
Memoratur in Itin. Ant. et in Tab. Peut. (atque etiam a Ptolomaeo 2, 9, 4).
Lugdunenses Batavi; Lugdunensis, e, Batavus, a, um.

Leiningen
Lininga, ae, f.
Est oppidum Germaniae, olim caput dicionis comitatensis.
Liningenses, ium; Liningensis, e.

Leipzig
v. Lipsia.

Leiria
Leiria, ae, f.
Haec urbs Lusitana est episcopi sedes, quae ob Fatimense sacrarium mariale nobilis evasit.
Leirienses, ium; Leiriensis, e.

Le Mans
Vindinum, i, n.; scribitur etiam Suindinum. De hac urbe Gallica, quae fuit caput Cenomanorum, commemoratur in C.I.L. 13, 1, p. 508, et apud Ptol. 2, 8, 9.
Vindinenses, ium; Vindinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Cenomanensis).

Lena
Lena, ae, f.
Est flumen orientalem permeans Sibiriam.

Leningrado Leningrad
Leninopŏlis, is, f.
Leninopolitani, orum; Lenipolitanus, a, um.
Antequam Russiae dominarentur communistae, haec magna urbs appellabatur Petroburgum (Petroburgenses; Petroburgensis).

Lentini
Leontini, orum, m.
Est oppidum Italiae.
Leontini, orum; Leontinus, a, um.

Leoben
Leobīna, ae, f.
Nomen huius urbis Austriae (in Stiria sitae) anno 892 *Liuben*, serius *Liuben, Leuben*, scriptum invenimus (Egli, 534).
Leobinenses, ium; Leobinensis, e.

León (in Hispania)
Legio, onis, f.
Haec urbs Hispaniae, ad radices montis Vindii (*Sierra Covadongo*) posita, ita appellata est Romanorum aetate, cum ibi esset Legio VII Gemina; cfr. *Not. dign. occ.*, 42; Cyprian., *Ep.* 67 (alias 68); C.I.L. 2, 369.
Legionenses, ium; Legionensis, e.

León (in Mexico)
Legio Mexici, f.; v. León (in Hispania).
Legionenses, ium, Mexici; Legionensis, e, Mexici (ex usu Curiae Romanae: Leonensis).

Leonessa
Leonissa, ae, f.
Est oppidulum Aprutinum.
Leonissenses, ium; Leonissensis, e.

Leopoli Lwow Lviv
Leopŏlis, is, f.
Leopolitani, orum; Leopolitanus, a, um.

Lepanto
Naupactus, i, f., vel Naupactos, i, f.
De hac urbe Graeciae, prope ingressum sinus Corinthiaci sita, multi veteres commemorant; cfr. Caes. *B.C.* 3, 35; Cic. *Pis.* 37, 91; Plaut. *Mil. glor.* in argum.; Liv. 26, 26, 27, 29 et 30, 31; al.
Naupactōus, a, um (cfr. Ovid. *Fast.* 2, 43).

Lérida
Illerda, ae, vel Ilerda, ae, f.; cfr. Lucan. 4, 11 sqq: «Colle tumet modico lenique excrevit in altum / Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta / Surgit Ilerda manu . . .»
Illerdenses, ium; Illerdensis, e.

Lerins
Lerina, ae, f.
Sic nota insula ad oram Narbonensem sita vocatur, propter coenobium, ibi saeculo IV constitutum, «sanctorum nutrix» appellata (cfr. Ennod. *Vit. Epiph.* 83; 4, 58).
Lerinenses, ium; Lerinensis, e.

Lesina
Pharus, i, f.
Ita appellatur insula maris Hadriatici; cfr. Plin. *H.N.* 3, 26, 30 (152); Ptol. 2, 17, 14; al.
Pharius, a, um.

Lesina (Lacus)
Pantanus, i, m. cfr. Plin. *H.N.* 3, 11, 16 (103).

Lesotho
Lesothum, i, n.
Hoc regnum Africanum finibus continetur regionis, quae, Britannorum praesidio olim commissa, Basutolandia appellabatur.

(*) Libano Liban Lebanon Libanon: Libanus, i. Libanenses, ium; Libanensis, e.

Lesothiani, orum; Lesothianus, a, um (Regnum Lesothianum).

Lettonia Lettonie Letonia Latvia Lettland
Lettonia, ae, f.
Est regio Europae, ad mare Balticum sita.
Lettŏnes, ium; Lettonĭcus, a, um.

Leuk
v. Loèche.

Leverkusen
Levercusa, ae, f.
Est urbs Germanica.
Levercusani, orum; Levercusanus, a, um.

Levoca Leutschau
Leuconium, ii, n. (OL); est oppidum Slovakiae.
Leuconienses, ium; Leuconiensis, e.

Lexington
Lexintonia, ae, f.
Est urbs in Kentukiae finibus posita. Nomen eodem modo confictum est quo Vasintonia (*Washington*).
Lexintonienses, ium; Lexintoniensis, e.

Leyton
Leytonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Leytonienses, ium; Leytoniensis, e.

Lhasa (Lhassa)
Lasa, ae, f.
Est urbs princeps Tibeti.
Lasenses, ium; Lasensis, e.

(*)
Liberia Liberien
Liberia, ae, f. Americana societas generis humani studiosa saeculo XIX ineunte in oram Africae occidentalis coloniam deduxit, ubi homines nigri coloris, e servitute in libertatem vindicati, suis legibus viverent. Quam ob rem regio dicta Liberia, quod nomen est omnino Latinum; cfr. cognomentum muliebre Liberia, ae, C.I.L. 2, 3301 (et nomen virile Liberius, ii, quo et Summus Pontifex est appellatus).
Liberiani, orum; Liberianus, a, um.

Libia Libye Libia Libya Libyen
Libya, ae, f. In Sacris Litteris primigeniis scriptum videmus nomen *Lebabîm* (*Gen.* 10, 13) et *Lûabim* (*Par.* 2, 12, 3; 16; *Nah.* 3, 9; *Dan.* 11, 43), quibus incolae orae septentrionalis Africae inter Aegyptum et Cyrenen significantur; iis vero locis in Vulgata, quae dicitur, Sacrorum Bibliorum editione ponitur Libya et Libyes. Libyes, um (cfr. Sall. *Iug.* 18; «Africam initio habuere Gaetuli et Libyes, asperi incultique»); Libycus, a, um (cfr. Lucan. 9, 619; Stat. *Theb.*, 10, 623; Verg. *Aen.* 6, 338: «qui Libyco nuper cursu»; al.).

Libreville
Liberopŏlis, si, f.
Est urbs caput Rei publicae Gabonensis.
Liberopolitani, orum; Liberopolitanus, a, um.

Licenza
Digentia, ae, f.
Ita appellatur fluvius, qui in Anienem emittitur. In valle, quam interluit, villa Horatii fuisse videtur. Cfr. Hor. *Ep.* 1, 18, 104: «Me quoties reficit gelidus Digentia rivus».
E nomine fluvii oppidum, vulgo *Licenza* dictum, appellatum est, quod Latine itidem Digentia vocatur.

Lichfield
Licfeldia, ae, f.; cfr. B.
Est oppidum Britannicum.
Licfeldienses, ium; Licfeldiensis, e.

Liechtenstein
Lichtenstenum, i, n.
Hoc nomine parva appellatur Principis

Dicio. Ab A. Bacci aliisque Latine Lichtenstonium dicitur, sed minus recte, cum vox Germanica *Stein* (= petra, rupes) ita ad aures Latinas accommodari consueverit, ut audiat stenum, i.
Lichtenstenenses, ium; Lichtenstenensis, e.

Liegi Liège Lieja Liège Lüttich
Leodium, ii, n.; ab aliis ponitur etiam Legia, ae, f. Est urbs Belgica.
Leodienses, ium; Leodiensis, e.

Lieja
v. Liegi.

Lienz
Leoncium, ii, n.
Est urbs Tirolensis.
Leoncienses, ium; Leonciensis, e.

Ligugé
Locogiăcum, i, n.
Scribitur etiam Locoteiăcum. Cfr. Venant. Fort., *Vita S. Hilarii*, 12: «Itaque beatum Martinum in vico Locoteiaco dum praecepisset consistere, virtute divina meruit ibi mortuum suscitare».
Locogiacenses, ium; Locogiacensis, e, vel Locodiacensis, e (cfr. Greg. Tur. *Mirac. S. Mart.*, 4, 30: «Monasterium Locogiacense vel Locodiacense»).

Ligure (Mar) **Mer Ligurienne Mar Ligústico Ligurian Sea Ligurisches Meer**
Mare Ligustĭcum vel Ligustīnum, n.

Liguria Ligurie Ligurien
Liguria, ae, f.
Sic appellatur nota regio Italiae ad oram maris Tyrrheni inter ostium Vari et Macrae (vulgo *Magra*) sita. Ab occidente nunc finibus prope Albium Intemelium positis a Gallia dispescitur. De ea v. Plin. *H.N.* 3, 5, 7 (48).
Ligŭres, um; Ligurĭcus, a, um, vel Ligurinus, a, um, vel Ligustĭcus, a, um, vel Ligustīnus, a, um.

Lilienfeld
Campililium, ii, n.
Est oppidum cum monasterio in Austria.
Campilílienses, ium; Campiliensis, e.

Lille
Insŭla, ae, f.; apud DG est Insulae, num. plur., sed probatur magis num. sing. Est urbs frequens in Gallia septentrionali sita.
Insulenses, ium; Insulensis, e (cfr. AP).

Lillebonne
Iuliobŏna, ae, f.
De hac urbe Gallica in Itin. Anton. commemoratur.
Iuliobonenses, ium; Iuliobonensis, e.

Lillers
Lillerium, ii, n.; cfr. C.
Est oppidum Gallicum.
Lillerienses, ium; Lilleriensis, e.

Lima
Lima, ae, f.
Est caput Peruviae.
Limani, orum; Limanus, a, um.

Limburgo Limburg
Limburgum, i, n.
Haec urbs, episcopi sedes, Germaniae finibus continetur.
Limburgenses, ium; Limburgensis, e.

Limoges
Augustorĭtum, i, n. Nomen huius urbis, quae plenius Augustoritum Lemovicum appellatur, occurrit in Itin. Ant. Fuit caput Lemovicum (Lemovices), de qua gente Caes. *B.G.* 7, 4, 75 et 88; Plin. *H.N.* 4, 19, 33 (109); Sidon. *Ep.* 7, 6; Venant. Fort. *Carm.* 4, 5 et 6, et C.I.L. 13, 1, p. 181, commemorant. Posteriore aetate invaluit nomen, ab hac gente deductum: Lemovĭcum, i.

Augustoritenses, ium, vel Lemovicenses, ium; Augustoritensis, e, vel Lemovicensis, e (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Limousin (le)
Lemovĭcum regio, vel Lemovicensis regio, f.
Est, ut liquet, regio Galliae.

Limpopo
Limpopus, i, m.
Est flumen Africae Australis.

Linares
Linaria, ae, f.
Est urbs Chiliensis.
Linarienses, ium; Linariensis, e (ex usu Curiae Romanae: Linarensis).

Lincoln
Lindum, i, n.
Haec urbs in Britannia haud procul a mari est sita; quae in Itin. Anton. memoratur. Nomen vulgare repetitur a dictione antiqua Lindum colonia (*Lindcoln*), ut apud Rav. appellatur.
Lindenses, ium; Lindensis, e (C.I.L. 7, 189).

Lincoln (in America)
Lincolnia, ae, f.
Nomen Lincoln, fama celebris Praesidis Foederatarum Civitatum Americae Sept., inditum est urbi principi Nebrascae, quae una est ex iisdem Civitatibus. Lincolnienses, ium; Lincolniensis, e.

Lindau
Lindavia, ae, f. (cfr. IM; G).
Est oppidum Germaniae.
Lindavienses, ium; Lindaviensis, e.

Lindesberg
Lindesberga, ae, f.
Est urbs Suetica.
Lindesbergenses, ium; Lindesbergensis, e.

Lindisfarne
Lindisfarna, ae, f.
Lindisfarnenses, ium; Lindisfarnensis, e.

Line Islands
Sporădes Aequinoctiales, f.
Hae insulae, in Oceania sitae, vulgo et *Sporadi Equatoriali* vocantur. Quod nomen est Latine redditum.

Lingen
Linga, ae, f.
Est urbs Vestfaliae (in Germania); cfr. DG.
Lingenses, ium; Lingensis, e.

Linguadoca
Occitania, ae, f.; cfr. DG.
Est regio Galliae.
Occitani, orum; Occitanus, a, um.

Linköping
Lincopia, ae, f.
Est urbs Suetiae; cfr. DG.
Lincopienses, ium; Lincopiensis, e.

Linnich
Linĭcum, i, n.
Sic appellatur oppidum Germaniae.
Linicenses, ium; Linicensis, e.

Linz
Lentia, ae, f.
De hoc oppido Norici, nunc urbe principe Austriae Superioris, memoratur in *Not. Dign. imp. occ.* 34 Posteriore aetate invaluit etiam Lincia, Lincium, Lintium. Lentienses, ium; Lentiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Linciensis).

Lione Lyon
Lugdunum, i, n.
Haec urbs, rerum gestarum memoria insignis, olim «caput Galliarum» praedicabatur (cfr. Tab. Peut.).
Lugdunenses, ium; Lugdunensis, e.

Lipari
Lipăra, ae, f., vel more Graeco, Lipare, es (Verg. *Aen.* 8, 417; Val. Flacc. 2, 96; Claudian. *III cons. Hon.* 196). Est insula praecipua ex Aeoliis, quae et Liparenses seu Liparaeae dicuntur.
Liparenses, ium, vel Liparitani, orum; Liparensis, e, vel Liparaeus, a, um, vel Liparitanus, a, um (hae variae formae apud veteres scriptores occurrunt).

Lippe
Luppia, ae, f.; scribitur etiam Lupia, ae, f. Est fluvius Germaniae; cfr. Mel. 3, 30; Tac. *Ann.* 1, 60 et 2, 7; id. *Hist.* 5, 22; Vellei. 2, 105.

Lipsia Leipzig
Lipsia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Lipsienses, ium; Lipsiensis, e.

Liptov Liptau
Liptovia, ae, f.
Liptovienses, ium; Liptoviensis, e.

Liri
Liris, is, m.
Est fluvius Italiae, oriens in Marsorum regione, et inter Formias ac Sinuessam in Mare Tyrrhenum se effundens; cfr. Tac. *Hist.* 2, 14 et *Ann.* 12, 56; Hor. *Carm.* 1, 31, 7 et 3, 17, 18; Martial. 10, 30 et 13, 83; et plures al.

Lisbona Lisbonne Lisboa Lisbon Lissabon
Olisīpo, onis, f.; scribitur etiam Olisippo. Ceterae exarandi rationes, ut Ulysipo, Olysipo, Ulyxippo, minus probantur. De hac urbe, quae nunc est caput Lusitaniae, veteres scriptores, ut Plin. *N.H.* 4, 22, 35 (117), Varr. *R.R.* 2, 1, 19, Colum. 6, 27, commemorant.
Olisiponenses, ium; Olisiponensis, e (cfr. Plin. *N.H.* 37, 25, 25; tamen ex usu Curiae Romanae ponitur: Lisbonensis).

Lisieux
Noviomăgus Lexoviorum, m.
De hac urbe Galliae in Itin. Ant.; C.I.L. 13, 1, p. 502; al. fit mentio. Ut saepe contingit, nomen gentis (Lexoviorum) ad urbem ipsam significandam detortum est; quapropter dicitur etiam Lexovium, ii, n. (cfr. C).
Lexovii, orum; Lexoviensis, e (cfr. AP).

Lismore
Lismorium, ii, n.
Haec urbs Australiae finibus continetur.
Lismorienses, ium; Lismoriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Lismorensis).

Lissa
Issa, ae, f.
Est insula ad oram Delmatiae in mari Hadriatico sita; cfr. Varr. apud Plin. *H.N.* 3, 26, 6 (152); Mel. 2, 114; Caes. *B.C.* 3, 9; C.I.L. 3, pp. 393 — 2328; Rav.; al.
Issaei, orum (Liv. 31, 45) vel Issenses, ium (id. 42, 26); Issaïcus, a, um (id. 32, 21).

Literno (Villa)
Liternum, i, n., vel Linternum, i, n. Est oppidum Campaniae, de quo plures veteres commemorant; cfr. Liv. 32, 29; Mel. 2, 70; Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (61); al.
Liternini, orum (in titulis); Liternus, a, um, vel Literninus, a, um, vel Liternensis, e.

Litomerice Leitmeritz
Litomericium, ii, n.
Est urbs Tzechoslovakiae.
Litomericienses, ium; Litomericiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Litomericensis).

Litomysl
Litomislium, ii, n. (cfr. OL).
Litomislienses, ium; Litomisliensis, e.

Little Rock
Petricŭla, ae, f. Sic appellatur urbs princeps Arcansiae (*Arkansas*), unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Re quidem vera vox petriculae, qua parva petra significatur, non invenitur in Latinitate, quae vere proprieque dicitur. Tamen non perperam inducta esse videtur (ex usu Curiae Romanae), cum brevis sit appellatio et petra etiam rupem, scopulum significet; qua de causa oppida in rupibus sita olim Petra vocabantur; cfr. urbs Siciliae (*Petralia*), Arabiae, Thraciae.

Little S. Bernard
v. Piccolo San Bernardo.

Lituania Lithuoniae Lituania Lithuania Litauen
Lituania, ae, f. In omnibus, quae noverimus, lexicis Latinis hoc nomen scriptum est cum *h* littera post *t* (Lithuania). Si autem verbi origo perspicitur, nullus datur locus huius aspirationis ponendae. Appellatio enim vulgaris huius regionis est *Lietuvà*, quae vox secundum alios, veluti A. Fick (*Vergleichendes Wörterbuch der Indogermanischen Sprachen II*, 248 sq.) est cognatione coniuncta cum *litore*, quasi terra sit ad litus maris (Baltici) patens, secundum alios, ac quidem rectius, deducta est a verbo Lituano *lieti*, in quo est vis fluendi; cfr. flumen *Leita* in agro Claipedensi (id est oppidi *Klaipeda* ad oram maris Baltici); *Alytus* (*Olita*), oppidum non longe a *Memel* flumine situm (cfr. I. Otrebski, *Lietuvà*: Beiträge zur Namenforschung, IX, 1958, pp. 116 — 118; 188).
Lituani, orum; Lituanus, a, um.

Livenza
Liquentia, ae, f.
Est flumen regionis Venetorum in Italia, de quo Plin. *H.N.* 3, 18, 22 (126); Paul. Diac. 5, 39; Serv. ad Verg. *Aen.* 9, 679, commemorat (in Tab. Peut. est: Licenna).

Liverpool
Liverpula, ae, f.
Secundum usum Curiae Romanae poni consuevit Liverpolis (Liverpolitanus, a, um); est tamen animadvertendum alteram partem nominis nullatenus esse Graecam origine, i.e. polin (polis, eos), sed Germanicam seu potius Anglosaxonicam (cfr. Germ. *Pfuhl*) eaque paludem, lacunam significari.
De priore parte non constat: sunt qui dicant eam ad avem e genere ibidum referri aut e sermone Valliensi (*welsh*) locum signare. Iuvat animadvertere apud FB legi: *Liverpalus, dis.*
Liperpulenses, ium; Liverpulensis, e.

Livingstone
Livinstonia, ae, f.
Est urbs Zambiae, quod nomen ad aures Latinas eodem modo est accommodatum quo *Washington*-Vasintonia.
Livinstonienses, ium; Livinstoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Livinstonensis).

Livorno
Labro, onis, m.; cfr. Cic. Quint. fr. 2, 6: «Erat iturus ad III Id. Apriles, ut aut Labrone aut Pisis conscenderet». Fuit Labro, ut videtur cognomentum Herculis. Serius, non tamen Romanorum aetate, nomen Liburnus, i, f., ortum est (cfr. DG), quo nobis uti licet.
Labronenses, ium, vel Liburnenses, ium; Labronensis, e, vel Liburnensis, e (sic ex usu Curiae Romanae).

Livramento de Nossa Senhora
Liberatio Mariana, f. (cfr. AP).
Est urbs Brasiliensis.

Livry
Liberiăcum, i, n.; cfr. C.
Est pagus Gallicus, monasterio, quod olim ibi floruit, insignis.
Liberiacenses, ium; Liberacensis, e.

Locarno

Locarnum, i, n.
Haec urbs in Pago Helvetiae Ticinensi est sita.
Locarnenses, ium; Locarnensis, e.

Locri

Locri, orum, m.
Est urbs Italica in finibus Bruttiorum; cfr. Mel. 2, 68; Liv. 22, 61; Iustin. 20, 3 et 21, 2; al.
Locrenses, ium; Locrensis, e.

Lod

Lydda, ae, f.
De hac urbe Civitatis Israelianae, ubi est aëroportus, et in Sacris Bibliis (cfr. 1 *Macch.* 11, 34; *Act.* 9, 32-38) et apud scriptores Latinos; cfr. Plin. *H.N.* 5, 14, 14 [70]) commemoratur.
Lyddaei, orum (cfr. Hieron. *Praef.* in Ioh. ex Hebr.); Lyddaeus, a, um.

Lodi

Laus Pompeia vel Laus Pompeii, f. Haec urbs Italiae est olim ita appellata a Cn. Pompeio Strabone, qui eo coloniam deduxit et ius Latii Transpadanis comparavit.
Laudenses, ium (cfr. C.I.L. 5, 6363); Laudensis, e (cfr. Paulin. Nol. *Vita S. Ambros.* 47).

Lódz

Lodza, ae, f.
Est urbs Polonica.
Lodzenses, ium; Lodzensis, e.

Loèche Leuk

Leuca, ae, f.
Est oppidum Helvetiae. (sic ex usu vetere Curiae episcopalis Sedunensis).
Leucani, orum; Leucanus, a, um.

Logroño

Iuliobriga, ae, f.; cfr. DGAM; al.
Est urbs Hispaniae, quae ab aliis Lucronium vocatur.
Iuliobrigenses, ium; Iuliobrigensis, e.

Loira Loire

Liger, ĕris, m.; seriore aetate etiam in nominativo casu Ligeris dicitur. Est fluvius Galliae, qui ad orientem montis Cebennae (*les Cevennes*) oritur, et in Oceanum Atlanticum effunditur. cfr. Tibull. 1, 7, 12; Sulpic. Sev. *Vita S. Mart.* 10; Auson. *Mosell.* 461; Lucan. 1, 439, al. Ligerĭcus, a, um (in titulis).

Loja

Loia, ae, f.
Urbs Aequatoriana sic appellatur.
Loiani, orum; Loianus, a, um (cfr. AP).

Lokossa

Locossa, ae, f.
Haec urbs finibus Civitatis Dahomenianae seu Beninensis continetur.
Locossani, orum; Locossanus, a, um (tamen ex usu Curiae Romanae: Lokossaënsis).

Lombardia Lombardie Lombardia Lombardy Lombardei

Langobardia, ae, f.
Est regio Italica.
Langobardi, orum; Langobardus, a, um; vel Longobardi, orum; Longobardus, a, um.

Lomé

Lome, is, f.
Est urbs caput Civitatis Toganae.
Lomenses, ium; Lomensis, e.

Lomellina

Regio Laumellensis, f.; cfr. Lomello.

Lomello

Laumellum, i, n.
Hoc oppidum Galliae Transpadanae seu Langobardiae memoratur in Itin. Anton.; in Tab. Peut.; apud Ammian. 15, 8, 18; apud Rav.
Laumellenses, ium; Laumellensis, e (regio Laumellensis; cfr. *Not. Tiron.*).

Lomza

Lomza, ae, f.
Est urbs Polonica.
Lomzenses, ium; Lomzensis, e.

Londonderry

Londinoderia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs in Hultonia sita.
Londinoderienses, ium; Londinoderiensis, e.

Londra Londres London London

Londinium, ii, n.
De hac urbe principe Britanniae veteres scriptores commemorant (cfr. Ammian. 27, 8, 7 et Itineraria).
Londinienses, ium; Londiniensis, e.

Londrina

Londrina, ae, f.
Haec urbs in Brasiliae finibus posita est.
Londrinenses, ium; Londrinensis, e.

Long Island

Insula Longa, f.

Lorca

Ilorcum, i, n., vel Eliocrata, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Hispaniae.
Ilorcenses, ium; Ilorcensis, e.

Lorch

Lauriăcum, i, n.
Hoc oppidum olim in Norico, nunc in Austria Superiore positum, ab Ammiano 31, 10, 20, in *Itin. Ant.*, 231, 235, 241 e. a., in *Tab. Peut.*, C.I.L. 3, 684-2328, ab Eugypp., *Vit. S. Severini*, 18, 27, 28, 30 31, memoratur.
Lauriacenses, ium; Lauriacensis, e.

Lorena Lorraine Lorena Loraine Lothringen

Lotharingia, ae, f.
Est regio Galliae.
Lotharingi, orum; Lotharingĭcus, a, um.

Loreto

Lauretum, i, n.
Sic appellamus oppidum Piceni, mariali sanctuario nobile. Apud Romanos Lauretum fuit locus in Aventino; cfr. Varr. *L.L.* 5, 32: «In eo Lauretum ab eo, quod ibi sepultus est Tatius rex, qui a Lauretanis interfectus est, vel ab silva laurea, quod, ea ibi excisa, aedificatus est vicus».
Lauretani, orum; Lauretanus, a, um.

Lorsch

Laurissa, ae, f.
Hoc oppidum Germanicum e nomine veteris coenobii (abbatiae) est appellatum.
Laurissenses, ium; Laurissensis, e.

Los Angeles

Angelopŏlis, is, f.
Haec urbs perfrequens in California sita est.
Angelopolitani, orum; Angelopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Angelorum in California).

Los Angeles (in Chilia)

Angelopŏlis Chiliae, f.
Angelopolitani, orum, Chiliae; Angelopolitanus, a, um, Chiliae (ex usu Curiae Romanae: S. Mariae Angelorum).

Losanna Lausanne Lausana Lausanne

Lausonium, ii, n.
Re quidem vera Lausonius in Itin. Anton. lacus inter Helvetiam et Galliam et ipsa statio (*Lausanne*) ita appellatur. Est etiam scribendi ratio Lousonna, ae; cfr. C.I.L. 13, 2, p. 12.
Lausannenses, ium; Lausannensis, e.

Los Teques

Tequi, orum, m. Nomen vulgare huius urbis Venetiolanae idem valet ac *guanacos*.
Tequinenses, ium; Tequinensis, e.

Lota
Lota, ae, f.
Est urbs Chiliensis.
Lotenses, ium; Lotensis, e.

Lothringen
v. Lorena.

Louisiana
Ludoviciana, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Renatus Robertus La Salle, vir Gallus et unus e prioribus, qui Americam Septentrionalem explorarunt (1643-1687), postquam Missisippium flumen usque ad ostia percurrit, regioni adiacenti nomen vulgare *Louisiane* imposuit, regi suo Ludovico XIV (*Louis*) adhibens honorem. Coloni, qui primi eam plagam tenebant, Galli magnam partem fuerunt.
Ludovicianenses, ium; Ludovicianensis, e.

Lourdes
Lapurdum, i, n.
Secundum auctores ita appellabatur olim urbs, cui nunc nomen *Bayonne*. Quod quidem nomen etiam regioni circumiacenti est inditum (*Labourd*). Verum nunc usurpatur ad significandam urbem ibi exstantem, mariali sacrario perinsignem. *Bayonne* nunc redditur Baiona, ae, (v. *Dign. occ.* 42, 19 et C.I.L. 13, 1, p. 53).
Lapurdenses, ium; Lapurdensis, e (cfr. Sidon. *Ep.* 8, 12; «Hic ad copias Lapurdensium locustarum cedat vitium turba cancrorum»).

Lourenço Marques Maputo
Laurentiopŏlis Marquesia, f.
Haec urbs inter annos 1867 et 1868 eo loco est exstructa, quo olim villa rustica fuerat, a Laurentio Marques, navigatore Lusitano, condita, a quo et villa et urbs nomen acceperunt.
Laurentiopolitani Marquesii; Laurentiopolitanus Marquesius.
Nunc vero haec urbs vulgo *Maputo*, Latine Maputum, i, n., vocatur.
Maputenses, ium; Maputensis, e.

Lovanio Louvain Löwen
Lovanium, ii, n.
Est urbs Flandriae.
Lovanienses, ium; Lovaniensis, e.

Luanda
Luanda, ae, f.
Est urbs primaria Angoliae.
Luandenses, ium; Luandensis, e.

Lubecca Lubeck Lübeck
Lubeca, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Lubecenses, ium; Lubecensis, e.

Lubiana Laibach Ljubljana
Aemona, ae, vel Haemona, ae, f.
Haec urbs, quae nunc in Iugoslavia est, memoratur a Plin. *H.N.* 3, 18, 22 (128); item 25, 28 (147); Hieron. in Epist. (pluries); Capitolin. *Maximin.* 21; al. Posterius inductum nomen: Labacum, i, n.
Aemonenses, ium; Aemonensis, e (ex usu Curiae Romanae: Labacensis).

Lublino Lublin
Lublinum, i, n.
Est urbs Polonica.
Lublinenses, ium; Lublinensis, e.

Lubumbashi
Lubumbasia, ae, f.
Haec urbs Zaires, olim vulgo *Elisabethville* nuncupata, e nomine Lubumba, ducis autochthonum, est appellata.
Lubumbasienses, ium; Lubumbasiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Lubumbashiensis).

Lucca
Luca, ae, f.
De hac urbe Tusciae plures scriptores veteres commemorant.
Lucenses, ium; Lucensis, e.

Lucena
Lucena, ae, f.
Est urbs in Philippinis Insulis sita.
Lucenenses, ium; Lucenensis, e.

Lucera
Luceria, ae, f.
Est urbs Apuliae.; cfr. Caes. *B.C.* 1, 24; Liv. 9, 2, et 12. 15; al.
Lucerini, orum (Liv. 9, 2, et 27, 10); Lucerinus, a, um (id. 10, 35).

Luck
Luceoria, ae, f.
Luceorienses, ium; Luceoriensis, e.

Lucknow
Lucnovia, ae, f.
Haec urbs in Indorum finibus est posita.
Lucnovienses, ium; Lucnoviensis, e (ex usu Curiae Romanae: Lucknovensis).

Luçon
Luci, orum, m.
De hac urbe Galliae apud Rav. commemoratur.
Lucenses, ium; Lucensis, e (ex usu Curiae Romanae: Lucionensis).

Ludwigshafen
Portus Ludovici, vel Portus Ludovicianus, m. Est urbs Germaniae.

Lugano
Lucanum, i, n.
Sic in pluribus lexicis recentioribus amoena haec urbs Helvetica Latine appellatur.
Lucanenses, ium; Lucanensis, e (ex usu Curiae Romanae: Luganensis).

Lugano (lacus)
Lacus Ceresius, m.; est apud Greg. Tur., *Franc.* 10, 3: «Ceresium stagnum». Fortasse Clisius lacus, de quo in Tab. Peut. 3, et in C.I.L. 5, p. 559, commemoratur, idem est ac lacus Ceresius.

Lugoj
Lugosium, ii, n.
Est urbs Dacoromana.
Lugosienses, ium; Lugosiensis, e.

Luino
Luvinum, i, n. (cfr. *La diocesi di Milano* 1954).
Luvinenses, ium; Luvinensis, e.

Luluabourg
Luluaburgum, i, n.
Est oppidum Zairitanum.
Luluaburgenses, ium; Luluaburgensis, e.

Lüneburg
Luneburgum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Luneburgenses, ium; Luneburgensis, e.

Lüneburger Heide
Tesqua Luneburgensia, n.

Lunéville
Lunaevilla, ae, f.
Est urbs Gallica.
Lunaevillenses, ium; Lunaevillensis, e.

Lunigiana
Lunensis ager, m.

Lusaka
Lusaca, ae, f.
Est urbs caput Zambiae.
Lusacenses, ium; Lusacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Lusakensis).

Lussemburgo Louxembourg Luxemburgo Luxemburg
Luxemburgum, i, n. Vetus nomen huius

urbis et regionis est *Lucilinburch* (a. 738) vel *Lutilinburg*, *Luzilinburch*, (saec. X et XI-XII); quod ex priscis verbis Germanicis *lucil* (= *lützel*, i.e. parvus; cfr. Angl. *little*) et *burg* (i.e. castrum, arx) coaluit (Egli, 558). Scribendi ratio Luxemburgum, missis aliis, apud FB. occurrit; apud alios (ut apud A. Bacci) est Lucemburgum (constat autem nomen non deductum esse a verbo Latino lucendi). Luxemburgenses, ium; Luxemburgensis, e.

Lustenau

Lustenavia, ae, f.
Est oppidum Austriae.
Lustenavienses, ium; Lustenaviensis, e.

Lüttich

v. Liegi.

Luzón

Luzonia, ae, f.
Est maxima insularum Philippinarum.
Luzonienses, ium; Luzoniensis, e.

Lwów

v. Leopoli.

Lyalpur

Lyalpura, ae, f.
Est oppidum Pakistaniae.
Lyalpurani, orum; Lyalpuranus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Lyallpurensis).

Lydenburg

Lydenburgum, i, n.
Lydenburgenses, ium; Lydenburgensis, e.

Lyon

v. Lione.

M

Maas

v. Mosa.

Maastricht

Traiectus ad Mosam, m.
Ita Latine redditur nomen huius urbis, quae Nederlandiae finibus continetur.

Macao

Macaum, i, n.
In veteribus lexicis geographicis, quibus nomina locorum Latina recensentur, reperitur scribendi ratio: Amacaum (cfr. FB). Nomen Sinense huius urbis, Lusitanis subiectae, est *Ao-men*, id est porta sinus (maris).
Macaunenses, ium; Macaunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Macaonensis).

Macapá

Macapa, ae, f.
Est oppidum Brasiliense.
Macapenses, ium; Macapensis, e.

Macarsca Makarska

Macarsca, ae, f.
Est oppidum Delmatiae.
Macarscenses, ium; Macarscensis, e.

Macedonia Macédoine Macedonia Mazedonien

Macedonia, ae, f.
Est regio Iugoslaviae.
Est nomen antiquum.
Macedŏnes, um; Macedonĭcus, a, um, vel Macedoniensis, e, vel, sed potius poetice, Macedonius, a, um.

Maceió

Maceium, i, n.
Est urbs Brasiliensis.
Maceienses, ium; Maceiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Alagoasensis).

Macerata

Macerata, ae, f.
Est urbs Piceni. Nomen non occurrit apud veteres, est tamen nomen servile Maceratus (a verbo macerandi) in C.I.L. 7, 1336.
Maceratenses, ium; Maceratensis, e.

Mackay

Macaia, ae, f.
Est urbs Australiae.
Macaiani, orum; Macaianus, a, um.

Mackenzie
Makenzius, ii, m.
Hoc flumen Canadense appellatum est e nomine Alexandri Mackenzie, viri Scoti et orbis lustratoris, qui id anno 1789 primo descripsit (B).

Mâcon
Matisco, onis, m.
Est urbs Gallica; cfr. Caes. *B.G.* 7, 90 et 8, 4; Tab. Peut; Itin. Anton.; al.
Matisconenses, ium; Matisconensis, e (cfr. *Not. dign. occ.* 9, 32).

Madagascar Madagaskar
Madagascaria, ae, f.
Nomen derivatum esse videtur ab autochthonum regno *Magadoxo*.
Madagascarienses, ium; Madagascariensis, e.

Madang
Madanga, ae, f. Haec urbs, archiepiscopi sedes, in Nova Guinea est posita.
Madangenses, ium; Madangensis, e.
(ex usu Curiae Romanae: Madanganus).

Maddalena (la)
Fossae, arum, f.
De hac insula Sardiniae praeiacente commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 6, 13.

Madeira Madère (archipelagus)
Insulae Purpurariae, f.
Hoc nomine comprehenduntur insulae, in Oceano Atlantico positae; Cfr. Plin. *H.N.* 6, 203.

Madeira Madère (insula)
Materia, ae, f.
Haec insula, quae princeps est Purpurariarum, cum esset admodum silvosa, appellata est *madeira* (= lignum); quae vox vulgaris, ut liquet a *materia* est deducta. Hoc autem verbum saepe lignum significat in lingua Latina; cfr. etiam materiarius, i. e. faber lignarius vel mercator «materiae».
Materini, orum; Materinus, a, um (cfr. Cato *R.R.*; 35, 2).

Madison
Madisonia, ae, f.
Sic nuncupatur urbs caput Visconsiniae (*Wisconsin*), unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Madisonienses, ium; Madisoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Madisonensis).

Madras
Madrasia, ae, f.
Autochthones huius urbis nomen (*Madras*) ita efferunt, ut audiat *Mandrâsh*; quod e sermone Sanscrito deductum est (*Mandarashja* = regnum *Manda* vel *Iama*, qui est deus Pluto Indorum; Egli). Forma Latina, a me proposita, propius accedere videtur ad nominis originem; ex usu tamen Curiae Romanae dicitur Madraspolis (Madraspolitanus).
Madrasiani, orum; Madrasianus, a, um.

Madrid
Matritum, i, n.
Est urbs caput Hispaniae.
Matritenses, ium; Matritensis, e.

Madurai Madhurai
Maduraia, ae, f.
Est urbs Indica.
Maduraiani, orum; Maduraianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Maduraiensis).

Mafeking
Mafekinga, ae, f.
Haec urbs in Australi Africa sita est ad Botsuaniae fines.
Mafekingenses, ium; Mafekingensis, e.

Magdeburgo Magdebourg
Magdeburgo Magdeburg
Magdeburgum, i, n.
A nonnullis puri sermonis exactoribus ponitur Parthenopolis, siquidem *Magd* idem valet atque ancilla, puella, virgo (B.M.V.), *burg* autem idem est ac castellum, arx.
Magdeburgenses, ium; Magdeburgensis, e.

Magellano (fretum)
Fretum Magellanicum, n.

Magenta
Maxenta, ae, f.
Appellatur sic ex usu Curiae Mediolanensis.
Maxentani, orum; Maxentanus, a, um.

Maggiore (lacus)
Verbanus lacus, m; scribitur etiam Verbannus et Vurbanus.
Est lacus, post Benacum, amplissimus Italiae. Memoratur a Plin. *H.N.* 2, 34, 10; Strab. 4, 299; cfr. Verg. *Georg.* 2, 159.

Magonza Mayence Maguncia Mainz
Mogontiăcum, i, n.
Haec est scribendi ratio antiquior et elegantior; cfr. Tac. *Hist.* 4, 15, al. Est etiam Mogontiăcus, i, apud Ammian. 15, 11, 8.
Serius invaluit forma Maguntia (Ven. Fort. 2, 11) vel Moguntia (Rav. p. 227).
Mogontiacenses, ium (*Not. imp. occ.* 41, 1 et 44; Salvian., *Gub.* 6, 8; *Not. Gall.* 7, 1) vel Mogontiăci, orum (Vict. Caes. 33, 8); Mogontiacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Moguntinus).

Magra
Macra, ae, f.
Est fluvius Italiae, Liguriam a Tuscia disterminans; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 7 (48); Liv. 39, 32; FLor. 2, 3; al.

Mahebourg
Maheburgum, i, n.
Est oppidum insulae Mauricianae.
Maheburgenses, ium; Maheburgensis, e.

Mähren
v. Moravia.

Maia Mais
Maia, ae, f.
Est pars urbis Merani, olim vero castrum; cfr. Arbeo, *Vita S. Haimrami, M.G.H., Script. rer. Merov.*, VI, p. 580.
Maienses, ium; Maiensis, e (Maiense Castrum apud Arbeonem, op. mem).

Main
v. Meno.

Maine
Cenomannĭca, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomine *Maine* provincia Galliae appellatur, quam Cenomanni (ab aliis scribitur Cenomani) olim incolebant. Adiectivum Cenomannicus, a, um, occurrit apud Gregorium Turonensem, *Franc.* 8, 39: «Cenomannica urbs»; 5, 14: «Cenomannicum monasterium». Ex hoc adiectivo ea Civitas non perperam nuncupatur.
Cenomannici, orum; Cenomannicus, a, um.

Mais
v. Maia.

Maitland
Maitlandia, ae, f.
Sic appellatur urbs Australiae.
Maitlandienses, ium; Maitlandiensis, e.

Majunga
Maiunga, ae, f.
Haec urbs in Madagascaria est sita.
Maiungani, orum; Maiunganus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Maiungaënsis).

Malabar
Malabaria, ae, f.
Est regio occidentalis Indiae.
Malabarienses, ium; Malabariensis, e.

Malacca Malakka Malaise Malaca Malacca Malakka

Malacca, ae, f.
Hoc nomen iam pridem invaluit.
Haec paeninsula ab antiquis, quemadmodum videtur, Chryse Chersonesus seu Promunturium appellabatur; cfr. Plin. *H.N.* 6, 17, 20 (55).

Malaga

Malăca, ae, f.
Haec urbs Hispaniae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 1, 3 (8); Mel. 2, 94; in C.I.L. 2, p. 251; al.
Malacitani, orum; Malacitanus, a, um.

Malaisie

v. Malesia.

Malang

Malanga, ae, f.
Est oppidum Indonesiae.
Malangenses, ium; Malangensis, e.

Malavi Malawi

Malavium, ii, n.
Haec Civitas Africana appellata est e nomine lacus *Malawi*, quod idem valet ac *lacus ignium* seu *ignitus*.
Malavienses, ium; Malaviensis, e.

Malawi

v. Malavi.

Maldive (Isole) **Maldives Maldivas Maldive Islands Maldiven**

Insulae Maldivenses, f.
Nomen harum insularum, quae in Oceano Indico sitae sunt, est Indicum (*Malayadiba*).

Male

Male, is, f.
Est urbs caput Insularum Maldivensium.
Malenses, ium; Malensis, e.

Malesia Malaisie Malaysia Malasia Malaiische Föderation

Malaesia, ae, f. Regio, ut liquet, appellata est e nomine autochthonum, quod *Malaju* sonare videtur (Egli, p. 572; nominis origo nos latet). Est autem Civitas Foederata, complectens Malaccam paeninsulam et Borneum Septentrionale.
Malaesiani, orum; Malaesianus, a, um.

Mali

Malia, ae, f. (Res publica Maliana).
Vox Malia, ae, aliquo modo Latinitatem sapit; nam, quemadmodum in Romanorum Itinerariis scriptum videmus, fuit oppidum in Mauritania, cui nomen Malliana (Maliana), quodque hodie audit *Miliana*; cfr. S. Augustin., *Ep.* 236: «Mallianensem quemdam subdiaconum Victorium»; C.I.L. 8, p. 820.
Maliani, orum; Malianus, a; um.

Malines Mechelen Mecheln

Mechlinia, ae, f.; est etiam forma Mechlinium, ii, n. Nomen huius urbis Flandricae deductum est ab antiquo verbo Germanico *Machal* (*machale, machalum*), quo casa, mapale, «pastorum domus» significantur; cfr. Förstemann, II 187 - 188.
Mechlinienses, ium; Mechliniensis, e.

Mallorca

Maiorĭca, ae, f.
Est, ut liquet, *maior* insula ex Balearibus.
Maioricenses, ium; Maioricensis, e.

Malmédy

Malmundarium, ii, n.; scribitur etiam Malmendaria, ae (cfr. OL). Est oppidum, quod, Germaniae conterminum, Belgii finibus continetur.
Malmundarienses, ium; Malmundariensis, e.

Malmesbury

Malmesberia, ae, f. (cfr. OL); est oppidum Britanniae.
Malmesberienses, ium; Malmesberiensis, e.

Malmoe Malmö

Malmoea, ae, f.
Est urbs Suetica.
Malmoeani, orum; Malmoeanus, a, um.

Malta Malte Malta

Melĭta, ae, f., vel Melĭte, es, f.
Est insula et Civitas sui iuris in Mari Interno, quae primum fuit Phoenicum colonia, deinde Carthaginiensium, postea exculta a Graecis Siciliae et a Romanis occupata. Recentiore aetate sedes fuit Ordinis Equitum Melitensium.
Melitenses, ium; Melitensis, e.

Malvine Malouines Malvinas Falkland

Insulae Maclovienses, f.
Appellantur vulgo *Malouines* (*Malvine, Malvinas*) eo quod nautae Galli ex urbe *Saint-Malo* eas lustrare consueverant. Nomen *Malo* Latine sic redditur: Maclovius, ii; re quidem vera urbs illa ex usu Curiae Romanae (urbs) Sancti Maclovii nuncupatur (ego proposui: Macloviopŏlis, is); incolae vero Gallice audiunt: *Malouins* (m.) et *Malouines* (f.); merito ergo eae Insulae Latine Maclovienses dicuntur.

Man

Monapia, ae, f. Est insula sita inter Hiberniam atque Britanniam. Memoratur a Plin. *H.N.* 4, 16, 30 (103), et. Ptol. 22, 10. Apud Rav., p. 440, est: Manna.

Managua

Managua, ae, f.
Est caput Nicaraguae.
Managuenses, ium; Managuensis, e.

Manaus

Manausium, ii, n.
Haec urbs Brasiliae e nomine, quo tribus autochthonum nuncupabatur, est appellata.
Manausienses, ium; Manausiensis, e.
Ex usu Curiae Romanae: Manaënsis.

Manchester

Mancunium, ii, n.
Appellatur quoque Mancestria, ae, f.; *man* (*maen*) videtur esse origine vox Hibernia, qua petra, rupes significatur; altera pars nominis a *castro* (*caster, cester, chester*) est derivata. Serius nomen (i.e. media aetate confictum) est Mancestria, ae (saec. XI vulgo *Mancestre*).
Mancunienses, ium; Mancuniensis, e.

Manciuria Mandchourie Manchuria Mandschurei

Mantzuria, ae, f., vel, more ad sermonem Italicum accedente, Manciuria, ae, f.
Est regio Sinensis ad septentriones vergens.
Mantzurienses, ium (Manciurienses); Mantzuriensis, e (Manciuriensis).

Mandalay

Mandalaium, i, n.
Haec olim fuit urbs primaria Birmaniae.
Mandalaienses, ium; Mandalaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mandalayensis).

Mangalore

Mangaloria, ae, f.
Est urbs Indica.
Mangalorienses, ium; Mangaloriensis, e.

Manhattan

Manhattanum, i, n.
Hoc nomine significari videtur «locus ebrietatis»; cum enim Henricus Hudson eiusque socii anno 1609 cum in locum adventassent, autochthonibus plurimum validae potionis seu aquae ardentis dederunt, ita ut hi ebrii fierent (cfr. Egli, 576). Manhattanenses, ium; Manhattanensis, e.

Manica (Canale della) **Manche** (la) **Mancha** (la) **English Channel** (the) **Ärmelkanal**

Fretum Britannĭcum, n.

Manila

Manila, ae, f.
Ita nota urbs Philippinarum Insularum vocatur.
Manilenses, ium; Manilensis, e.

Manitoba

Manitoba, ae, f.
Est provincia Canadae.
Manitobenses, ium; Manitobensis, e.

Manizales

Manizalium, ii, n. (cfr. AP).
Haec urbs in Columbia est sita.
Manizalienses, ium; Manizaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Manizalensis).

Mannheim

Manhemum, ii, n.
Est urbs Germaniae.
Manhemenses, ium; Manhemensis, e.

Manresa

Minorissa, ae, f. (cfr. FB).
Est urbs Hispaniae.
Minorissani, orum; Minorissanus, a, um.

Mansfeld

Mansfeldia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Mansfeldienses, ium; Mansfeldiensis, e.

Mantova Mantoue Mantua

Mantua, ae, f.
Vergilius nomen fabulose a Manto nympha deduxit (cfr. *Aen.* 10, 298).
Mantuani, orum; Mantuanus, a, um.

Manzini

Manzinia, ae, f.
Est urbs in Negavania seu Suazilandia sita.
Manzinienses, ium; Manziniensis, e.

Maputo

Maputum, i, n. Est novum nomen urbis principis Mozambici; cfr. Lourenço Marques.

Maracaibo

Maracaibum, i, n.
Est urbs Venetiolana.
Maracaibenses, ium; Maracaibensis, e.

Maracay

Maracaium, i, n.
Haec urbs finibus Venetiolae continetur; nomen vero eodem fere confictum est modo, quo Sydneium.
Maracaienses, ium; Maracaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Maracayensis).

Maranhao

Maranianum, i, n.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Maranianenses, ium; Maranianensis, e.

Marbach

Marbacum, i, n.
Est oppidum Alsatiae.
Marbacenses, ium; Marbacensis, e.

Mar Bianco Mer Blanche Mar Blanco White Sea Weisses Meer

Mare Album, n.

Marburg

Marburgum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Marburgenses, ium; Marburgensis, e.

Marche

Picenum, i, n.
Est regio Italiae mediae ad oram maris Hadriatici; cfr. Plin. *H.N.* 3, 13, 18 (110): «Quinta regio Piceni est, quondam uberrimae multitudinis».

Picentes, ium (cfr. Cic. *Sull.* 8: «Doceat Picentes solos non esse peregrinos»; Plin. *H.N.* 3, 13, 18: «CCCLX milia Picentium in fidem populi Romani venere»). Picentinus, a, um (Martial. 13, 47; Plin. *H.N.* 18, 11, 27; al.), vel Picenus, a, um (Cic. *Brut.*, 14; Liv. 21, 62; 22, 9; Plin. *H.N.* 14, 3, 4 [39] al; vel Picens, tis, (Macrob. *Sat.* 2, 9; al.).

Mare Giallo Mer Jaune Mar Amarillo Yellow Sea Gelbes Meer

Mare Flavum, i, n.
Hoc mare alluit Sinas.

Margarita

Margaritopŏlis, is, f.
Haec urbs finibus Venetiolae continetur.
Margaritopolitani, orum; Margaritopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Margaritensis).

Mariana

Mariana, ae, f.
Marianenses, ium; Marianensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mariannensis).

Mariannhill

Collis Mariae, m.
Hoc oppidum finibus Rei publicae Africae Australis continetur.

Mariazell

Mariae Cella, f.
In hoc Austriae oppido est sacrarium mariale, quo multi pietatis causa accedunt.

Marienstatt

Locus S. Mariae, m.

Marilia

Marilia, ae, f.
Haec urbs finibus Brasiliae continetur.
Marilienses, ium; Mariliensis, e.

Maringá

Maringa, ae, f.
Est urbs Brasiliensis ac quidem in Civitate Paranensi posita.
Maringani, orum; Maringanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Maringaënsis).

Marmara (Mar di) **Mer de Marmara Mar de Marmara Sea of Marmara Marmara-Meer**

Propontis, ĭdis, vel ĭdos, f.
De hoc mari multi veteres scriptores commemorant.

Mar Morto Mer Morte Mar Muerto Dead Sea Totes Meer

Lacus Asphaltites, m.
Hic lacus, Mari Interno inferior et salsissimus, appellatus est ab asphalto (seu bitumine), quam gignere dicitur; plures scriptores veteres eum memorant. Sunt alia quoque nomina, veluti: Mare Mortuum apud Is. *Orig.* 13, 19, 3; Mare Deserti in S.S. *Ios.* 12, 3 vel Mare Solitudinis, ib. *Deut.* 4, 49; Mare Salinarum, ib. 2 *Reg.* 8, 13; Mare Salis, ib. *Gen.* 14, 3. Sed primum praeferendum.

Marna Marne

Matrŏna, ae, f.
De hoc flumine Galliae audi Ammian. 15, 11, 3: «A Belgis eandem gentem Matrona discindit et Sequana, amnes magnitudinis geminae, qui fluentes per Lugdunensem post circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetiam nomine, consociatim meantes protinus prope Castra Constantia funduntur in mare»; cfr. et Sidon. *Paneg. M.* 208; Auson. *Mosell.* 462.

Mar Nero Mer Noire Mar Negro Black Sea Schwarzes Meer

Pontus Euxinus, m.
Nomen repetitur a verbo Graeco εὔξεινος = *hospitalis*. De cuius vocabuli ratione haec apud Melam 1, 101, leguntur: «Pontus... olim ex colentium saevo admodum ingenio axenus (i.e. inho-

(*) Marocco Maroc Marruecos M[o]rocco Marokko: Marokium, ii, vel Marochium, ii, n. Marokienses, ium (Marochienses); Marokiensis, e (Marochiensis)

spitalis); post, commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus».

(*) **Marsala**

Lilybaeum, i, n.
Haec urbs, in extrema Sicilia occidentali sita, a Carthaginiensibus est condita saec. IV a.C.n. Cfr. Cic. *Divin.* 56: «Caecilius dicitur Graecas litteras Lilybaei, non Athenis didicisse».
Lilybaetani, orum; Lilybaetanus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae), vel Lilybaeus, a, um, vel Lilybeius, a, um.

Marshall (Insulae)

Insulae Marsallenses, f.
Hae insulae, in Oceania sitae, nomen acceperunt a navarcho Britanno Marshall, qui anno 1788 eas inspexit. Re quidem vera nomen *Marshall* a fonte Germanico ductum est, a *marah* (= equus) et *skalk* (= servus, minister). Media aetate nomen Latinum Marescalcus vel Marescallus invenitur; cum vero hic de nomine proprio agatur, id ad aures Latinas accommodandum putavi.

Marsiglia Marseille Marsella Marseille

Massilia, ae, f.; scribitur etiam Massalia; cfr. Martial. 13, 123; Sil. It. 15, 169; Tab. Peut.; Serv. ad Verg. *Aen.* 6, 60; Caes. *B.C.* 2, 1: «Massilia fere ex tribus oppidi partibus mari alluitur, reliqua quarta est, quae aditum habet ad terram»; al. Condita fuit a Phocaeensibus (incolis Phocaeae, urbis Ioniae; Μασσαλία vel Μασσαλίη).
Massilienses, ium, vel Massilitani, orum (Vitr. 10, 27); Massiliensis, e, vel Massalitanus, a, um (Martial. 3, 82), vel etiam Massaliotĭcus, a, um (Plin. *H.N.* 3, 4, 5 [33]; ex usu Curiae Romanae: Massiliensis).

Martigny Martinach

Octudurus, i, m.; appellabatur etiam Forum Claudii Vallensium; apud Rav. p. 237, est Octodurum (cfr. Tab. Peut.). Haec urbs, in valle Poenina sita, memoratur a Caesare *B.G.* 3, 1: «In vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus — qui vicus positus in valle, non magna adiecta planitie, altissimis montibus undique continetur».
Octodurenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 20, 24 [135]); Octodurensis, e.

Martinica Martinique

Martinica, ae, f.
Haec insula est una ex Antillis.
Martinicenses, ium; Martinicensis, e.

Maryborough

Mariaeburgum, i, n.
Est urbs Australiae.
Mariaeburgenses, ium; Mariaeburgensis, e.

Maryland

Terra Mariae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., quae appellata est e nomine non quidem B. Mariae Virginis, saltem non initio, sed uxoris Caroli I, Regis Britanniae, quae, Maria Henrica nuncupata, religionem catholicam profitebatur, quibus temporibus haec petebatur in Anglia. Terra Mariae, ut etiam in veteribus litterarum monumentis dicebatur, catholicis erat perfugio.

Masbate

Masbatum, i, n.
Est urbs Philippina.
Masbatenses, ium; Masbatensis, e.

Mascarene Mascareignes Mascareñas Mascarenes Maskarenen

Insulae Mascarenae, f.
Hae insulae in Oceano Indiano sitae sunt, non procul a Madagascaria.

rochiensis)

Mascate Masquat

Mascata, ae, f.
Est urbs princeps Civitatis Oman, cui phylarchus dominatur.
Mascatenses, ium; Mascatensis, e.

Maseru

Maseru, i, n.; non inclinatur in casus.
Est caput Lesothi.
Maseruënses, ium; Maseruënsis, e.

Mashhad

Masada, ae, f.
Masadenses, ium; Masadensis, e.

Massachussets

Massachuseta, ae, f.
Quo nomine Latine reddendo prope secutus sum Graecos recentes, a quibus ponitur Μασσαχουσέττη.
Ita appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Secundum sermonem autochthonum huic locutioni, cui ex Anglicae linguae usu littera *s*, pluralis numeri index, est addita, haec vis videtur esse subiecta: ad magnos colles (*massa - wad - shuash - et*; Egli 586).
Massachusetani, orum; Massachusetanus, a, um.

Massa Marittima

Massa Veternensis, f.
De hac urbe Tusciae Ammianus 14, 11, 27, commemorat. Quemadmodum notum est, verbo massae in seriore Latinitate fundus, possessio, praedium significatur.
Massani, orum; Massanus, a, um (cfr. AP).

Matadi

Matadium, ii, n.
Est oppidum Zairitanum.
Matadienses, ium; Matadiensis, e.

Matagalpa

Matagalpa, ae, f.
Est urbs Nicaraguae.
Matagalpenses, ium; Matagalpensis, e.

Matanzas

Matanzae, arum, f.
Est urbs Cubana.
Matanzenses, ium; Matanzensis, e.

Matapan (promunturium)

Taenărum, i, n. vel Taenărus, m. et f.
Scribitur etiam Graeco more Taenaron et Taenaros.
Est promunturium Peloponnesi. Memoratur a pluribus veteribus scriptoribus.

Matelica

Matilĭca, ae, f.
Est oppidum Umbriae; cfr. Grom.
Matilicates, ium (Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [113]); Matilĭcas, atis (cfr. Symm. pp. *Ep.* 1).

Matera

Mateŏla, ae, f.
Mateolani, orum; de his commemorat Plinius *H.N.* 3, 11, 16 (105).
Mateolanus, a, um (tamen ex usu Curiae Romanae: Materanensis).

Mathura

Methŏra, ae, f.
Hoc oppidum Indiae memoratur a Plin. *N.H.* 6, 19, 22 (70).
Methorani, orum; Methoranus, a, um.

Mato Grosso

Densa Silva, f.
Mato sermone Lusitano significat quidem vepretum. Sic appellatur ingens silva, quae Brasiliae sinu continetur.

Matrei

Matreium, i, n.
Est oppidum in Tiroli, non procul a Brennero iugo situm; cfr. Tab. Peut.; Itin. Anton.
Matreienses, ium; Matreiensis, e.

(*) Mauritania Mauritanie Mauritanien : Mauritania, ae, f Mauritani, orum; Mauritanus, a, um

Mauer

Murus, i, m.; cfr. OL; est oppidum prope Vindobonam situm.
Murenses, ium; Murensis, e.

(*) **Maurizio Ile Maurice Isla de Mauricio Mauritius**

Insula Mauriciana, f.
Haec insula, quae, perinde atque Henoseos Insula, Oceano alluitur Indico, appellationem traxit e nomine Mauricii, principis Nederlandici e domo Nassaviensi-Arausicana (*Nassau-Orange*; 1567-1625). Qui, re bellica optime gesta, prosperae fortunae patriae suae veluti auctor celebratur. Primum quidem Lusitani eam insulam reppererunt putantes eam esse Cernen (Cerne, es), de qua Plinius *H.N.* 6, 198, aliique veteres scriptores commemorant. Ab anno 1530 eam tenuerunt Hispani, quibus Nederlandienses non multo post eripuerunt, nomine Mauricii imposito. Quo tempore Galli insulae dominabantur (1721-1814), vocabatur Insula Gallica (*Ile de France*). Mauriciani, orum; Mauricianus, a, um.

Mazzara

Mazăra, ae, f.
Est urbs Siciliae, de qua apud Plin. *H.N.* 3, 8, 14 (90), in Itin. Anton., C.I.L. 10, p. 739, commemoratur.
Mazarenses, ium; Mazarensis, e.

Mbabane

Mebabanum, i, n.
Est urbs caput Suazilandiae. Nomen admodum peregrinum ad aures Latinas est accommodatum.
Mebabanenses, ium; Mebabanensis, e.

Mbandaka

Mebandaca, ae, f.; est urbs Zairitana. Mebandacani, orum; Mebandacanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Mbandakanus).

Mac Lennan

Maclennanum, i, n.
Est urbs Canadensis.
Maclennanenses, ium; Maclennanensis, e.

Meaux

Meldae, arum, f.
Nomen huius urbis Gallicae ductum est a Meldis (Meldi, orum), populo Galliae Celticae, deinde Lugdunensis appellatae, de quo Caes. *B.G.* 5, 3, et Plin. *H.N.* 4, 18, 32 (107) commemorant (item C.I.L. 13, 1, p. 463). Eorum oppidum in Tab. Peut. Fixtinnum Meldorum, in *Not. Gall.* 4-9, Civitas Melduorum, a Ven. Fort. *Carm.* 3, 27, Meldi vocatur.
Meldenses, ium; Meldensis, e.

Mecca

Mecca, ae, f.
Haec urbs ab Islamicae religionis sectatoribus magnopere colitur, cum ibi Mahometus sit ortus.
Meccani, orum; Meccanus, a, um.

Mecklenburgo Mécklembourg Mecklenburg

Megaloburgum, i, n.
Ab aliis ponitur Megalopŏlis, quod vocabulum minus aptum mihi videtur. Secutus sum potius Egli, 592, qui perhibet *Megaloburgium*. Nomen Germanicum conflatum est e prisco verbo *michil*, cuius vis est *magnus*, et *burg*, i.e. castrum.
Megaloburgenses, ium; Megaloburgensis, e.

Medan

Medanum, i, n.
Haec urbs, archiepiscopi sedes, finibus Rei publicae Indonesianae continetur.
Medanenses, ium; Medanensis, e.

Medellín

Metellinum, i, n.

Hoc nomine Romani oppidum in finibus Hispaniae Baeticae appellabant; cfr. Itin. Antonian. et Plin. *H.N.* 22, 35 (117), qui memorat «Metellinensem coloniam».
Metellinenses, ium (Plin. *N.H.* 4, 22, 35 [117]): Metellinensis, e (ex usu tamen Curiae Romanae: Medellensis).

Medellín (in Columbia)

Metellinum, i, n.; v. *Medellín* (in Hispania).
Metellinenses, ium; Metellinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Medellensis).

Medford

Medfordia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita.
Medfordienses, ium; Medfordiensis, e.

Medina

Medina, ae, f.
In hac urbe Arabiae Saudianae sepulcrum Mahometi celebratur.
Medinenses, ium; Medinensis, e.

Medina del Campo

Methymna Campestris, f.; cfr. BM. Est urbs Hispanica.

Medio Oriente Proche Oriente (le) **Proximo Oriente Near East Nahosten**

Oriens propinquus, m.

Mediterraneo (Mare) **la Mediterranée Mar Mediterráneo Mediterranean Sea Mittelländisches Meer**

Mare Internum, n., vel Nostrum (quod nomen minus apte adhibetur) vel, serius, Mare Mediterraneum.

Meerut

Merutum, i, n.
Est urbs Indica.
Merutenses, ium; Merutensis, e (ex usu Curiae Romanae: Meerutensis).

Mehrerau

Augia Maior, f.
Est monasterium Cisterciense intra fines Austriae positum.

Meiningen

Maininga, ae, f. (cfr. FB; BM) vel Meininga, ae, f. Est urbs Germaniae (R.D.G.).
Mainingenses, ium; Mainingensis, e.

Mekong

Mecongus, i, m.
Est magnus fluvius paeninsulae Indosinensis.

Melbourne

Melburnum, i, n.
Est nota urbs Australiae, caput Civitatis Victorianae.
Melburnenses, ium; Melburnensis, e.

Melfi

Melfia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Italica.
Melfitani, orum; Melfitanus, a, um.

Melk

Medelĭcum, i, n.
Ita praeclarum monasterium et continens oppidum Austriae appellantur (cfr. BM; FB; al.).
Medelicenses, ium; Medelicensis, e.

Melo

Melum, i, n.
Est urbs Uruguaiana.
Melenses, ium; Melensis, e.

Melun

Melodunum, i, n.
Haec urbs Galliae a Caesare, *B.G.* 7, 58, memoratur.
Melodunenses, ium; Melodunensis, e.

Melzo

Melpum, i, n.
Cfr. Plin. *H.N.* 3, 17, 21 (125): «Mel-

pum opulentia praecipuum».
Est oppidum Italiae.
Melpenses, ium; Melpensis, e.

Membré
Meduantum, i, n.
Est oppidum Belgicum; cfr. Tab. Peut.
Meduantenses, ium; Meduantensis, e.

Memel
v. Klaipeda.

Memmingen
Memminga, ae, f.
Est urbs Bavarica.
Memmingani, orum; Memminganus, a, um.

Memphis
Memphis, is, vel ĭdis, f.
Hoc nomine urbs olim celeberrima Aegypti appellabatur; quod nunc urbis in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sitae est proprium.
Memphitae, arum (sing. Memphita vel Memphites; cfr. Prob. *Verg. Georg.* 1, 19; Plin *H.N.* 5, 9, 9, [50]); Memphitanus, a, um.

Mende
Mimatum, i, n.; cfr. B; AP.
Haec urbs Galliae finibus continetur.
Mimatenses, ium; Mimatensis, e.

Mendez
Mendeza, ae, f.
Mendezenses, ium; Mendezensis, e.

Mendola Mendel
Mendolara, ae, f. (cfr. OL).
Est saltus montanus Provinciam Bauzanensem a Provincia Tridentina disterminans.

Mendoza
Mendoza, ae, f.
Haec urbs Argentina a Vicario Regis Hispaniae Garcia Hurtado de Mendoza anno 1559 nomen accepit (cfr. Egli, 597).
Mendozenses, ium; Mendozensis, e.

Meno Main
Moenus, i, vel Moenis, is, m;
Est notum flumen Germaniae, quod ex montibus Sudetis oriens, prope Mogontiacum in Rhenum influit; cfr. Tac. *Germ.* 28; Ammian. 17, 1, 6 (Menus); Mel. 3, 30(Moenis).

Mentana
Nomentum, i, n.
Est urbs pervetus Latii, unum ex iis oppidis, quae Tarquinius Priscus de antiquis cepit Latinis (Liv. 1, 38). Audi Columellam, 3, 3, 3: «Nomentana regio celeberrima fama est illustris et praecipue quam possidet Seneca, vir excellentis ingenii atque doctrinae, cuius in praediis vinearum iugera singula culleos octonos reddidisse compertum est». Nomentani, orum; Nomentanus, a, um.

Mentone Menthon
Lumo, onis, f., vel, ut posterius invaluit, Mentho, onis, f.; cfr. Itin Anton. Est urbs Galliae, non procul a Monoeco.
Lumonenses, ium, vel Menthonenses, ium; Lumonensis, e, vel Menthonensis, e.

Merano Meran
Meranum, i, n.
Hoc nomen deductum est, ut videtur, a voce Germanica *mari*, seu *Mur*, qua terrae labes significatur. Saeculo enim IX ineunte huiusmodi terrae labe oppressa est Maia, prisca sedes urbi finitima.
Meranenses, ium; Meranensis, e.

Mercedes
Mercedes, is, f.
Est urbs Uruguaiana.
Mercedenses, ium; Mercedensis, e.

Mergentheim
Mariae Domus, f.; cfr. BM.
Est urbs Germanica.

Merída (in Hispania)
Emerĭta, ae, f.
Haec urbs condita est a Caesare Augusto anno 25 a. Ch. n.; quapropter et Emerita Augusta dicebatur. De ea Plin. *N.H.* 4, 22, 35 (117) et alii commemorant; cfr. Prudent. *Perist.* 3, 1, sqq.: «Germine nobilis Eulalia, Mortis et indole nobilior, Emeritam sacra virgo suam, Cuius ab ubere progenita est, ossibus ornat, amore colit».
Emeritenses, ium; Emeritensis, e.

Merída (in Venetiola)
Emerĭta Venetiolae, f.
V. Mérida (in Hispania).
Emeritenses, ium, Venetiolae; Emeritensis, e, Venetiolae.

Merioneth
Mervinia, ae, f. (cfr. FB; BM; al.).
Est regio Britanniae, ac quidem Valliae Septentrionalis.
Mervinienses, ium; Merviniensis, e.

Mer Morte
v. Mar Morto.

Mesima
Medma, ae, f.
De hoc oppido Italiae meridianae commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 5, 10 (73); Mel. 2, 69.
Medmenses, ium; Medmensis, e.

Messico Mexique México Mexico
Mexĭcum, i, n.
Plenius nomen est: Foederatae Civitates Mexicanae (vulgo *Estados Unidos Mexicanos*).
Mexicani, orum; Mexicanus, a, um.

Messico México (Ciudad de)
Mexicopŏlis, is, f.
Est urbs princeps Mexici.
Mexicopolitani, orum; Mexicopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Mexicanus).

Messico Mexico (sinus)
Sinus Mexicanus, m.

Messina
Messana, ae. f.
Est urbs antiqua Siciliae; cfr. Sil. It. 14, 194: «Incumbens Messana freto minimumque revulsa / Discreta Italia atque Osco memorabilis ortu». Antiquitus Zancle appellabatur.
Messanenses, ium; Messanensis, e (est etiam: Messenii, orum; Messenius, a, um).

Messina (fretum)
Sicŭlum Fretum, n.; cfr. Mel. 2, 120; Plin. *H.N.* 3, 8, 14 (92); FLor. 3, 6 et 4, 8. Ab aliis vocatur Siciliense Fretum; cfr. Cic. *N.D.* 3, 10; vel Fretum Mamertinum (Messana enim et Mamertium dicebatur).

Mestre
Mestracum, i, n.
Est urbs Italica Venetiis conterminans.
Mestracenses, ium; Mestracensis, e.

Mesve
Massava, ae, (vel Masava, ae) f.
De hoc oppido Galliae in Tab. Peut. commemoratur.
Massavenses, ium; Massavensis, e.

Metelino (Lesbos)
Lesbus, i, f.
De hac insula Maris Aegaei Plinius, *H.N.* 5, 31, 39 (139) scribit: «Clarissima autem Lesbus — novem oppidis incluta».
Lesbii, orum, Lesbius, a, um, vel Lesbiăcus, a, um, vel, poetarum more, Lesbŏus, a, um.

Metz
Metae, arum, f.
Antiquum nomen est Divodurum, urbs princeps Mediomatricorum (cfr. Tac. *Hist.* 1, 63); Ammian. 15, 11. 9 et 17. 1, 2;

Not. Dign. occ. 11, 39; C.I.L. 13, 1). Hinc factum est, ut urbs ipsa Mediomatrici appellaretur. Malumus tamen nomen Metarum, media aetate inductum, usurpare.
Metenses, ium; Metensis, e.

Meuse
v. Mosa.

Mexicali
Mexicalia, ae, f.
Haec urbs Mexici finibus continetur.
Mexicalienses, ium; Mexicaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mexicalensis).

Miami
Miamia, ae, f.
Est nota urbs in Florida sita.
Miamienses, ium; Miamiensis, e.

Miarinarivo
Miarinarivum, i, n.
Est urbs Madagascariae.
Mindanaënses, ium; Mindanaënsis, e.

Michigan
Michigania, ae, f.
Ita appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen refertur ad *Magnum Lacum,* qui autochthonum sermone audiebat *mitshaw gan,* cuius locutionis priore verbo magnus, altero lacus significatur (Egli, 604).
Michiganiani, orum; Michiganianus, a, um.

Michigan (lacus)
Lacus Michiganus, m.

Micone
Mycŏnus, i, f.
Est insula maris Aegaei, una e Cycladibus, de qua plures veteres scriptores commemorant.
Myconii, orum; Myconius, a, um.

Middlesborough
Medioburgum, i, n.
Est urbs Britanniae; cfr. AP.
Medioburgenses, ium; Medioburgensis, e.

Middlesex
Middelsexia, ae, f. (cfr. OL); est regio Britanniae.
Middelsexienses, ium; Middelsexiensis, e.

Midway (Islands)
Insulae Medianae, f. Hae insulae, in Oceania sitae, Foederatis Civitatibus Americae Sept. sunt obnoxiae. Medianus est idem ac medius, quod adi. *midway,* ut Anglorum sermone dicitur, significat (cfr. Vell. 1, 2, 4: «Megaram, mediam Corintho Athenisque urbem, condidere» = *midway between Corinth and Athens*).

Milano Milan Milán Milano Mailand
Mediolanum, i, n.; interdum ponitur Mediolanium (Graeci enim scribebant Μεδιολάνιον; cfr. Liv. 5, 34). Sequiore aetate nomen exit quoque in — us; Mediolanus, f. cfr. Paulin. Petricord. *Vita S. Mart.* 1, 256: «Italiam pingit pulcherrima Mediolanus». Videtur esse vox Celtica *Med-lan,* i.e. terra fertilis vel planities (cfr. OP II, p. 239).
Mediolanenses, ium; Mediolanensis, e.

Mileto
Miletum, i, n.
Est urbs Siciliae: discernenda igitur a Mileto, vetere urbe Asiae Minoris (Miletus, i). Ponitur gen. neutr., siquidem hoc etiam ad hanc ipsam urbem, licet rarius, significandam occurrit; cfr. Mileton apud Rav.
Miletenses, ium; Miletensis, e.

Milwaukee
Milvaukia, ae, f.
Haec urbs, perfrequens et quaestuosis artibus conspicua, in Visconsinia est sita, una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Milvaukienses, ium; Milvaukiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Milvauchiensis).

Minas Gerais
Fodinae Generales, f.
Sic appellatur una e Civitatibus Brasiliae.

Mincio
Mincius, ii, m.
Hic fluvius, ex lacu Benaco oriens, Mantuam alluit; cfr. Verg. *Georg.* 3, 14; Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (118); Liv. 20 (118); Liv. 24, 10 et 32, 30; Cic. *Divin.* 27; al.

Mindanao
Mindanăum, ii, n.
Est una ex Insulis Philippinis.
Mindanaënses ium; Mindanaënsis, e.

Mindelheim
Mindelhemum, i, n. (cfr. FB); est oppidum Bavaricum.
Mindelhemenses, ium; Mindelhemensis, e.

Minden
Minda, ae, f.
Est urbs Germanica.
Mindenses, ium; Mindensis, e.

Minho
Minius, ii, m.
Est fluvius Lusitaniae, in Oceanum Atlanticum influens. Memoratur a Mela 3, 10; Plin. *H.N.* 20, 34 (112); Oros. *Hist.* 6, 21.

Minnesota
Minnesota, ae, f.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen derivatum est a flumine cognomini, quod sermone Dacotano, id est tribus Dacotarum, significabat amnem lucidum (Egli, 608).
Minnesotani, orum; Minnesotanus, a, um.

Minorca
Minorĭca, ae, f. Est una e Balearibus insulis; cfr. Sever. in *Ep. de Vand.* 1, 4.
Minoricenses, ium; Minoricensis, e.

Minsk
Miniscum, i, n.
Miniscani, orum; Miniscanus, a, um.

Minturno
Minturnae, arum, f.
De hac urbe multi veteres commemorant; cfr. Hor. *Ep.* 1, 5, 5,; Ovid. *Met.* 15, 716; Tac. *Hist.* 3, 47; al.
Minturnenses, ium (Liv. 23, 38; Cic. *Att.* 5, 1, al.); Minturnensis, e (Senec. *Contr.* 7, 2, 6).

Miranda
Miranda, ae, f.
Est oppidum Hispanicum.
Mirandenses, ium; Mirandensis, e.

Mirandola
Mirandŭla ae, f.
Mirandulani, orum; Mirandulanus, a, um.

Misnia Meissen
Misnia, ae, f.
Est urbs Germanica.
Misnienses, ium; Misniensis, e.

Missisippi
Missisipia, ae, f.
Quemadmodum in aperto est, haec Civitas, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., a maximo flumine, cui nomen est Missisipio, appellatur. Ex autochthonum sermone (qui *Pelles*

Rubrae solent vocitari) *misi* vel *missi* idem est ac magnus, *sipi* idem ac fluvius; atque adeo Missisippi magnum flumen significat (Egli, 610).
Missisipiani, orum; Missisipianus, a, um.

Missisippi (flumen)
Missisipius, i, m.; cfr. Missisippi (Civitas).

Missoula
Missula, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Missulani, orum; Missulanus, a, um.

Missouri
Missuria, ae, f.
Est una e Civitatibus Foederatis Americae Sept. Quo quidem nomine, autochthonum proprio, significatur flumen caenosum (Egli, 610).
Missuriani, orum; Missurianus, a, um.

Missouri (fluvius)
Missurius, ii, m.
Est flumen Foederatarum Americae Sept. Civitatum.

Misurina
Lacus Misurinianus, m. (cfr. C. Egger, *Tirolensia Latina*, p. 109).

Mitrowitz (Sirmio)
Sirmium, ii, n.
Haec urbs fuit olim caput Pannoniae inferioris; cfr. Eutrop. 9, 17; Ammian. 17, 13, 34, al.
Sirmienses, ium; Sirmiensis, e.

Mobile
Mobĭlis, is, f.
Hoc nomine urbs appellatur frequens et conspicua Alabamae, unius e Civitatibus Foederatis Americae Sept. Videtur quidem initio appellata esse *Mauvilla* (Egli 612).
Mobilienses, ium; Mobiliensis, e. (cfr. AP).

Modena
Mutĭna, ae, f.
Haec urbs, sub Romanorum imperio florentissima, a pluribus memoratur scriptoribus antiquis.
Mutinenses, ium (Frontin. *Strat.* 3, 14, 3); Mutinensis, e.

Modica
Mutўca, ae, vel Mutўce, es, f.
De hac urbe Siciliae commemoratur a Sil. It. 14, 268 et apud Rav.
Mutycenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 8 [91]); Mutycensis, e (Cic. *Verr.* 3, 43, 101).

Modigliana
Mutĭlum, i, n. vel plenius: Castrum Mutĭlum, n.; cfr. Liv. 31, 2 et 33, 37.
Mutilenses, ium; Mutilensis, e (cfr. AP).

Mogadiscio
Mogadisium, ii, n.
Nomen urbis principis Somaliae (Rei publicae Democraticae Somaliensis) sic ad linguae Latinae rationem est recte conformatum more Graecorum, qui nunc sunt, quique eam appellant Μογαδίσιο.
Mogadisienses, ium; Mogadisiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mogadiscioënsis).

Mohilev Mahilou
Mohilovia, ae, f.
Est urbs Russica (cfr. AP).
Mohilovienses, ium; Mihiloviensis, e.

Moldava Moldave Moldava Moldau
Moldava, ae, f.
Hoc flumen Bohemiae in Albim effunditur.

Moldavia Moldavie Moldavia Moldau
Moldavia, ae, f.
Est regio Dacoromaniae.
Moldavi, orum; Moldavus, a, um.

(*) vel Molucae.

Molfetta
Melfictum, i, n.
Ita appellatur haec urbs Apuliae in DG. Ab aliis (cfr. L) ponitur Natiolum.
Melfictani, orum; Melfictanus, a, um.

Molise
Regio Molisina, f.; cfr. L.
Molisini, orum; Molisinus, a, um.

Molsheim
Molshemum, i, n.
Est urbs Alsatiae; cfr. FB.
Molshemenses, ium; Molshemensis, e.

Molucche Moluques Molucas Moluccas Molukken
Insulae Molukenses (*), f.
Nomen horum insularum a fonte Malaico deductur. (*moloc* = summa rerum gravium, Egli, 615).

Monaco Munich München
Monachium, ii, n. (cfr. G al.) vel Monăcum, i, n.
Nomen deductum est a prisco verbo Germanico, a Romanis mutuo accepto, *munich*, quo monachus significatur (nunc dicitur *Mönch*).
Monacenses, ium; Monacensis, e.

Monaco (Principis Dicio)
Monoecus, i, m.
E nomine Herculis Monoeci (sic appellati — μόνος οἰκεῖ — «vel quod, pulsis omnibus . . . illic solus habitavit; vel quod in eius templo numquam aliquis deorum simul colitur», Serv. ad. Verg. *Aen.* 6, 831). Nomen igitur plenum est: Portus (arx, castellum) Herculis Monoeci, ut A. Bacci quoque in lexico suo perhibet, sed nimis longa videtur esse eiusmodi appellatio. Satis est ergo unum nomen Monoeci.
Monoecenses, ium; Monoecensis, e.

Monastir
Ruspina, ae, f.
Est nomen vetus huius urbis nunc in Iugoslavia sitae (cfr. Plin. *H.N.* 5, 4, 4 (25); Sil. It. 6, 3, 260; C.I.L. 8, p. 11 et 1160; Tab. Peut.).
Apud hanc urbem Caesar Pompeianos fudit.
Ruspinenses, ium; Ruspinensis, e.

Moncalieri
Mons Calerius, m. (cfr. L.).

Mönchen - Gladbach
Gladebacum (Monachorum), n. (circa Gladebacum cfr. OL).
Est urbs Germanica.
Gladebacenses, ium; Gladebacensis, e.

Moncton
Monctonia, ae, f.
Haec urbs Canadae finibus continetur.
Monctonienses, ium; Monctoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Monctonensis).

Mondovì
Mons Regalis vel Mons Vici, m. Cum prius nomen (Mons Regalis) adhibetur, opportune additur: in Pedemontio; sunt enim aliae urbes eo nomine appellatae; cfr. B; C; Reg. Parn.

Monguelfo Welsberg
Cella, ae, f.; cfr. I. Resch, *Annales Ecclesiae Sabionensis nunc Brixinensis*, Augustae Vindelicorum 1755, III, p. 97 (ad a. 823; *Fontes rerum Austriacarum* XXXI, p. 2:6 (ad. a. 1259).

Monopoli
Monopŏlis, is, f.
Monopolitani, orum; Monopolitanus, a, um.

Monreale
Mons Regalis, m.
Est urbs in Sicilia, prope Panormum sita (cfr. OL).

Monrovia
Monrovia, ae, f.
Est urbs caput Liberiae.
Nomen huius urbis, anno 1821 conditae, deductum est a Iacobo Monroe, tunc temporis Praeside Foederatarum Civitatum Americae Sept.
Monrovienses, ium; Monroviensis, e.

Mons
Mons Hannoniae, m.; cfr. DG.
Est urbs Belgica, quae etiam Mons Castrilŏcus (C) appellatur.
Montani, orum, Hannoniae; Montanus, a, um Hannoniae.

Monsee
Lunaelacus, us, m.
Est lacus Austriae; cfr. MGH, *Script.* IV, p. 550.
Lunaelacensis, e.

Monselice
Mons Silĭcis, m.
Ita a fodina silicis appellatur. Nomen occurrit apud. Rav., p. 257, 383, al.
Monsilicenses, ium; Monsilicensis, e.

Montabaur
Mons Tabor, m.
Est urbs Germanica.

Montalcino
Mons Alcinus, m.; cfr. IM.; est oppidum Tusciae.

Montalto
Mons Altus, i, m.

Montana
Montana, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quemadmodum Latinitatis cultores noverunt, ad significandam regionem «montanam» numerus pluralis neutri generis: montana, orum, solet adhiberi. Ad hanc vero Civitatem appellandam numerus singularis non perperam usurpatur.
Montaniani, orum; Montanianus, a, um. Hae voces sunt omnino Latinae; cfr. Senec., *Contr.* 9, 5, 17; C.I.L. 8, 4596.

Montana (in Helvetia)
Montana, ae, f.
Est vicus Helvetius.
Montaniani, orum; Montanianus, a, um.

Montauban
Mons Albani, m.
Est urbs Galliae.

Montbard
Mons Bardus, m; cfr. C.
Est oppidum Gallicum.

Montbazin
Forum Domitii, n.
De hoc oppido Galliae meridianae commemoratur in Itin. Anton, et in C.I.L. 11, 3281 - 3284. Quoad casum locativum v. *Forlì* (Forum Livii).
Forodomitienses, ium; Forodomitiensis, e.

Montbéliard
Mons Belliardus, i, m.
Cfr. FB. p. 437; apud C. p. 200, est Mons. Belligardus vel Pellicardus.

Montbrison
Mons Brisonis, m.; est oppidum Galliae; cfr. B.

Mont Cenis
Cenisius Mons, m.; cfr. BM; C.
Est editum iugum Alpium.

Monte Bianco Mont Blanc
Mons Albus, i, m.
Est notum Alpium cacumen altissimum, quippe quod 4810 metr. supra maris libram sit positum.

Monte Carlo
Mons Carolinus, i, m.
Est urbs in Dicione Monoeci posita, aleatorio insignis.

Monte Cassino Mont Cassin Monte Casino
Mons Cassinus, m. (Casinus).
Coenobium, hoc nomine appellatum, situm est in monte, quod olim castrum Casinum appellabatur (cfr. Greg. Magn. *Dial.* 2, 8; C.I.L. 14960).

Montecatini
Catinum, i, n.; cfr. L.
Est oppidum Tusciae.
Catiniani, orum; Catinianus, a, um.

Monte Cavo
Albanus mons, m.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 9 (69). 15, 29, 38 (126).
Eo in monte M. Marcellus triumphavit, non in Urbe, quam ovans solum modo adiit, ut Livius, 26, 21, narrat. Ibi praeclarum templum fuit Iovis Latiaris, ubi feriae Latinae quotannis celebrabantur (cfr. Liv. 1, 45; Cic. *Mil.* 31, 85).

Montecelio
Cornicŭlum, i, n.
De hoc oppido Latii Liv. 1, 38 et 39; Flor. 1, 11, 6, commemorant.
Corniculani, orum; Corniculanus, a, um.

Montes Claros
Montes Clari, m. plur. Est urbs Brasiliensis (adi. ex usu Curiae Romanae: Montislarensis).

Montefeltro
Mons Feletes, m.
Ita scriptum videmus hunc Umbriae montem (et urbem) apud Eugipp. *vit. S. Sever.* 44; apud Rav. p. 273, est: Monte Feltre; Procop. *Bell. Goth.* 2, 11. Ab aliis ponitur Mons Feretranus, m. vel Feretrum, n.
Feretrani, orum; Feretranus, a, um,

Montefiascone
Mons Faliscorum, m. (cfr. OL et al.).
Est urbs Italica.

Montenegro Crna Gora
Nigromontium, ii, n.
Nomen huius regionis Iugoslaviae eodem modo factum est, quo vocabulum Pedemontii (Pedemontium = *Piemonte*).
Nigromontani, orum; Nigromontanus, a, um.

Montepeloso
Mons Pelusius, m.; cfr. Sleumer s.v.

Montepulciano
Mons Politianus, m.
Est urbs Italica.

Montería
Monteria, ae, f.
Est urbs Columbiae.
Monterienses, ium; Monteriensis, e.

Monterotondo
Eretum, i, n. (Graece apud Strab. 5, 228: Ἠρητόν).
Est vetus oppidum in Latio situm ac quidem eo loco, ubi via Salaria cum Nomentana coniungitur. Memoratur a Liv. 3, 26 - 29, al.; Verg. *Aen.* 7, 711; in Itin Anton. p. 306; C.I.L. 9, p. 472 et 14, p. 439; al.
Eretini, orum; Eretinus, a, um (cfr. Tibull. 4, 8, 4).
Ab aliis ponitur Mons Rotundus, m.

Monte San Gennaro
Lucretĭlis mons, m.
De hoc monte in Sabinorum finibus sito plures veteres scriptores commemorant; cfr. Horat. *Carm.* 1, 17, 1: «Velox amoenum saepe Lucretilem / Mutat Lycaeo Faunus».

Monte Sant'Angelo
Lactarius Mons, m.

Est mons Campaniae in Italia. Cfr. Symm. *Ep.* 6, 17; Cassiod. *Hist. trip.* 11, 10. Eodem nomine oppidum ibi situm appellatur.

Montevideo
Mons Visivus, i, m.
Est caput Rei publicae Uruguaianae. F. Magellanus, cum, orbem terrarum circocumvectans, anno 1520 ad hunc locum appulisset, collem ibi exstantem, ad circumspiciendum et speculandum aptum, *Montevidi* appellavit (Egli, 618-619). Ab aliis ponitur Monsvideus vel Mons Videns. Alii nomen deducunt a Monte (S.) Ovidii (ex usu Curiae Romanae: Montisvidei).

Montgomery
Mons Gunderici, m.
Sic appellatur urbs caput Alabamae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Est quidem *Montgomery* nomen proprium familiae, ut nos vocamus, deductum a *Mont* et *Gomery, Gunderich,* quae vox a fonte Germanico est deducta; in hoc enim *gund* idem valet ac *gens, ric, ricja* idem ac *potens validus.* Ceterum Gundericus dicitur Latine, siquidem hoc nomen impositum erat filio regis Godegiseli eidemque fratri Genserici (cfr. M.G.H., *Chron, min.* II, pp. 20, 71. 72; Greg. Tur. *Franc.* 2, 2).

Monthey
Montheŏlum, i, n. (ex usu Curiae episcopalis Sedunensis); est oppidum Helvetiae.
Montheolani, orum; Montheolanus, a, um.

Montichiari
Mons Clarus, m.
Est oppidum Italiae.

Montigny
Montiniăcum, i, n.
Hoc nomine plura oppida Gallica appellantur.
Montiniacenses, ium; Montiniacensis, e.

Mont-Laurier
Lauromontium, ii, n.
Est urbs Canadensis.
Lauromontani, orum; Lauromontanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Montis Laurei).

Montmartre
Mons Martyrum, m.

Montpelier (in America)
Mons Pessulanus Americae, m.
Nomine Montis Pessulani urbs Gallica (v. *Montpellier*) vocatur. Quod ad appellandam urbem Foederatarum Americae Sept. Civitatum (quae est caput Montis Viridis) translatum est.

Montpellier
Mons Pessulanus, m.
Est urbs Gallica.

Montone
Itis, is, m.
Est fluvius Aemiliae in mare Hadriaticum se effundens; Plin. *H.N.* 3, 15, 20 (115); Liv. 5, 35.

Montreal
Mons Regalis, m.
Nomen vulgare *Montreal* deductum est a *Mont Royal* (cfr. Egli, 619). Sed ex usu Curiae Romanae magna haec urbs Canadensis appellatur Marianopolis, i.e. urbs Mariana seu Mariae.

Montreuil
Monasteriŏlum, i, n. Cfr. Egli, 619.
Monasteriolenses, ium; Monasteriolensis, e.

Montserrat (in Hispania)
Mons Serratus, m.
Hoc nomine est insigne Hispaniae monasterium. Serratus est participium verbi temporalis serrandi; cfr. apud veteres auctores: dentes serrati, folia serrata; serrati (nummi).

Montserrat
Mons Serratus, m.
Est una ex Insulis Antillis, Britannorum colonia.

Monviso
Mons Vesŭlus, m.
Hic mons editus et silvosus, in confinio Italiae et Galliae situs, memoratur a Verg. *Aen.* 10, 707: «Ac velut ille canum morsu de montibus altis — Actus aper, multos Vesulus quem pinnifer annos — Defendit»; item a Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (117): Solin. 2.

Monza
Modicia, ae, f.
Nomen Latinum huius urbis Italicae occurrit apud Paul Diac. *Hist. Langob.* IV, 22 et 49.
Modiciates, um (C.I.L. V, 5742);
Modicianus, a, um.

Moosburg
Mosburgum, i, n.
Est oppidum Bavaricum.
Mosburgenses, ium; Mosburgensis, e.

Moosonee
Musonia, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Musonienses, ium; Musoniensis, e.

Morano Calabro
Muranum, i, n.
cfr. C.I.L. 10, 6950; Tab. Peut.

Morat (lacus) **Murtensee**
Lacus Aventĭcus, m.
Hic lacus in Helvetia est situs.

Moravia Moravie Moravia Mähren
Moravia, ae, f.
Moravi, orum; Moravus, a, um.

Morelia
Morelia, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Morelienses, ium; Moreliensis, e.

Morimond
Morimundus, i; ita appellatum est quartum coenobium Cisterciense, abbatis sedes.

Morón
Moronia, i, n.
Haec urbs in finibus Rei publicae Argentinae est sita.
Moronienses, ium; Moroniensis, e (ex usu Curiae Romanae Moronensis).

Morondava
Morandava, ae, f.
Haec urbs Madagascariae finibus continetur.
Morondavenses, ium; Morondavensis, e.

Moroni
Moronium, ae, f.
Est oppidum princeps Insularum Comorianarum.
Moroniani, orum; Moronianus, a, um.

Mortara
Mortaria, ae, f.
Haec urbs Langobardiae canonicorum reg. coenobio S. Crucis, olim ibi constituto, inclaruit.
Mortarienses, ium; Mortariensis, e.

Mosa Meuse Maas
Mosa, ae, f.
Hoc flumen, oriens e monte Vosego, (Caes. *B.G.* 4, 10), currens per Ardennam Silvam et, Scaldi accepto, haud procul a Rheno in Oceanum Germanicum influit.

Mosca Moscou Moscú Moscow Moskau

Moscŭa, ae, f. Hoc modo nomen urbis principis Russorum a Matthia Casimiro Sarbieski, poeta Polono, est Latine redditum; ab aliis ponitur: Mosca vel Moscovia. Est tamen animadvertendum nomen Moscae sermonem Italicum redolere et nomen Moscoviae potius adiciendum esse regioni circumiacenti et flumini, Moscuam perfluenti. Moscuenses, ium; Moscuensis, e. Nomen incolarum ab aliis dicitur *Moschi* vel *Moscovitae,* adiectivum vero *Moschicus*. Verumtamen Moschi, de quibus Plinius *H.N.* 6, 10, 11 (13); Mela 1, 13 et 109 et 3, 39; Tacitus *Ann.* 13, 37; Lucanus 3, 276, alii, commemorant, olim Armeniam et Georgiam, quae nunc dicitur, incolebant et a Persis aetate Achaemenidum subacti sunt. Moschicus apud Melam (sed lectio est incerta) occurrit (et apud Graecos).

Moscou Moscú Moscow

v. Mosca.

Mosella Moselle Mosela Mosel

Mosella, ae, f.
Cfr. Ammian. 16, 3, 1; Tac. *Ann.* 13, 53; id. *Hist.* 4, 71.77; Sidon. *Ep.* 4, 17, 1; praesertim Auson. qui carmen composuit, quod *Mosella* inscribitur.
Adi. Mosellēus, a, um.

Moshi

Mosia, ae, f.
Haec urbs in Tanzania est posita.
Mosienses, ium; Mosiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Moshiensis).

Moskau

v. Mosca.

Mossul

Mausilium, ii, n.; cfr. BM.
Est urbs Iraquiae.
Mausilienses, ium; Mausiliensis, e.

Motherwell

Matrifons, tis,:. Ex usu Curiae Romanae nomen vulgare huius urbis Scoticae sic redditur: Matrisfons (*mother*=mater; *well*=fons), sed in verbis eiusmodi componendis non est cur littera *s* ponatur; cfr. matricida, matricidium.
Matrifontani, orum; Matrifontanus, a, um.

Moulins

Molinae, arum, f.
Est urbs Gallica.
Molinenses, ium; Molinensis, e.

Mount Hagen

Mons Haganonis, m.
Hoc oppidum in Nova Guinea situm est.
Quod ad formam Latinam nominis vulgaris Germanici *Hagen* attinet, cfr. Hagăno, onis.
Ex usu Curiae Romanae dicitur: Mons Hagensis.

Moutiers-en-Tarentaise

Monasterium in Darantasia; cfr. Tarantasia.
Monasterienses, ium, in Darantasia; Monasteriensis, e, in Darantasia.

Mozambico Mozambique

Mozambicum, i, n. Nomen regionis Africanae hac forma Latina indutum, occurrit apud Miraeum, p. 294.
Mozambicani, orum; Mozambicanus, a, um.

Mtwara

Metuara, ae, f.
Ita ad aures Latinas accommodatum est nomen vulgare oppidi in Tanzania positi.
Metuarenses, ium; Metuarensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mtuaranus).

Mukden

Mucden, n. Non inclinatur in casus.
Est urbs princeps Mantzuriae.
Mucdenenses, ium; Mucdenensis, e.

Mülheim

Mulhemum, i, n. (cfr. DGAM), vel Mulemum, i, n.
Est urbs Germanica.
Mulhemenses, ium; Mulhemensis, e.

Mulhouse Mülhausen

Mulhusa, ae, f. (cfr. FB: Mulhusia).
Est urbs Alsatiae.
Mulhusani, orum; Mulhusanus, a, um.

Multan

Multania, ae, f.
Haec urbs Pakistaniae finibus continetur.
Multanienses, ium; Multaniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Multanensis).

München

v. Monaco.

Munhall

Munhalla, ae, f.
Munhallenses, ium; Munhallensis, e.

Munich

v. Monaco.

Munkács Mukacevo

Muncasium, ii, n.
Muncasienses, ium; Muncasiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Munkacsiensis).

Münster

Monasterium, ii, n.
Est urbs Germanica.
Monasterienses, ium; Monasteriensis, e.

Mur

Mura, ae, f.
Est fluvius Austriae; cfr. S.

Murbach

Murbacum, i, n.
Est oppidum Alsatiae.
Muracenses, ium; Murbacensis, e.

Muret

Muretum, i, n. (cfr. FB).
Est urbs Gallica.
Muretenses, ium; Muretensis, e.

Muro Lucano

Numistro, onis, m. Est urbs Lucaniae, ubi Marcellus anno 210 a. Ch. n. cum Hannibale dimicavit; cfr. Liv. 28, 2; Frontin. *Strat.* 2, 2, 6.
Numistrani, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 11, 15); Numistranus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Muranus, a, um).

Murtensee

v. Morat.

Mushin

Musina, ae, f.
Est urbs Nigeriana.
Musinenses, ium; Musinensis, e.

Musoma

Musoma, ae, f.
Musomenses, ium; Musomensis, e (cfr. AP).

Mustair Münster

Monasterium, ii, n.
Est oppidum Helveticum.

Mzuzu

Mezuzum, i, n.
Est oppidum Malaviense.
Mezuzenses, ium; Mezuzensis, e (ex usu Curiae Romanae: Mzuzuensis).

N

Naab
Naba, ae, f.
Est fluvius Germaniae.

Nablus
Neapŏlis Palaestinae, f.
Haec urbs es loco est, quo olim Sichem fuit.
Neapolitani, orum, Palaestinae; Neapolitanus, a, um, Palaestinae.

Nagasaki
Nagasakium, ii, n.
Est urbs Iaponica.
Nagasakienses, ium; Nagasakiensis, e.

Nagpur
Nagpura, ae, f.
Est urbs Indica.
Nagpurani, orum; Nagpuranus, a, um.

Nagykapornak
Capornacum, i, n. (cfr. OL).
Hoc nomine oppidum et monasterium in Hungaria sita appellatur.
Capornacenses, ium; Capornacensis, e.

Nahe
Nava, ae, f.
Hic fluvius Germaniae, qui in Rhenum effunditur, a Tacito, *Hist.* 4,70, et Ausonio, *Mosell.* 1, memoratur.

Nairobi
Nairobia, ae, f.
Si vera sunt, quae Ioannes Trunec (*Durch das Land der Mau-Mau nach dem Tage X*) narrat, in loco, ubi nunc est Nairobia, pauca fuerunt, anno 1903, autochthonum mapalia. Indigenae (*Massai*), cum ab Europaeis interrogarentur, quomodo locus appellaretur, responderunt: «Nai'robi»; cum enim non intellegerent verba ab Europaeis prolata, sermone suo illa locutione usi, dicebant: «Hic frigus est» (=*nai' robi*). Ita e fortuito dicta sententia, nomen urbis, nunc perpulchrae, ortum esse videtur.
Nairobienses, ium; Nairobiensis, e.

Namen
v. Namur.

Namibia
Namibia, ae, f.
Hoc nomen inductum est ad Africam australem-occidentalem (*Africa Sud-Ovest, Sud-Ouest Africain, Africa del Suroeste, South-East Africa, Südwestafrika*) appellandam.
Namibienses, ium; Namibiensis, e.

Nampula
Nampula, ae, f.
Est oppidum Mozambicanum.
Nampulenses, ium; Nampulensis, e.

Namur Namen
Namurcum, i, n.
Est urbs Belgica; cfr. BM; al.
Namurcenses, ium; Namurcensis, e.

Nanchino Nangking
Nankinum, i, n.
Nomine perfrequentis huius urbis Sinensis «sedes meridiana» dicitur significari.
Nankinenses, ium; Nankinensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nanchinensis).

Nancy
Nanceium, i, n.
Est urbs Galliae.
Nanceienses, ium; Nanceiensis, e.

Nangis
Nangiacum, i, n.
Est urbs Gallica; cfr. C; B.
Nangiacenses, ium; Nangiacensis, e.

Nanterre
Nemetodurum, i, n.
Est urbs Gallica.
Nemetodurenses, ium; Nemetodurensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nemptodurensis).

Nantes
Namnetes, ium, f.
Nomine Namnetum (m.) gens Galliae Celticae olim appellabatur (cfr. Caes. *B.G.* 3, 9; Plin. *H.N.* 4, 18, 32 [107]; C.I.L. 13, 1 ip. 483; al.); ex qua oppidum eius princeps (nunc est urbs spectabilis) posterius est nuncupatum. Ab aliis ponitur: Nannetes.
Namnetenses, ium; Namnetĭcus, a, um (cfr. Venant. tit. 3, 4; *vita S. Germ.* 39; ex usu Curiae Romanae: Nannetensis).

Napoli Naples Nápoles Naples Neapel
Neapŏlis, is, f.
Haec urbs, quae et Parthenŏpe, es, a multis veteribus celebratur.
Neapolitani, orum; Neapolitanus, a, um.

Narni
Narnĭa, ae, f.
Cfr. Serv. *ad Verg. Aen.* 7, 517; al. Olim Nequinum audiebat, unde incolae Nequinates vocabantur (Liv. 10, 9-10).
Narnienses, ium; Narniensis, e.

Narva Narwa Narowa
Narva, ae, f.
Est flumen Russiae.

Narvik
Navicus, i, m.
Est oppidum Norvegiae.
Narvicenses, ium; Narvicensis, e.

Nashua
Nasŭa, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Nasuani, orum; Nasuanus, a, um.

Nashville
Nasburgum, i, n.; cfr. AP.
Ita caput Tennesiae appellatur, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Nasburgenses, ium; Nasburgensis, e.

Nassau
Nassavia, ae, f.
Sic urbs caput Insularum Bahamensium vocatur. Haec autem urbs in illa est insula sita, quam Christophorus Columbus die 12 mensis Octobris anno 1492 detexit et e nomine Salvatoris appellavit.
Nassavienses, ium; Nassaviensis, e.

Natal (in Brasilia)
Natalia, ae, f.

Nomen Nataliae, mulieribus inditum quidem (cfr. Mart. Rom.), ad hanc urbem Brasiliensem appellandam apte translatum est.
Natalienses, ium; Nataliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Natalensis).

Natchez

Natzesium, ii, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Natzesienses, ium; Natzesiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Natchetensis).

Natitingou

Natitingum, i, n.
Oppidum hoc nomine appellatum in Dahomeia seu Benino est positum.
Natitingenses, ium; Natitingensis, e (ex usu Curiae Romanae: Natitinguensis).

Naumburg

Naumburgum, i, n. Est urbs Germaniae, quae etiam Numburgum interdum Latine vocatur (cfr. G).
Naumburgenses, ium; Naumburgensis, e.

Nauru

Naurum, i, n.
Est Res publica, in Oceania sita.
Naurenses, ium; Naurensis, e.

Navarra

Navarra, ae, f.
Est provincia Hispaniae.
Navarri, orum; Navarrus, a, um.

Navigatori (Isole) **Schifferinseln**

Navigatorum Insulae, f.

Nawangar

Navangaria, ae, f.
Est urbs Indica.
Navangarienses, ium; Navangariensis, e.

Naxos

Naxus, i, f., vel Naxos, i, f.; accus.: Naxon.
Est nota insula Maris Aegaei, una e Cycladibus (cfr. Plin. *H.N.* 4, 12, 22 [67]).
Naxii, orum; Naxius, a, um; vel Naxĭcus, a, um; vel Naxiăcus, a, um.

Nazareth

Nazareth, f.; non inclinatur in casus. Est tamen etiam forma Latina Nazăra, ae, f.
Nazarethani, orum; vel Nazareni, orum; Nazarethanus, a, um, vel Nazarenus, a, um, vel Nazărus, a, um.

N'Djamena

Nediamena, ae, f.
Sic ad aures Latinas accommodandum esse videtur nomen urbis principis Tzadiae (*Tchad*), quae olim *Fort Lamy*, Latine Castrum Lamyense (Arx Lamy AP) appellabatur (e nomine F.I.A. Lamy, viri Galli, bellica laude illustris).
Nediamenenses, ium; Nediamenensis, e.

Ndola

Nedola, ae, f.
Nomen perquam peregrinum huius oppidi Zambiani ad aures Latinas paulum accommodatum est.
Nedolenses, ium; Nedolensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ndolaënsis).

Neapel

V. Napoli.

Nebraska

Nebrasca, ae, f.
Sic nuncupatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quo quidem nomine, autochthonum proprio, amnis, qui tenui aqua fluit, seu flumen aequum significari videtur (Egli, 618).
Nebrascani, orum; Nebrascanus, a, um.

Neckar

Nicer, cri, m.
Quo nomine flumen Germaniae significatur, ex monte Alba oriens et in Rhenum se effundens. A Vopisco, *Prob.*, 13, Auson. *Mosell.* 423, Sidon. *carm.* 7.324, aliis, de eo commemoratur.

Neisse

Nissa, ae, f.
Ab aliis ponitur Nisa, ae. Hoc nomine, quo flumen appellatur, fluvius in planitie seu in valle decurrens significatur (cfr. Egli, 610).

Nellore

Nellorium, ii, n.
Est urbs Indica.
Nellorienses, ium; Nelloriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nellorensis).

Nelson

Nelsonia, ae, f.
Haec urbs Canadensis, e nomine Horatii Nelson, navarchi Britannici, ut liquet, est appellata; cfr. Vasintonia (*Washington*).
Eodem nomine et urbs Novozelandiensis vocatur.
Nelsonienses, ium; Nelsoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nelsonensis).

Nelson (fluvius)

Nelsonius, ii, m.
Est fluvius Canadensis, e lacu Vinnepegano effluens.

Nemi

Nemus, ŏris, n.
De hoc oppido Latii plures veteres scriptores commemorant, ut Serv. *ad Verg Aen.* 7, 516; Senec. *Hipp.* 406 (agitur de nemore Dianae sacro).
Nemorenses, ium; Nemorensis, e (cfr. Cic. *Att.* 6, 1: «Caesarem in Nemorensi aedificando diligentiorem fore»).

Nemi (lacus)

Aricinus Lacus, m.; cfr. Ovid. *Fast.* 3, 261; Iuven. 3, 12.

Nemours

Nemosium, ii, n. (cfr. B); ab aliis ponitur Nemorosium (cfr. C). Est urbs Galliae.
Nemosienses, ium; Nemosiensis, e.

Nepal

Nepalia, ae, f.
Autochthonum sermone haec regio montuosa audit *Nipal*. Nomen deductum est a verbis Sanscritis *nipa* (=ad radices montis) et *alaya* (=sedes); cfr. Egli, 640.
Nepaliani, orum; Nepalianus, a, um.

Nepi

Nepe, es, f. vel Nepete, es, f.
Est apud Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (52), etiam Nepet sine flexu.
Nepetini, orum (cfr. Liv. 6, 9 et 10; C.I.L. 8, 9368. 10, 6440); Nepesinus, a, um.

Nesqually

Nesqualia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Nesqualienses, ium; Nesqualiensis, e.

Nettuno

Neptunium, ii, n.
Est oppidum Latii, ad oram maris Tyrrheni.
Adiectivum Neptunius, a, um, quo optimi scriptores veteres usi sunt, ad hoc oppidum appellandum usurpatum est.
Neptunienses, ium; Neptuniensis, e.

Neubrandenburg

Novobrandenburgum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Novobrandenburgenses, ium; Novobrandenburgensis, e.

Neuchâtel

Neocomum, i, n. (cfr. L).
Est urbs Helvetiae.
Neocomenses, ium; Neocomensis, e.

Neuchâtel Neuenburg (Pagus)

Pagus Neocomensis, m.; cfr. OL. Est Pagus seu Civitas Helvetiae.

Neufundland

v. Terranova.

Neuhof

Nova Curia, af. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Novocurienses, ium; Novocuriensis, e.

Neumagen

Noviomăgus Treverorum, m. Commemoratur ab Ausonio, *Mosell.* 10, in C.I.L. 13, 1, p. 646; Itin. Ant. p. 371, Rav. (Nobia).
Est urbs Germanica.
Noviomagenses, ium; Noviomagensis, e.

Neumarkt

v. Egna.

Neumünster

Novum Monasterium, n.
Est urbs Germaniae (in Holsatia).
Novomonasterienses, ium; Novomonasteriensis, e.

Neuötting

Ottinga Nova, f.
Est oppidum Germaniae.

Neuquen

Neuquenum, i, n.
Est urbs, quae finibus Argentinae continetur. Eodem nomine provincia eiusdem Civitatis appellatur.
Neuqueniani, orum; Neuquenianus, a, um (cfr. AP).

Neuss

Novesium, ii, n.
Est urbs Germaniae, de qua veteres scriptores commemorant (Tac. *Hist.* 4, 26, 33, 35 etc.; Ammian. 18, 2, 4; Tab. Peut.). Media aetate nomen Latinum: Nussia, ae, f. invaluit.
Novesienses, ium; Novesiensis, e.

Neustadt

Neostadium, ii, n.; cfr. N.
Plura oppida Germaniae et Austriae hoc nomine appellantur.
Neostadienses, ium; Neostadiensis, e.

Neustift

v. Novacella.

Neuville

Novum Oppidum, n.
Plura oppida Galliae hoc nomine appellantur.
Novoppidani, orum; Novoppidanus, a, um.

Nevada

Nivata, ae, f.
Ita appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Verbum Hispanicum *nevada* (cfr. *Sierra Nevada*) idem valet ac: nive cooperta, nivea. Est tamen in lingua Latina participium nivatus, a, um, id est nive refrigeratus; cfr. Suet. *Ner.* 27: «refotus saepe calidis piscinis ac tempore aestivo nivatis»; Petron. 31: «nivata aqua», e.a. Placuit igitur hoc verbum inducere ad Civitatem istam significandam.
Nivatenses, ium; Nivatensis, e.

Nevers

Nevirnum, i, vel Nivernum, i, n.
Appellabatur olim Noviodunum (cfr. Caes. *B.G.* 7, 55). Memoratur in *Not. Gall.*, C.I.L. 13, 1 p. 405 et 433; Itin. Ant. p. 367 (Evirnum).
Nevirnenses, ium; Nevirnensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nivernensis).

Newark

Novarcum, i, n.; cfr. AP.
Haec urbs Foederatis Civitatibus Americae Sept. continetur.
Novarcenses, ium; Novarcensis, e.

New Brunswick

Nova Brunsviga, f.
Est provincia Canadensis (v. Brunswick).
Novobrunsvigenses, ium; Novobrunsvigensis, e.

Newcastle-on-Tyne

Novum Castrum, n. (cfr. DGAM).
Est oppidum Britanniae; potest addi: super Tynam (cfr. OL).
Novocastrenses, ium; Novocastrensis, e.

New England

Nova Anglia, f.
Est insula Oceaniae.

Newfoundland

v. Terranova.

New Ireland

Nova Hibernia, f.

New Jersey

Nova Caesarĕa, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen insulae positae in mari, quod Galliam et Britanniam interluit, et vulgo *Jersey* appellatae, Latine redditur vocabulo Cesareae.
Novocaesarienses, ium; Novocaesariensis, e.

New Mexico

Novum Mexĭcum, n.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen regionis, quae olim sub Hispanica dicione tenebatur, interpretatione non indiget.
Novomexicani, orum; Novomexicanus, a, um (cfr. vetus adiectivum Novocomensis apud Cic. *Fam.* 13, 35 e. a., id est pertinens ad Novum Comum).

New Norcia

Nova Nursia, f.
Ita appellatur monasterium, abbatis sedes, in Australia.
Novonursini, orum; Novonursinus, a, um.

New Orleans

Nova Aurelia, f.
Haec urbs frequens sita est in Ludoviciana, Foederata Civitate Americae Sept.

New South Wales

v. Nuovo Galles del Sud.

Newton

Neotonia, ae, f.
Haec urbs in Hiberniae insulae regione, quae Huntonia (*Ulster*) appellatur, est sita. Nomine *Newton* novum oppidum significatur (*ton=town*, olim *tuun, tûn, tounne, toun*: cfr. Celt. *dun, -dunum*; Germ. med. aet. *zûn*, Germ. rec. *Zaun* - munitio, saepes).
Neotonienses, ium; Neotoniensis, e.

New Ulm

Nova Ulma, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Novulmenses, ium; Novulmensis, e (ex usu Curiae Romanae: Novae Ulmae).

New Wales

v. Nuovo Galles.

New York (Civitas)

Novum Eboracum, n.; vel Civitas Novoëboracensis, f. Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.

New York (urbs)

Novum Eboracum, n.; ab aliis ponitur Neoëboracum, i. Nomen Eboraci, quo Britanniae urbs appellatur, scriptum invenimus apud Eutrop. 8, 19 et 10; C.I.L. 8, 248.

(*) Nicaragua: Nicaragua, ae, vel Nicaragua, ae (Bacci); Nicaraguani, orum (Nicaraguani); Nicaraguanus, a, um (Nicaraguanus).

Novoëboracenses, ium, vel Neoëboracenses, ium; Novoëboracensis, e, vel Neoëboracensis, e (ex usu Curiae Romanae: Neo-Eboracensis).

New Westminster

Novum Vestmonasterium, n.
Est urbs Canadensis, non procul a Vancuverio sita.
Novovestmonasterienses, ium; Novovestmonasteriensis, e.

Ngwane

Negavania, ae, f. Hoc nomen interdum inducitur ad Suazilandiam significandam; cfr. *Swaziland*.

Nhatrang

Natranga, ae, f.
Est urbs Vietnamiensis.
Natrangenses, ium; Natrangensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nhatrangensis).

Niagara

Niagara, ae, f.
Sunt qui arbitrentur nomen autochthonum sermone tonitruum significasse. Qua quidem appellatione cadentes aquae (in Foed. Civ. Americae Sept.) comprehenduntur.

Niamey

Niameia, ae, f.
Est caput Nigris seu Civitatis Nigritanae.
Niameienses, ium; Niameiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Niameyensis).

(*)

Nicastro

Neocastrum, i, n.
Neocastrenses, ium; Neocastrensis, e (cfr. AP).

Nice

v. Nizza.

Nicolet

Nicolaëtum, i, n.
Est urbs Canadensis.
Nicolet est forma *hypochoristica*, quam dicunt, nominis Gallici *Nicolas* (Nicolaus).
Nicolaëtani, orum; Nicolaëtanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Nicoletanus).

Nicosia

Nicosia, ae, f., quae et Leucosia, f.
Est urbs caput Cypri.
Nicosienses, ium; Nicosiensis, e.

Nicosia (in Sicilia)

Herbĭta, ae, f.
Apud Rav., p. 404, scribitur sine aspiratione Arbita. Est urbs Siciliae mediterraneae.
Herbitani, orum; Herbitanus, a, um.

Nicotera

Nicotĕra, ae, f.
Fuit olim mansio, inter Regium et Vibonem in Bruttiis, de qua in Itin. Anton. commemoratur.
Nicoterenses, ium; Nicoterensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nicotriensis).

Niederaltaich

Altacha Inferior, f.
Hoc nomine monasterium cum continente vico in Bavaria positum appellatur.

Niederbayern

Bavaria Inferior, f.

Nieuw Amsterdam

Novum Amstelodamum, n.
Novoamstelodamenses, ium; Novoamstelodamensis, e.

Niger

Niger, gris, m. Ita appellatur Civitas Africana. Re quidem vera est nomen fluminis magni, quod in Atlante monte ortum, in sinum Guineanum effunditur. Non pertinet ad verbum adiectivum *niger, a, um*, sed est vox peregrina; videtur enim sermone Berberorum, quos dicunt, olim audivisse *n-eghirreu*, quod idem valet ac fluvius (Egli, 512). A Graecis vocabatur Νίγιρ vel Νίγειρ.
Ceterum origo externa ipso nominis flexu comprobatur: gen: Nigris (Plin. *H.N.* 8, 21 [77]; Solin., 25); dat.: Nigri (Plin. op. mem. 5, 8, 8 [44]); acc.: Nigrim (id., op. mem., 5, 10 [53]; abl.: Nigri (Solin. 30).
Nigritani, orum; Nigritanus, a, um. Est vox nova, nam gens hunc accolens fluvium a veteribus appellabatur Nigritae vel Nigretes. Quod nomen, cum latius olim patuerit, ad significandum populum ipsius huius Rei publicae aptum esse haudquaquam videtur.

Niger (fluvius)

Niger gris, m.; dat. gri; acc. grim; abl. gri.
Magnum hoc flumen in Atlante monte ortum, in sinum Guineanum effunditur. Non pertinet ad adi. *niger, a, um*, sed est vox peregrina; videtur enim sermone Berberorum, quos dicunt, olim audivisse *n-eghirreu*, quod idem valet ac fluvius (Egli, 512).

Nigeria Nigerien

Nigeria, ae, f.
Haec Civitas Africana e flumine Nigri, ut liquet, nomen accepit.
Nigeriani, orum; Nigerianus, a, um.

Nilo Nil Nile Nil

Nilus, i, m.
Veteres, in originatione nominum minus periti, affirmaverunt Nilum dictum esse «quasi νεὰν ἰλύν, hoc est novum limum trahentem (Serv. ad Verg. *Aen.* 9, 30).
Recentioribus placet nomen ducere a prisco verbo Aegyptio *nu* vel *nun*, quo significatur nova aqua (ex inundatione; cfr. Brugsch, *Ägyptol.*, p. 27).
Niliăcus, a, um (cfr. Martial. 11, 14; 8, 81; al.) vel Nilĕus, a, um (Optatian. *Paneg.* 18, 30).

Nimega Nimègue Nimega Nimwegen Nijmegen

Noviomăgus Batavorum; vox *Batavorum* potest omitti. Cfr. Tab, Peut.; Itin. Anton.; C.I.L. 13, 2, p. 619; al.
Noviomagenses, ium (Batavorum); Noviomagensis, e (Batavorum).

Nîmes

Nemausus, i, m.
Interdum scribitur Nemausum, i, n. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (37); Mel. 2, 75; Sidon. *Ep.* 2, 10; Ammian. 15.11.14; C.I.L. 12, p. 381, 833, 863; al.
Nemausenses vel Nemausienses, ium (Suet. *Tib.* 13; al.); Nemausensis, e (Nemausiensis; ex usu Curiae Romanae: Nemausensis).

Niort

Niortum, i, n.
Est urbs Gallica.
Niortenses, ium; Niortensis, e.

Nisida

Nesis, ĭdis, f.; acc. exit in — dem vel in — da. Est parva insula, in sinu Cumano, inter Puteolos sita et Neapolim. Cfr. Cic. *Att.* 1l, 1, 3 et 4. Senec. *Ep.* 53; Lucan. 6, 90; Plin. *H.N.* 19, 8, 42 (146); al.

Niteroi

Niteroia, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Niteroienses, ium; Niteroiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nictheroyensis).

Nitra

Nitria, ae, f.; cfr. AP.
Est urbs in Tzechoslovakia sita.
Nitrienses, ium; Nitriensis, e.

Nizza Nice

Nicaea, vel plenius Nicaea ad Varum, f. Haec urbs in Gallia Narbonensi posita a pluribus scriptoribus veteribus memoratur, veluti ab Ammiano, 15, 11, 15; Livio, *Epit.* 47; Plinio, *H.N.* 3, 5, 7 (47).
Nicenses, ium; Nicensis, e (cfr. «Nicense castellum» apud Hilarum Pp. *Ep.* 12).

Nizza (in Pedemontio)

Nicia, ae, f.; cfr. L.
Nicienses, ium; Niciensis, e.

Nkongsamba

Necongsamba, ae, f.
Est oppidum Cammaruniae.
Necongsambenses, ium; Necongsambensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nkongsambensis).

Nocera Inferiore

Nuceria Alfaterna, f.
Ita a Livio, 9, 41, appellatur (Graece *Diod.* 49, 65: Νουκερία Ἀλφατέρνα).
Nucerini Alfaterni; Nucerinus Alfaternus (ex usu Curiae Romane: Nucerinus Paganorum).

Nocera Umbra

Nucera, ae, f.
Memoratur in Tab. Peut.; Itin. Ant.; et alias.
Nucerini, orum (cfr. Tac. *Ann.* 14, 17; al.); Nucerinus, a, um.

Nogara

Nogaria, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Nogarienses, ium; Nogariensis, e.

Nogent

Novigentum, i, n.; cfr. B et C; dicitur plenius: Novigentum ad Matrŏnam (*Nogent-sur-Marne*).
Novigentenses, ium; Novingentensis, e.

Nola

Nola, ae, f. De hac urbe Campaniae non pauci veteres scriptores et ethnici et christiani commemorant. Cfr. Sil. It. 12, 162: «Campo Nola sedet crebris circumdata in orbem/Turribus et celso facilem tutatur adiri / Planitiem vallo».
Nolani, orum; Nolanus, a, um.

Nonantola

Nonantŭla, ae, f.
Est nomen prisci monasterii et oppidi Italiae (cfr. «Breviarium... Nonantule... a. 1480 impressum»).
Nonantulani, orum; Nonantulanus, a, um.

Nonsberg

v. Val di Non.

Norcia

Nursia, ae, f.
Pluries a veteribus memoratur (Suet. *Aug.* 12; Plin. *H.N.* 18, 13, 34 (130), al.).
Nursini, orum; Nursinus, a, um.

Nord (Mare del) Mer du Nord Mar del Norte North Sea Nordsee

Mare Germanĭcum, n.

Norden

Nordĕnum, i, n.
Est urbs Germanica; cfr. L.
Nordenenses, ium; Nordenensis, e.

Norderney

Norderneia, ae, f. (cfr. OL).
Est insula Frisiae.
Norderneienses, ium; Norderneiensis, e.

Nordhausen

Nordhusa, ae, f.; cfr. OL; Förstemann, s. v.
Est oppidum Germaniae.
Nordhusani, orum; Nordhusanus, a, um.

Nordrhein-Westfalen

Rhenania Septentrionalis-Vestfalia, f.

Norfolk

Norfolkia, ae, f. (cfr. OL).
Est regio Britanniae.
Norfolkienses, ium; Norfolkiensis, e.

Norfolk (insula)

Norfolkia, ae, f.
Est insula Oceaniae.
Norfolkienses, ium; Norfolkiensis, e.

Norimberga Nuremberg Nürnberg

Norimberga, ae, f.
Est urbs Germaniae. Prior pars nominis fortasse deducta est a prisca voce *nürn* (=rupes), altera montem significat (cfr. Förstemann, II, 413).
Norimbergenses, ium; Norimbergensis, e.

Normandia Normandie Normandía Normandy Normandie

Normannia, ae, f.; cfr. DG.
Est regio Galliae, e nomine Normannorum, i.e. «virorum septentrionalium», qui olim eo irruperunt, appellata.
Normannienses, ium; Normanniensis, e.

Northampton

Northantonia, ae, f.
Est urbs Britanniae; appellatur interdum et Antona Borealis (FB) vel Antona Septentrionalis (OL).
Northantonienses, ium; Northantoniensis, e.

North Carolina

Carolina Septentrionalis, f.
Regionibus, quae in finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum, Carolina Septentrionalis et Meridiana appellantur, nomen inditum est propter honorem Caroli I, Regis Britanniae.
Carolinenses Septentrionales; Carolinensis Septentrionalis.

North Dakota

Dacota Septentrionalis, f.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Dacotae, quo nomine *socii* significantur, haud ignobilem tribum autochthonum, quos *Pelles Rubras* vocitant, efficiebant.
Dacotani Septentrionales; Dacotanus Septentrionalis.

Northumberland

Northumbria, ae ,f.
Est regio Britanniae.

North Sotho

Sothum Septentrionale, n.
Est una e Bantustaniis (v.).

Norton

Nortonia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Nortonienses, ium; Nortoniensis, e.

Norvegia Norvège Noruega Norway Norwegen

Norvegia, ae, f.
Norvegienses, ium; Norvegĭcus, a, um, vel Norvegiensis, e.

Norwich

Norvicus, i, m. (cfr. DGAM); olim Venta Icenorum, de qua in Itin. Ant. commemoratur, haec urbs Britannica appellata esse videtur.
Norvicenses, ium; Norvicensis, e.

Noto

Netum, i, n. Graeci posuerunt Νῆτον. Est urbs Siciliae prope Pachynum, quae memoratur a Cicerone, *Verr.* 4, 26, 59 et Silio It. 14, 268.
Netini, orum (Plin. *H.N.* 3, 8, 14 [90]; Cic. *Verr.* 5, 22, 56, et 51, 133); Netinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Netensis).

Nottingham

Nottingamia, ae, f.; cfr. FB.
Est urbs Britanniae.

Nottingamienses, ium; Nottingamiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nottinghamensis).

Notton
Nottonia, ae, f.
Est vicus Britannicus.
Nottonienses, ium; Nottoniensis, e.

Nouméa
Numēa, ae, f.
Haec urbs in Nova Caledonia (Oceania) est sita.
Numeani, orum; Numeanus, a, um (cfr. AP).

Nouna
Nuna, ae, f.
Hoc oppidum finibus Voltae Superioris continetur.
Nunenses, ium; Nunensis, e.

Novacella Neustift
Novacella, ae, vel Neocella, ae, f.
Sic monasterium canonicum cum continenti viculo appellatur.
Novacellenses, vel Neocellenses, ium; Novacellensis vel Neocellensis, e.

Nova Friburgo
Novofriburgum, i, vel Novum Friburgum, n.
Prius nomen imitatione *Novocomi*, qua vetere voce *Como*, ut Itali appellant, nuncupabatur, factum est.
Novofriburgenses, ium; Novofriburgensis, e (ex usu Curiae Romanae: Neo-Friburgensis).

Novaja Zemlja Novaja Semlia
Nova Semlia, f.
Haec insula (vel potius duae), inhospitalis et vasta ab humano cultu, in Mari Glaciali Artico est posita.

Nova Lisboa
Nova Olisipo, onis, f.
Est oppidum Angoliae.
Novolisiponenses, ium; Novolisiponensis, e (ex usu Curiae Romanae: Novae Lisbonae).

Novara
Novaria, ae, f.
Cfr. Plin. H.N. 3, 17, 21 (124); Tac. *Hist.* 1, 70, al. Est urbs Italiae.
Novarienses, ium; Novariensis, e (Suet. rhet. 6; Plin. *H.N.* 17, 23, 35 (212).

Novgorod
Novogardia, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Russica.
Novogardienses, ium; Novogardiensis, e.

Novo Kuzneck
Novocusnecum, i, n.
Est urbs Sibiriana.
Novocusnecenses, ium; Novocusnecensis, e.

Novosibirsk
Novosibiriscum, i, n.
In hoc nomine Latine fingendo quodam modo secutus sum vetus nomen a Romanis factum: *Novocomensis*, id est ad Novum Comum (v. *Como*) pertinens; cfr. etiam *Siberia*.
Novosibiriscani, orum; Novosibiriscanus, a, um.

Noyon
Noviodunum, i, n.
Est urbs Helvetiae; cfr. Tab. Peut.; C.I.L. 13, 2, p. 1.
Noviodunenses, ium; Noviodunensis, e.

Nueva Pamplona
Nova Pampēlo, f.
Est urbs Columbiana; cfr. Pamplona.
Novopampelonenses, ium (cfr. Novocomenses, i,e. incolae Novi Comi, Cic.).
Novopampelonensis, e.

Nueve de Julio
Nonoiulius, ii, m.
Haec urbs Argentina, quae olim fuit vicus anno 1803 conditus, nomen accepit a die et mense, quibus Res publica Argentina sollemni pronuntiatione est sui iuris facta; cfr. M. Vivien de Saint-Martin, *Nouveau Dictionnaire de géographie universelle*, IV, 247.
Nonoiulienses, ium; Nonoiuliensis, e (ex usu Curiae Rom.: Sancti Dominici Novem Iulii).

Nuku'alofa
Nucualofa, ae, f.
Est caput Regni Tongani in Oceania.
Nucualofenses, ium; Nucualofensis, e.

Nuoro
Norium, ii, n.; cfr. AP.
Est urbs Sardiniae.
Norienses, ium; Noriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nuorensis).

Nuova Caledonia Nouvelle Calédonie Nueva Caledonia New Caledonia Neukaledonien
Nova Caledonia, f.
Novocaledonii, orum, vel Novocalĕdones, um; Novocaledonius, a, um, vel Novocaledonĭcus, a, um.

Nuova Guinea Nouvelle Guinée Nueva Guinea New Guinea Neu-Guinea
Nova Guinea, f.
Est permagna insula, ad septentrionalem partem Australiae sita; cfr. Papua Nuova Guinea, ut nunc solet appellari.
Novoguineani, orum; Novoguineanus, a, um.

Nuova Scozia Nouvelle Ecosse Nueva Escocia New Scotland Neuschottland-
Nova Scotia, f.
Est provincia Canadensis.
Novoscoti, orum; Novoscotĭcus, um.

Nuova Zelanda Nouvelle Zélande Nueva Zelandia New Zealand Neuseeland
Nova Zelandia, ae, f.
Novozelandienses, ium; Novozelandiensis, e.

Nuove Ebridi Nouvelles Hébrides Nuevas Hébridas New Hebrides
Novae Ebudes, f.
Scribitur etiam Hebudes, Graece vero Ἔβουδαι. Sunt Ebudes insulae Britanniae, de quibus veteres commemorant; cfr. Solin., 22.

Nuovo Galles Nouvelle Galles New Wales
Nova Vallia, f.
Novovallienses, ium; Novovalliensis, e.

Nuovo Galles del Sud Nouvelle Galles du Sud New South Wales
Nova Vallia Meridiana, f. ita appellatur una e Civitatibus Australiae. Quoad vocabulum Valliae v. *Galles* (*Wales*).

Nuremberg
v. Norimberga.

Nürnberg
v. Norimberga.

Nyon
Noviomăgus Lingŏnum, m.; est urbs Galliae; cfr. Tab. Peut.
Noviomagenses, ium, Lingonum; Noviomagensis, e, Lingonum.

N'Zérékoré
Nezerecorēa, eae, f.
Est urbs Guineana.
Nezecoreenses, ium; Nezecoreensis, e (ex usu Curiae Romanae: Nzekoreensis).

O

Oakland
Quercupŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Quercupolitani, orum; Quercepolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Quercepolitanus).

Oaxaca
Oaxaca, ae, f.
Hoc nomine urbs, fluvius et regio Mexici appellantur.
Deductum est a verbo, autochthonum (*Aztecarum*) proprio, *huaxyacac=in termino acaciarum* (Egli, 660).
Oaxacenses, ium; Oaxacensis, e.

Ob Obi
Obius, ii, m.
Hoc permagnum Sibiriae flumen appellatur etiam vulgo *Oby, Obe*; qua de causa eius nomen non immerito ratione proposita ad linguam Latinam est conformatum.

Oberbayern
Bavaria Superior, f.

Oberdrauburg
Dravoburgum, i, n. (cfr. OL). Est oppidum Carinthiae in Austria, ad Dravum fluvium situm.
Dravoburgenses, ium; Dravoburgensis, e.

Oberösterreich
v. Austria Superiore.

Obervolta
v. Alto Volta.

Oberwesel
Vosolvia, ae, f.
Hoc oppidum Germaniae memoratur in Tab. Peut.; C.I.L. 13, 1, 4085, et 2, 9158.
Vosolvienses, ium; Vosolviensis, e.

Obidos
Obidi, orum, m.
Est urbs Brasiliensis.
Obidenses, ium; Obidensis, e.

Ocaña
Ocania, ae, f.
Est urbs Columbiae, episcopi sedes.
Ocanienses, ium; Ocaniensis, e.

Oceania Océanie Oceania Oceania Ozeanien
Oceania, ae, f.
Hoc nomine plurimae comprehenduntur insulae in Oceano Pacifico sitae. Adi. Oceanius, a, um, occurrit apud Isid. *Orig.* 12, 7, 25. Complectitur autem illa Australiam, quam alii inde seiunctam volunt, Melanesiam, id est Papuasiam cum insulis a parte australi-orientali positis, et Polynesiam (cum Micronesia).

Oceano Indiano Océan Indien Océano Indico Indian Ocean Indischer Ozean
Oceănus Indĭcus, m.

Oceano Pacifico Océan Pacifique Océano Pacífico Pacific Ocean Stiller Ozean
Oceănus Pacifĭcus, m.
Hoc mare immensum ita nominatum est a Magellano, qui, annis 1520-1521 ibi navigans, nulla esset iactatus procella.

Ödenburg
V. Sopron.

Odenwald
Odini Silva, f.
Odin fuit princeps deus Germanorum; cfr. Egli, 662.

Oder
Viadus, i, m.; scribitur etiam Viadrus, i.
Est fluvius Germaniae inter Albim et Vistulam. Memoratur a Ptol. 2, 11, 4 et Marcian. *Per. m. ext.*, 2. 35.

Oderberg
Oderberga, ae, f.
Est vicus Germanicus.
Oderbergenses, ium; Oderbergensis, e.

Oderzo
Opitergium, u, n.
Cfr. Paul. Diac. *Hist. Langob.* 4, 45; Tab. Peut.; Itin. Ant.; C.I.L. 5, 1963-2033; al.
Opitergini, orum (Rav.; Quintil. 3, 8, 50; C.I.L. 5, 331, al.).
Opiterginus, a, um.

Odessa
Odessa, ae, f. Nomen huius urbis Russicae, ad Pontum Euxinum sitae, e vulgari in Latinum est receptum; vetus enim nomen Odessi (Odessus) urbem Bulgariae significat, quae nunc *Varna* appellatur.
Odessenses, ium; Odessensis, e.

Ofanto
Aufĭdus, i, m.
Est fluvius Apuliae, de quo plures scriptores veteres commemorant, veluti Verg. *Aen.* 11, 405; Hor. *Carm.* 3, 30, 10; ibid. 4, 9, 2 et 14, 25, al.

Offenbach
Offenbacum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Offenbacenses, ium: Offenbacensis, e.

Offenburg
Offenburgum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Offenburgenses, ium: Offenburgensis, e.

Ogaden
Ogaden, n.; non inclinatur in casus.
Hoc nomine regio Aethiopiae appellatur.

Ogbomosho
Ogbomosum, i, n.
Est urbs Nigeriana.
Ogbomosenses, ium; Ogbomosensis, e.

Ogdensburg
Ogdensburgum, i, n.
Haec urbs Civitatibus Foederatis Americae Sept. continetur.
Ogdensburgenses, ium; Ogdensburgensis, e.

Oggiono
Uglonum, i, n.
Est pagus Langobardiae (cfr. *La diocesi di Milano*, 1954).
Uglonenses, ium; Uglonensis, e.

Ogliastra
Oleastra, ae, f.
Est oppidum Sardiniae.
Oleastrenses, ium; Oleastrensis, e (cfr. Plin. *H.N.* 34, 17, 49 [164]; refertur tamen ad oppidum Hispaniae).

Oglio
Ollius, ii, m.
Hic fluvius Italiae, Sabinum lacum supermeans, in Padum influit; cfr. Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (118) et ibid. 19, 23 (131); Cassiod. *Var.* 5, 17, et 20, 3.

Ohio
Ohium, ii, n. Ita appellatur una e Civitatibus Foederatis Americae Sept.
Quo quidem nomine Iroquenses, tribus *Pellium Rubrarum*, significabant *flumen pulchrum (Ohionhiio)*; re quidem vera coloni Galli, qui olim in eam regionem commigrarant, nomen recte interpretati sunt, flumen vocantes *La Belle Rivière* (Egli, 665).
Ohienses, ium; Ohiensis, e.

Öhringen
Vicus Aureli, m.
De hoc oppido Germaniae in C.I.L. 13, 2 p. 269, commemoratur. Ab aliis, ut OL, ponitur Oeringa, ae, f. (Oeringenses, ium; Oeringensis, e.).

Oil City
Oleopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Oleopolitani, orum; Oleopolitanus, a, um.

Oise
Isăra, ae, f. Est flumen Galliae, Lugdunensis olim cognominatae (memoratur in titulis).

Oita
Oita, ae, f.
Est urbs Iaponica.
Oitenses, ium; Oitensis, e (ex usu Curiae Romanae: Oitaënsis).

Okinawa
Okinava, ae, f.
Est una ex insulis Iaponiae.
Okinavenses, ium; Okinavensis, e.

Oklahoma
Oclahoma, ae, f. Ita appellatur una e Civitatibus Foederatis Americae Sept. Autochthonum sermone, quos *Pelles Rubras* vocitant, verbum *okla* dicitur populum, *homa* colorem rubrum significare (R. Cartier, *Le cinquanta Americhe*, 1963, p. 113).
Oclahomenses, ium; Oclahomensis, e.

Oklahoma City
Oclahomopŏlis, is, f.
Est urbs princeps Civitatis Foederatae Americae Sept., quae Oclahoma (vulgo *Oklahoma*) vocatur.
Oclahomopolitani, orum; Oclahomopolitanus, a, um.

Öland
Oelandia, ae, f.
Haec insula Suetica in Mari Baltico est sita.

Olanda: v. Paesi Bassi

Olbia
Olbia, ae, f.
Est urbs in ora septentrionali Sardiniae sita; cfr. C.I.L. 10, 7974-7975; Liv. 27, 6; Val. Max. 5, 1, 2; Claudian. *B. Gild.* 519, al.
Olbienses, ium; Oros. *Hist.* 1, 2; Olbianus, a, um (Ptol. 3, 3, 4: Ὀλβιανὸς λιμήν), vel Olbiensis, e.

Oldenburg
Oldenburgum, i, n.
Est urbs Germanica.
Oldenburgenses, ium; Oldenburgensis, e.

Oldenzaal
Aldensalum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Nederlandiae.
Aldensalenses, ium; Aldensalensis, e.

Oldersum
Oldersumum, i, n.
Est oppidum Germanicum.
Oldersumenses, ium; Oldersumensis, e.

Olimpia Olympia
Olympia, ae, f. Fuit olim celeberrima urbs Peloponnesi, ubi anno 771 a. Ch. n. Olympia (certamina) coepta sunt celebrari.
Nunc ibi insignis templi, Iovi dicati, parietinae exstant, et vicus *Druva*. Olympia a Graecis, qui nunc sunt, *demos* in Achaia appellatur.
Olympii, orum; Olympius, a, um, vel Olympĭcus, a, um.

Olinda
Olinda, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Olindenses, ium; Olindensis, e.

Olomouc Olmütz
Olomucium, ü, n.
Nomen *Olomuc,* quod anno 1055 scriptum invenimus, petendum esse videtur a vetere sermone Moraviae: *holy - mauc,* i. e saxum herbis carens (Egli, 668). Scribitur etiam: Olomutium (DG, II, p. 165).
Olomucenses, ium; Olomucensis, e.

Olmütz
V. Olomouc.

Olona
Olonna, ae, f.
Hic fluvius Italiae, ac quidem regionis, quam Galliam Transpadanam appellabant, memoratur a Rav.

Olten
Olĭta, ae, f.; cfr. OL; vel Olta, ae,; cfr. DG; OL; est etiam Ultĭna, ae, f.
Est urbs Helvetiae.
Olitenses, ium; Olitensis, e.

Olympia
Olympia, ae, f.
Est caput Vasintoniae (*Washington*), unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept., distinguendae a Vasintonia, urbe omnium eiusmodi Civitatum principe.
Olympiani, orum; Olympianus, a, um (est adiect, Latinum; cfr. *Tab. alim. Velei.* 2, 51).

Omaha
Omaha, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Omahenses, ium; Omahensis, e.

Oman
Oman, n.; non inclinatur in casus.
Haec regio, ad oram maris Arabici patens, regitur a phylarcho (ex Latinitatis inferioris ratione dicitur solidanus, vulgo vero *sultano, sultan, sultàn, sultan*).
Omaniani, orum; Omanianus, a, um.

Ombrie
v. Umbria.

Ombrone
Umbro, onis, m.
Hic fluvius Tusciae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (51); in Tab. Peut.; a Rutil. Nam. 1, 337 sq.

Omsk
Omiscum, i, n.
Est urbs Sibiriae.
Omiscani, orum; Omiscanus, a, um.

Oñate
Onniatum, i, n.

Est oppidum in Vasconum finibus positum.
Onniatenses, ium; Onniatensis, e.

Ondo
Ondum, i, n.
Est oppidum Nigeriae.
Ondenses, ium; Ondensis, e (ex usu Curiae Rom.: Ondoënsis).

Onega (lacus)
Lacus Oneganus, m.
Hic lacus in Russia septentrionali est situs.

Oneglia
Onelia, ae, f.
Est oppidum Liguriae; (cfr. IM; DG).
Oneliani, orum; Onelianus, a, um.

Ontario
Ontarius, ii, m.
Hoc nomine sermone autochthonum (*Iraquensium*) lacus venustus (*Oniatariio*) significatur (Egli, 670).
Est quidem lacus in Canada situs.Eodem nomine provincia eiusdem Dicionis appellatur.

Opole Opel
Opolium, ii, n. (cfr. DG).
Opolienses, ium; Opoliensis, e.

Oppenheim
Oppenhemum, i, n.
Est urbs Germaniae (cfr. FB).
Oppenhemenses, ium; Oppenhemensis, e.

Oppido Mamertina
Oppidum, i, n.
Est in Bruttiorum regione.
Oppidenses, ium; Oppidensis, e.

Oradea Mare
V. Gran Varadino.

Orange
Arausio, onis, f.
Fuit olim oppidum Galliae Narbonensis, quod plenius Arausio Secundanorum vocabatur (vel colonia Iulia Secundanorum). Egregia Romanitatis monumenta ibi adhuc est conspicere. Memoratur praesertim a Plin. *H.N.* 3, 5, 5 (36).
Arausienses, ium (vel Arausenses; cfr. C.I.L. 12, 1567); Arausicanus, a, um (cfr. Synodus Arausicana apud Bonifatium, *Ep.*, PL 65, 31) vel Arausĭcus, a, um (*M.G.H. Leg.* III, p. 99).

Orange (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Arausio Californiae, f.
V. Orange (in Gallia).
Arausionenses, ium, Californiae; Arausicanus, a, um, Californiae.

Orange Oranje (flumen)
Arausio flumen. Nomen huius fluvii, Australem Africam permeantis, ductum est ab Arausione, Galliae oppido, e quo regia Nederlandiae domus nuncupatur.

Oranje
Arausicana, ae, f. Sic Civitas libera seu sui iuris, quae finibus Rei publicae Africae Australis continetur, quamque *buri*, ut aiunt, condiderunt, appellatur. Nomen deductum est ab Arausione (Arausio, onis = *Orange*, urbe Galliae meridianae, cuius adi. est Arausiensis, e, vel Arausicanus, a, um (cfr. Synodus Arausicana, Bonif. *Ep.*; PL 65, 31).
Arausicanenses, ium; Arausicanensis, e.

Oranjestad
Arausicopŏlis, es, f. Nomen vulgare *Oranjestad*, quo oppidum princeps Insulae S. Eusthatii seu Eustathianae, unius ex Antillis Nederlandicis, appellatur, compositum est ex *Oranje* (= Arausio; adi. Arausicus, v. *Orange*) et *stad* (= oppidum, urbs).
Arausicopolitani, orum; Arausicopolitanus, a, um.

Orbe
Orbis, is, m.
Hic fluvius Galliae memoratur a Mel. 2, 80; Ptol. 2, 10; al.; scribitur etiam Orŏbis, is.

Orbetello
Urbetellium, ii, n. (cfr. L; FB).
Re quidem vera prope hanc urbem Tusciae parietinae exstant prisci oppidi Cosae (Cosa, ae), de quo veteres scriptores commemorant (Mel. 2, 72; Plin. *H.N.* 3, 5, 8 [51]; Verg. *Aen.* 10, 168 (Cosae); Tac. *Ann.* 2, 39).
Urbetellienses, ium; Urbetelliensis, e.

Orcadi Orcades Orkneys
Orcădes, um, f. Hae insulae, ad Scotiam sitae, iam veteribus erant cognitae; cfr. Tac. *Agr.* 10: «insulas, quas Orcadas vocant, invenit»; Plin. *H.N.* 9, 5; 32, 53.

Ordona
Herdonia, ae, f.
Est oppidum Apuliae; cfr. Liv. 25, 21 et 24, 20; Itin. Ant.; Sil. It. 8, 567; al. Herdonienses, ium (Plin. *H.N.* 3, 11, 16 [105]; Herdoniensis, e.

Oregon
Oregonia, ae, f.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quo quidem nomine primitus appellatum est flumen, sed de eius origine et interpretatione non constat inter litteratos.
Oregonienses, ium; Oregoniensis, e.

Oregon City
Oregonopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Oregonopolitani, orum; Oregonopolitanus, a, um.

Orel
Orelia, ae, f.
Est flumen Russiae.

Orenburg
Orenburgum, i, n.
Haec urbs finibus Russiae continetur.
Orenburgenses, ium; Orenburgensis, e.

Orense
Auria, ae, f.
Est oppidum Hispaniae (cfr. FB; al.) Aurienses, ium; Auriensis, e (cfr. C.I.L., 2, 5626 et 6098).

Oresund
Fretum Danĭcum, n.

Orinoco
Orinocus, i, m. Nomen magni huius fluminis, quod Venetiolam permeat, deductum est ab indigenarum sermone, e quo idem valet ac *fluvius* (Egli, 674), eadem fere ratione, qua Roma propter excellentiam suam Urbs appellatur.

Oristano
Othŏca, ae, f. Est oppidum Sardiniae (cfr. Itin. Anton.; Rav.; C.I.L. 10, p. 822), quod ab aliis Latine Arborea vel Oristanum appellatur. Est tamen animadvertendum Arboream esse nomen, media aetate confictum, provinciae, cuius caput fuit *Oristano*.
Othocenses, ium; Othocensis, e.

Orizaba
Orizaba, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Orizabenses, ium; Orizabensis, e.

Orkneys
V. Orcadi.

Orléans
Aurelia, ae, f.; re quidem vera aptius diceretur Aureliana, siquidem oppidum Gallicum, cui nomen Genabum, ab Aureliano imperatore refectum est et ex eius nomine appellatum; cfr. Aureliana civitas apud Iorn. *Get.* 37, 194; Greg.

Tur. *Franc.* 5, 33; id. *Glor. mart.* 65. Aurelianenses, ium (cfr. Greg. Tur. *Franc.* 7, 21); Aurelianensis, e.

Oropa

Oropa Mons, m.
Hic mons Italiae propter sanctuarium B.M. Virginis inclaruit.
Oropensis, e (cfr. F.X. Reuss, *Nova Tentamina poetica*, Romae 1922, p. 61).

Orte

Hortanum, i, n.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (52); apud alios dicitur Horta (Paul. Diac. *Hist. Lang.* 4, 8; C.I.L. 6, 2380). Hortenses, ium; Hortinus, a, um, vel Hortanus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Ortenberg

Ortenberga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Ortenbergenses, ium; Ortenbergensis, e.

Ortles Ortler

Ortlĕrus, i, m. (mons).
Hic mons in Alpibus, qua ad orientem vergunt, ad altitudinem 3902 metrorum supra maris libram exsurgens, nomen duxit a praedio, cui vulgaris appellatio «Ortlerhof», quodque glaciatae eius moli est proprinquum.

Oruro

Orurum, i, n., est urbs Boliviana.
Orurenses, ium; Orurensis, e.

Orvieto

Urbevetus, f. Varia sunt huius antiquae urbis scribendae rationes; Orbevetus, Urbiventum, Urbs Vetus, Oropitum.
Urbevetani, orum; Urbevetanus, a, um.

Osaka

Osaka, ae, f.
Est urbs Iaponica.
Osakenses, ium; Osakensis, e.

Oshkosh

Oscosa, ae, f. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Oscosani, orum; Oscasanus, a, um.

Osimo

Auxĭmum, i, n.
De hoc oppido Piceni iam Caesar *B.C.* 1, 13 et 15, Livius 41, 21 et 27, et alii veteres commemorant.
Auximates, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9 [63]; Caesar *B.C.* 1, 13; C.I.L. 9, 5854, 5855 et al.); Auximatis, e (cfr. C.I.L. 15, 187; ex usu Curiae Romanae: Auximanus).

Oskaloosa

Oscalusa, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Oscalusani, orum; Oscalusanus, a, um.

Oslo

Oslŏa, ae, f.
Est urbs princeps Norvegiae.
Osloënses, ium; Osloënsis, e.

Osnabrück

Osnabruga, ae, f.
Est urbs Germaniae. Olim scribebatur vulgo *Osnabrugga* (saec. IX) vel *Osenbrugge*. Nomen coaluit ex *Osna*, quo flumen appellatur, et *brück* (= pons). Cfr. V. Pisani, *Osnabrück*: Beiträge zur Namenforschung 11, 1976, 1, p. 29.
Osnabrugenses, ium; Osnabrugensis, e.

Osoppo

Osopus, i, f.
Est oppidum Italiae; cfr. Ven. Fort., *Vita S. Martini*, 4, 654: «Per rupes, Osope, tuas qua lambitur undis / Et super instat aquis Reunia Tiliamenti».
Osopenses, ium; Osopensis, e.

Osorno

Osornum, i, n.
Haec urbs Chiliae finibus continetur.
Osornenses, ium; Osornensis, e.

Ossiach

Ossiăcum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Austriacum.
Ossiacenses, ium; Ossiacensis, e.

Ossiacher See

Lacus Ossiacensis, m.
Est lacus venustus in Carinthia, Austriae regione, positus.

Ossory

Ossorium, ii, n. cfr. AP. Est urbs in Hibernia sita.
Ossorienses, ium; Ossoriensis, e.

Ostende

Ostenda, ae, f.; cfr. DG; C. Est urbs ac portus Flandriae.
Ostendani, orum; Ostendanus, a, um.

Osterinsel

V. Pasqua (Isola).

Österreich

v. Austria.

Ostia

Ostia, ae, f., vel Ostia, orum, n.
De hac urbe, qua ostium Tiberis significatur, multi veteres scriptores commemorant.
Ostienses, ium; Ostiensis, e.

Ostiglia

Hostilia, ae, f.
De hoc oppido, ad Padi fluminis ripam sito, commemoratur apud Tac. *Hist.* 2, 100, et 3, 9, et alias; Cass. *Var.* 2, 31; Itin. Rom.
Hostilienses, ium (Cassiod. loc. mem.); Hostiliensis, e.

Ostsee

V. Baltico (mare).

Otranto

Hydrus, untis, m., vel Hydruntum, i, n. Haec urbs, a Graecis condita et municipium Romanorum effecta, a pluribus veteribus scriptoribus memoratur (cfr. Liv. 36, 21; Plin. *N.H.* 3, 11, 16 [100]; Cic. *Att.* 2, 19; *Fam.* 9. 15, al).
Hydruntini, orum; Hydruntinus, a, um.

Otricoli

Ocricŭlum, i, n. De hoc oppido Italico Cic., *Mil.* 1, 24, 64; Tac. *Hist.* 3, 78; Plin. *Ep.* 6, 25; Ammian. 16, 10, 4 et 28, 1, 22; al. commemorant.
Ocriculani, orum; Ocriculanus, a, um.

Ottawa

Ottăva, ae, f. Est urbs princeps Canadae. Ab A. Bacci ponitur Octavia, ae, f., sed nomen nequaquam a fonte petitur Latino; etenim *Uttawa* vel *Ottava* appellabatur autochthonum sermone rivus in flumen Laurentianum se exonerans (nominis interpretatio est «magnus rivus») aut secundum alios *Ottawa* dicebantur autochthones, quasi «negotiatores», cum haec vis huic ipsi nomini insit.
Ottavenses, ium; Ottavensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ottaviensis).

Ottobeuern

Ottobura, ae, f. (cfr. G).
Est oppidum Germanicum, monachorum coenobio insigne.
Ottoburani, orum; Ottoburanus, a, um.

Ouahigouya

Uahiguia, ae, f.
Est oppidum in Volta Superiore positum.
Uahiguiani, orum; Uahiguianus, a, um (ex usu Curiae Rom.: Uahiguyaensis).

Oudon

Odonium, ii, n. cfr. OL.
Hoc nomine oppidum et fluvius Galliae appellantur.
Odonienses, ium; Odoniensis, e.

Ouse

Usca, ae, f.
Est fluvius Britanniae.

Ouwegem

Aldergemum, i, n. (cfr. OL).
Est vicus Flandricus.
Aldergemense, ium; Aldergemensis, e.

Oviedo

Ovetum, i, n. Hoc nomen post Romanorum aetatem inductum est. Fortasse haec urbs Hispanica eo loco est, quo olim fuit Lucus Asturum (cfr. Rav.; Ptol., 2, 6, 28).
Ovetenses, ium; Ovetensis, e.

Owensboro

Eugenioburgum, i, n. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Eugenioburgenses, ium; Eugenioburgensis, e (ex usu Curiae Rom.: Ovensburgensis).

Owerri

Overria, ae, f.
Est oppidum Nigeriae.
Overrienses, ium; Overriensis, e.

Oxford

Oxonia, ae, f.
Est praeclara urbs Britanniae.
Oxonienses, ium; Oxoniensis, e.

Ozamis

Ozamisa, ae, f.
Est oppidum Philippinum.
Ozamisani, orum; Ozamisanus, a, um (cfr. AP).

Ozeanien

v. Oceania.

Ozieri

Octerium, ii, n.
Est urbs Sardiniae; cfr. OL; AP.
Octerienses, ium; Octeriensis, e.

P

Padang
Padanga, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, in insula Sumatra, in finibus Indonesiae, posita est.
Padangenses, ium; Padangensis, e (cfr. AP).

Paderborn
Paderborna, ae, f.
Haec urbs praeclara, ut liquet, nomen a fonte seu potius a fontibus fluminis *Pader* originem traxit.
Paderbornenses, ium; Paderbornensis, e.

Paderno
Padernum, i, n.
Est oppidum Italicum; cfr. OL.
Padernenses, ium; Padernensis, e.

Padova Padoue Padua
Patavium, ii, n. vel Padua, ae, f, sed prior forma est nobilior. Est urbs antiquissima in Venetis sita, de qua plures veteres scriptores commemorant.
Patavini, orum; Patavinus, a, um.

Paesi Bassi Pays Bas Paises Bajos (Nederlandia) **Netherlands Niederlande**
Nederlandia, ae, f. Re quidem vera Hollandia, quo nomine saepe tota Civitas appellatur, est tantum pars eiusdem regionis. Ab aliis inducitur scribendi ratio Neerlandia.
Nederlandienses, ium; Nederlandiensis, e; vel Nederlandĭcus, a, um.

Paestum
Paestum, i, n.
Quo nomine appellatur urbs Lucaniae, olim Posidonia vocata, ad quam anno 273 a. C. n. Romani coloniam deduxerunt. Conspiciuntur ibi adhuc templa Doricae architecturae forma insignia. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 10 (70); Liv. *Epit.* 14.
Paestani, orum; Paestanus, a, um.

Pago Pago
Pagopagus, i.
Haec vox authochthonum, qui Samoanas incolunt Insulas, propria, nullatenus, ut liquet, cognatione coniuncta est cum verbo Latino pagi.
Pagopagani, orum; Pagopaganus, a, um.

Paisley
Pasletum, i, n.
Est oppidum Scotiae.
Pasletani, orum; Pasletanus, a, um (cfr. AP).

Pakistan
Pakistania, ae, f.; cfr. Bacci. Hoc nomen est arte quaesitum; etenim anno 1833 regiones Indiae, qua inter septentriones solisque occasum spectat (quas regiones Mahometani inhabitant), appellatae sunt e nomine quattuor provinciarum, prima syllaba a tribus, parte altera a quarta depromptis: *P-unjab (Punjab) A-fghan (Afghan), K-shmir (Kashmir) Baluch-Istan (Baluchistan).* Pars occidentalis huius Civitatis (provincia Gangetica) sui iuris facta est (Bangladesa).
Pakistaniani, orum; Pakistanianus, a, um.

Palatinato Palatinate Palatinado Palatinate Pfalz
Palatinatus, us, m. Haec Germaniae regio sic appellatur, quod olim administrabatur a comitibus Palatinis, qui imperatorum vice ei praeerant.
Palatinatenses, ium; Palatinatensis, e.

Palavan
Palavania, ae, f.
Est una ex Insulis Philippinis.
Palavanenses, ium; Palavanensis, e.

Palazuelos
Palatiŏla, orum, n.; cfr. OL. Est vicus Hispaniae.
Palatiolenses, ium; Palatiolensis, e.

Palembang
Palembanga, ae, f.
Est urbs Indonesiana, in Sumatra insula posita.
Palembangenses, ium; Palembangensis, e.

Palencia
Palantia, ae, f. vel recentiore aetate Palentia, ae, f. Cfr. Mel. 2, 88: «Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerunt Palantia et Numantia».
Palantini, orum (cfr. Plin. *H.N.* 2, 3, 4 [26]) vel Palentini, orum; Palantinus, a, um (Palentinus ex usu Curiae Romanae).

Palermo
Panhormus, i, f.; scribitur etiam Panormus; sed in codicibus manu scriptis, qui optimi putantur, prior exarandi nominis ratio invenitur. Est quoque forma neutri generis Panhormum (Panormum), ut apud Plin. *H.N.* 3, 8, 14 (90).
Panhormitani, orum (Panormitani); Panhormitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Panormitanus).

Palestina Palestine Palestina Palestine Palästina
Palaestina, ae, f. Scribitur etiam Graeco more Palaestine, es, f.
Palaestini, orum; Palaestini, orum; Palaestinus, a, um, vel Palaestinensis, e.

Palestrina
Praeneste, is, n. Abl. exit plerumque in - e (apud Propert. 2, 32, 3: - i). In hoc oppido Latii, ad orientem Urbis, primores Romani rusticabantur, ut Augustus, Horatius, Tiberius, Hadrianus, M. Aurelius. Celebratur ob templum Fortunae Primigeniae (cfr. Sil. It. 8, 366).
Praenestini, orum; Praenestinus, a, um.

Palisse (La)
Palacia, ae, f. cfr. B.
Est oppidum Galliae.
Palacienses, ium; Palaciensis, e.

Pallanza
Pallantia, ae, f. (cfr. OL); est oppidum Italicum.
Pallantienses, ium; Pallantiensis, e.

Palmares
Palmopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Est urbs Brasiliensis.
Palmopolitani, orum; Palmopolitanus, a, um.

Palm Beach
Ora Palmaria, ae, f. Haec urbs, amoenitate loci commendata, finibus Floridae continetur. Palmarius, a, um, id est ad palmam pertinens, occurrit apud Plin. *H.N.* 3, 6, 12, et alios.

Palmerston
Palmerstonia, ae, f.
Haec urbs Australiae finibus continetur.
Palmerstonienses, ium; Palmerstoniensis, e.

Palo
Alsium, ii, n.
De hoc oppido, haud procul a Caere sito, Plin. *H.N.* 3, 50, alii, commemorant.
Alsii, orum; Alsius, a, um (cfr. Rutil. Nam. 1, 223; Sil. It., 8, 475).

Palo Alto
Altum Palum, n. Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. (in California) sita.
Altopalenses, ium; Altopalensis, e.

Palombara Sabina
Palumbaria, ae, f. vel Palumbinum, i, n. (BM), sed prior forma videtur praeferenda.
Palumbarienses, ium; Palumbariensis, e.

Pamiers
Apamia, ae, f. vel num. plur. Apamiae, arum, f. Est urbs Galliae.
Apamienses, ium; Apamiensis, e.

Panama
Panăma, ae, f.
Panamenses, ium; Panamensis, e.

Panama (Canale) **Canal de Panama Panama Canal Panamakanal**
Euripus Panamensis, m.

Panaro
Panărus, i, m., est fluvius Italiae (cfr. Liv. 41, 12), sed in cursu superiore Scultenna dicitur.

Pangkal-Pinang
Pancalpinanga, ae, f.
Est oppidum Indonesiae.
Pancalpinangenses, ium; Pancalpinangensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Pangkalpinangensis).

Paniput
Paniputum, i, n.
Est urbs Indica.
Paniputenses, ium; Paniputensis, e.

Pankow
Pancovia, ae, f.
Pancovienses, ium; Pancoviensis, e.

Pannonhalma
Mons Pannoniae, m; plenius, ex usu Curiae Romanae, dicitur: (monasterium vel ecclesia) S. Martini in Monte Pannoniae.
Est in Hungaria.

Paola
Paula, ae, f.
Est oppidum in Bruttiis situm.
Paulani, orum; Paulanus, a, um.

Papeete
Papeta, ae, f.
Est urbs princeps Taihitiae.
Papetenses, ium; Papetensis, e (ex usu Curiae Romanae: Papeetensis).

Papenburg
Papenburgum, i, n.
Est oppidum Germanicum.
Papenburgenses, ium; Papenburgensis, e.

Pappenheim
Pappenhemum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Pappenhemenses, ium; Pappenhemensis, e.

Papua Nuova Guinea Papouasie Nouvelle Guinée Papua Nueva Guinea Papua New Guinea Papua Neu-Guinea

Papua Nova Guinea, f.
Haec Civitas Oceaniae, anno 1975 sui iuris facta, Papuasiam, quae antea diceba-tur, et Novam Guineam complectitur.
Papuani Novoguineani; Papuanus (a, um) Novoguineanus, a, um.

Paracel

Insulae Paracelianae, f.
Hae parvae insulae in Mari Sinensi australi sitae sunt.

Paraguay

Paraguaia, ae, f.; vel Paraguaya, ae, f. vel, ut A. Bacci posuit, Paraquaria, ae, f.
Paraguaiani, orum; Paraguaianus, a, um.

Paraiba

Paraiba, ae, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Paraibani, orum; Paraibanus, a, um.

Parakou

Paracŭa, ae, f.
Haec urbs finibus Civitatis Dahomeianae seu Beninensis continetur.
Paracuenses, ium; Paracuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Parakuensis).

Paramaribo

Paramaribum, i, n.
Est urbs princeps Surinamiae seu Guaianae Nederlandicae.
Paramaribenses, ium; Paramaribensis, e (ex usu Curiae Romanae: Paramariboënsis).

Paraná

Parăna, ae, f.
Est urbs Argentina.
Paranenses, ium; Paranensis, e.

Paraná (in Brasilia)

Parăna, ae, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Paranenses, ium; Paranensis, e.

Paranaguá

Paranagua, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Paranaguenses, ium; Paranaguensis, e.

Parenzo Porec

Parentium, ii, n.
Haec urbs Histriae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 19, 23 (129); in Itin. Ant.; Tab. Peut.; C.I.L. 5, p. 35 et 4020.
Parentani, orum (cfr. titulum: «splendidissima colonia Aquileiensium et Parentanorum», Stancovich, *Anfiteatro di Pola*, p. 118, n. 15); Parentanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Parentinus).

Parigi Paris París Paris

Lutetia Parisiorum, f. Condita in parva insula Sequanae, iam temporibus imperii Romanorum amplificata est ad utramque fluminis ripam et subinde in metropolim excrevit. Media aetate ex gente Parisiorum urbs est appellata Parisii, orum.
Parisienses, ium; Parisiensis, e (sunt tamen vetera adiectiva Parisius, a, um, apud Ven. Fort. *Carm.* 4, 26, 13, et Parisiăcus, a, um, apud Mart. 656: «Inde Parisiacam placide properabis ad aram», et in titulis). (*)

Paring

Paringa, ae, f.
Est vicus Bavaricus antiquo monasterio insignis.
Paringenses, ium; Paringensis, e.

Parma Parme Parma

Parma, ae, f.
Haec urbs Italica a pluribus memoratur scriptoribus antiquis.
Fuit, ut ait Cicero, rei publicae studiosissima (*Fam.* 12, 5).

(*) [Dicitur proprie Parisinus, -a, -um.]

Parmenses, ium (cfr. Cic. *Fam.* 11, 13: «Parmenses miserrimi»); Parmensis, e.

Parnaiba

Parnaiba, ae, f.
Hoc nomine et urbs et fluvius Brasiliae appellantur.
Parnaibenses, ium; Parnaibensis, e.

Paros

Paros, i, vel Parus, i, f.
Est nota insula maris Aegaei, marmore candido nobilis, de qua plures veteres scriptores commemorant.
Parii, orum; Parius, a, um.

Partenkirchen

Parthanum, i, n. Hoc oppidum Bavaricum, ad Licum fluvium positum, ubi olim sedem habebat cohors I Raetorum, commemoratur in It. Rom.; *Not. dign. occ.* 35, 28 (Parrodunum) et C.I.L. III, p. 735.
Parthanenses, ium; Parthanensis, e.

Pasadena

Pasadena, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Pasadenenses, ium; Pasadenensis, e.

Pasqua (Isola) **Ile de Paques Isla de Pascua Easter Island Osterinsel**

Insŭla Paschalis, f.
Haec insula, Chiliae subiecta, ita appellatur, quod die Paschatis anno 1722 fuit inventa.

Passaic

Passaica, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Passaicenses, ium; Passaicensis, e (cfr. AP).

Passau

Passavia, ae, f. Est nomen serius inductum urbis Germanicae, eo loco sitae, quo Aenus in Danuvium influit. Antiquitus Castra Batava vel solum Batava appellabatur; cfr. *Not. dign. occ.* 34.
Passavienses, ium; Passaviensis, e.

Passau

V. Passavia.

Passo Correse

Cures, ium, m. Sic appellatur vetustum Sabinorum oppidum, de quo non pauci scriptores commemorant (cfr. Verg. *Aen.* 6, 811; Cic. *Rep.* 2, 25; Ovid. *Met.* 15, 7; Liv. 1, 18).
Curenses, ium (Varr. *L.L.* 6, 68: «Quirites a Curensibus»), vel Curetes, um (Varr. op. mem. 5, 8, al.); Curensis, e.

Passo del Furlo

Intercisa, orum, n.
De hoc iugo Italiae, quod Vespasianus ad viam struendam complanavit, commemoratur apud Vict. *Epit.* 9 («Tunc cavati montes per Flaminiam sunt prono transgressu, quae vulgariter Pertunsa petra vocitatur»); hoc alterum nomen vulgare, apud Procop. Bell. Goth. 28 invenitur (Πέτρα ἡ Περτούση) cfr. etiam. Tab. Peut. et Rav.

Pasto

Pastopŏlis, is, f.
Ita urbs appellatur, in Columbia sita (cfr. AP).
Pastopolitani, orum; Pastopolitanus, a, um.

Patagonia Patagonie Patagonia Patagonien

Patagonia, ae, f.
Haec regio maxime meridiana Americae, a Magellano anno 1519 reperta est et e nomine vulgari «patagoni» (= homines) appellata.
Patagonii, orum; Patagonĭcus, a, um.

Paternò
Hybla, ae, f. vel plenius Hybla maior. De hoc oppido Siciliae apud Mel. 2, 18; Liv. 26, 21, al. commemoratur.
Hyblenses, ium (cfr. Cic. *Verr.* 3, 43, 102; Plin. *H.N.* 3, 8, 14 [91]); Hyblensis, e.

Paterson
Patersonia, ae, f.
Est urbs, quae finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Patersonienses, ium; Patersoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Patersonensis).

Patna
Patna, ae, f.
Haec urbs Indiae finibus continetur.
Patnenses, ium; Patnensis, e.

Patrasso Patras
Patrae, arum, f.; cfr. Liv. 27, 29; Mel. 2, 32; C.I.L. 3, p. 95, 984, 1311; al.
Patrenses, ium (Cic. *Fam.* 13, 19); Patrensis, e (ibid. 18, 19).

Patti
Pactae, arum, f.
Est oppidum Siciliae.
Pactenses, ium; Pacternsis, e.

Pau
Palum, i, n. cfr. DG; C; al.
Est urbs Galliae.
Palenses, ium; Palensis, e.

Paulo Afonso
Paulalfonsopŏlis, is, f.
Ita Latine reddenda videtur haec urbs, quae Brasiliae finibus continetur.
Paulalfonsopolitani, orum; Paulalfonsopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Paulalfonsanensis).

Pavia Pavie Pavia
Ticinum, i, n.; serius haec urbs Insubrum Papia est appellata. De Ticino sat multi scriptores antiqui commemorant.
Ticinenses, ium; Ticinensis, e (cfr. Aurel. Vict., *Epit.* 35: «Ticinenses campi»; ex usu Curiae Romanae: Papiensis).

Paz (La)
Pacipŏlis, is.
In lexico Cardinalis Bacci sic scriptum invenitur hoc nomen: Pacispolis; sed e legibus *phoneticis* Latinis littera *s* omittenda esse videtur.
Pacipolitani, orum; Pacipolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Pacensis in Bolivia).

Pearl Harbour
Portus Margaritarius ,m.
Hic portus in Insulis Havaianis est situs. Adiectivum margaritarius, a, um, idem valet atque: ad margaritas vel margaritarum venditores pertinens; cfr. etiam Porticus Margaritaria apud P. Victorem, *De reg. Urb. Rom., reg.* 8.

Pearl River
Margaritarius, ii, m.
Est fluvius Foederatarum Civitatum Americae Sept., in sinum Mexicanum se effundens (cfr. Pearl Harbour).

Pébrac
Piperacum, i, n.
Est urbs Galliae.
Piperacenses, ium; Piperacensis, e.

Pechino Pékin Pekín (Pequín) Peking
Pekinum, i, n.
Haec nominis, quo Sinarum caput significatur, exarandi ratio est fere communi usu accepta, haec autem eius nominis interpretatio: urbs caput (*king*) plagae septentrionalis (*pe*).
Pekinenses, ium; Pekinensis, e.

Pécs
V. Cinque Chiese.

Peenemünde
Penemunda, ae, f.
Est oppidum Germaniae, ad mare Balticum situm.
Penemundenses, ium; Penemundensis, e.

Pegnitz
Pagantia, ae, f.; cfr. OL.
Est fluvius Germaniae.

Pékin Pekín Peking
V. Pechino.

Pemberton
Pembertonia, ae, f.
Est urbs Australiae.
Pembertonienses, ium; Pembertoniensis, e.

Pembroke
Pembrocum, i, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Pembrocenses, ium; Pembrocensis (ex usu Curiae Romanae: Pembrokensis).

Penna
Pinna, ae, f.; est oppidum in Vestinis, ut olim dicebatur (nunc appellamus Picenum = *Marche*). De quo Vitr. 8, 3 et 5, Sil. It. 8, 517, commemorant.
Pinnenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 12, 17 [106]); Pinnensis, e.

Pennsylvania
Pensilvania, ae, f. Ita appellatur una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Villelmus Penn (1640 — 1708), vir Anglus et Quaquerianae sectae fautor ac suasor acerrimus, amplam regionem, in «Novo Orbe» sibi concessam, omnibus religionis causa vexatis voluit patere (R. Cartier, *Le cinquanta Americhe*, 1963, p. 322).
Quam e nomine suo, saltem ex parte, *Pennsylvania* appellavit. Libertatis vindex et fraternitatis inter homines propugnator, primariam ibi condidit urbem, quam Philadelphiam significanter nuncupavit. Nomen Civitatis ad linguae Latinae rationem paulum accommodavi; scribitur enim rectius *silvanus*, ut deus vocabatur, qui praeerat silvis.
Pensilvanienses, ium; Pensilvaniensis, e.

Peoria
Peoria, ae, f.
Haec urbs Foederatis Civitatibus Americae Sept. continetur.
Peorienses, ium; Peoriensis, e.

Pequeño San Bernardo
V. Piccolo San Bernardo.

Pergola
Pergŭla, ae, f.
Est oppidum Italiae.
Pergulani, orum; Pergulanus, a, um.

Périgueux
Vesunna, ae, f. Hoc est vetus nomen Latinum huius urbis Gallicae, quae caput Petrocoriorum fuit; cfr. C.I.L. 13, p. 123; Sidon. *Ep.* 8, 11; Itin. Anton. Posteriore aetate nomen gentis inductum est ad urbem significandam: Petrocorium, ii, n. (cfr. AP). Vesunnĭci, orum (cfr. Sidon. l. c.) vel Petrocoricenses, ium; Vesunnĭcus, a, um, vel Petrocoricensis, e (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Perleberg
Perleberga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Perlebergenses, ium; Perlebergensis, e.

Perm
Perma, ae, f.
Est urbs Russica.
Permenses, ium; Permensis, e.

Pernambuco
Pernambucum, i, n.; cfr. S. Est urbs Brasiliensis; nomen coaluit e verbis au-

tochthonum *parana* (=fluvius) et *mbuk* (= affluens), quasi agatur de flumine quod pars sit maris (Egli, 710).
Pernambucenses, ium; Pernambucensis, e.

Perpignan
Perpinianum, i, n. (cfr. FB), vel Perpenianum, i, n. (cfr. B).
Est urbs Gallica.
Perpinianenses, ium; Perpinianensis, e.

Perth
Perthum, i, n.
Sic urbs Australiae, oppidum Scotiae, urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, appellantur. Re quidem vera sic primitus appellatum est oppidum Scoticum (nomen est Celticum).
Perthenses, ium; Perthensis, e.

Perù Pérou Perú
Peruvia, ae, f.
Peruviani, orum; Peruvianus, a, um.

Perugia Pérouse Perusa Perugia
Perusia, ae, f.
De hac urbe Umbriae plures veteres commemorant.
Perusini, orum; Perusinus, a, um.

Pesaro
Pisaurum, i, n.
Haec urbs Italica a Cic. *Fam.* 16, 12, 13 — *Phil.* 13, 12, 26; Caes. *B.C.* 1, 11, 12, pluribusque aliis memoratur.
Pisaurenses, ium; Pisaurensis, e (cfr. Cic. *Brut.* 78).

Pescara (fluvius)
Aternus, i, m. Est fluvius, qui in Sabinis oritur et in mare Hadriaticum effunditur.

Pescara (urbs)
Aternum, i, n.; cfr. Mel. 3, 110; C.I.L. 9, 5959. Haec urbs ad Aterni (v.) fluvii ostia est sita.
Aternenses, ium; Aternensis, e (*Lib. col.* 1 *grom.*; ex usu Curiae Romanae: Piscariensis).

Peschiera
Piscaria, ae, f.; cfr. OP, s.v. *Mincius*. Est urbs Italica ad lacum Benacum sita.
Piscarienses, ium; Piscariensis, e.

Peshawar Peschawar
Pesavaria, ae, f.
Est urbs Pakistana. Pesavarienses, ium; Pesavariensis, e.

Peterborough
Petroburgum, i, n.; addi potest: Canadae; est enim urbs eius Dicionis.
Petroburgenses, ium (Canadae);
Petroburgensis, e (Canada. Ex usu Curiae Romanae: Peterboroughensis).

Petit St-Bernard
V. Piccolo San Bernardo.

Petrolina
Petrolina, ae, f.
Est oppidum Brasiliense.
Petrolinenses, ium; Petrolinensis, e.

Petrópolis
Petropólis, is, f.
Haec urbs Brasiliae finibus continetur.
Petropolitani, orum; Petropolitanus, a, um.

Petshora Petschora
Petzora, ae, f.
Est flumen Russiae, in mare Barentianum se effundens.

Pettau
V. Ptuj.

Pfalz
V. Palatinato.

Pforzheim
Porta Hercyniae, f.
vel Porta Hercynia, f. cfr. BM.

Philadelphia
Philadelphīa, ae, f.
Haec urbs Pensilvaniae ab huius Civitatis auctore, Villelmo Penn, libertatis vindice et fraternitatis inter homines fautore, condita est et sic significanter appellata (v. *Pennsylvania*).
Philadelpheni, orum (cfr. Amman); Philadelphenus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Philadelphiensis).

Philipsburg
Philippoburgum, i, n. Ita appellatur oppidum princeps partis Nederlandicae Insulae S. Martini seu Martinianae, quae est una ex Antillis.
Philippoburgenses, ium; Philippoburgensis, e.

Phoenix
Phoenix, cis, f.; accus. exit in — a (cfr. Ovid. *Met.* 15, 393: «Assyrii Phoenica vocant»). Haec est urbs princeps Arizonae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Nomine Phoenicis (gen. masc.) appellatus est filius Agenoris, nepos Beli, prisci Aegyptii, filius Amintoris, qui comes Achillis fuit, fluvius Thessaliae ac demum avis in Arabia nobilis, sed fabulosa, de qua Plinius *H.N.* 10, 2, 2, exponit; narrat enim eam «senescentem casia turisque surculis construere nidum, replere odoribus et supermori. Ex ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum». Quam ob rem Phoenix habetur signum civitatis vel alicuius instituti in pristinum splendorem revocati.
Phoenicenses, ium; Phoenicensis, e.

Pianosa
Planasia, ae, f.
Ita insula maris Tyrrheni appellatur, quo temporibus imperii Romani solebant rei deportari. cfr. Plin. *H.N.* 3, 6, 12 (80); Varr. R.R. 3, 6, 2; Tac. *Ann.* 1, 3 et 5; Suet. *Aug.* 65; al.

Picardia Picardie
Picardia, ae, f. Est regio Galliae.
Picardi, orum; Picardus, a, um.

Piccolo San Bernardo Petit St-Bernard Pequeño San Bernardo Little St. Bernard Kleiner St. Bernhard
Alpis Graia, f.; cfr. Tab. Peut.

Piemonte Piémont Piamonte Piedmont Piemont
Pedemontium, ii, n.
Sunt, qui hanc regionem Italiae appellent Galliam Subalpinam, sed novum nomen rectius adhibetur; Pedemontani; Pedemontanus, a, um.

Pienza
Pientia, ae, f.
Est oppidum Italiae.
Pientini, orum; Pientinus, a, um.

Pierre
Petropŏlis Dacotae, f.
Sic urbs caput Dacotae, unius e Foederatis Americae Sept. Civitatibus, vocatur. Additur vero «Dacotae», cum sit Petropolis in Brasilia.
Petropolitani, orum, Dacotae; Petropolitanus, a, um, Dacotae.

Pietersburg
Petroburgum, i, n.
Est urbs Africae Australis.
Petroburgenses, ium; Petroburgensis, e.

Piglio
Capitŭlum Hernicorum, n. vel solum: Capitŭlum, i. De hoc oppido Latii Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (63); Grom. 1; C.I.L. 10, p. 590, commemorant.

Pilatus
Pileatus Mons, m.
Est mons Helvetiae.

Pilsen Plzen
Pilsīna, ae, f. Cfr. Aen. S. Piccolomini, *Germania.*
Est urbs Tzechoslovakiae, cervisiae coctura insignis.
Pilsinenses, ium; Pilsinensis, e.

Pinar del Rio
Pinetum Fluminale, n.
Est oppidum Cubanum.

Pinerolo Pignerol
Pinerolium, ii, n.
Est urbs Italica.
Pinerolienses, ium; Pineroliensis, e.

Pinzgau
Vallis vel regio Ambisontium, f.
Ambisontes, gens alpina, partem Norici olim incolentes, memorantur a Plin. *H.N.* 3, 20, 24 (137); Ptol. 2, 13, 2.

Piombino
Plumbinum, i; hoc oppidum Tusciae prope Populoniam, antiquam urbem Etruscorum, situm est.
Plumbinenses, a. Plumbinianus, a, um.

Piracicaba
Piracicaba, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Piracicabenses, ium, Piraciacbensis, e.

Pirano
Piranum, i, n.
Hoc oppidum Histriae memoratur in C.I.L. 5, p. 48.
Piranenses, ium; Piranensis, e.

Pirate Coast vel Trucial Coast Piratenküste vel Seeräuberküste
Litus Piratĭcum, i, n.
Sic litus Arabiae orientalis inter Masandim et Quatariam paeninsulas appellatur. Piratĭcus, a, um, est usitatum verbum adi. Latinum; cfr. bellum piraticum.

Pirenei Pyrénées Pireneos Pyrenees Pyrenäen
Pyrenaei montes, m; saepius vero haec montium iuga nomine Pyrenaei saltus (Pyrenaeus saltus) comprehenduntur. Interdum solum Pyrenaeus, i, m. ponitur.

Pireo Pirée (le) **Pireo Piraeus Piräus**
Piraeus, i, vel Piraeeus, m., et Piraeum, i, n. Est portus Athenarum, qui olim permagnus habebatur, utpote XL navium capax.
Piraeus, a, um (cfr. Ovid *Met.* 6, 446: «portus Cecropius intrat Piraeaque litora tangit»; Sil. It. 13, 754).

Pirna
Pirna, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Pirnenses, ium; Pirnensis, e.

Pistoia
Pistorium, ii, n.
In huius urbis agro anno 63 a. Ch. n. Catilina cum sociis devictus et interemptus est. More Graecorum (Πιστωρία) scribitur interdum etiam Pistoria: cfr. versum in urbis sigillo impressum: «Quae volo tantillo Pistoria caelo sigillo».
Pistorienses, ium; Pistoriensis, e (cfr. Sallust. *Cat.* 59: «Reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit»).

Pitcairn
Pitcairna, ae, f.
Est colonia Britannica, in Oceania sita.
Pitcairnenses, ium; Pitcairnensis, e.

Pitigliano
Pitilianum, i, n.
Est oppidum Tusciae.
Pitilianenses, ium: Pitilianensis, e.

Piura
Piura, ae, f.
Haec urbs finibus Peruviae continetur.
Piurenses, ium; Piurensis, e.

Plattensee
V. Balaton.

Plock
Plocum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Polonica.
Plocenses, ium; Plocensis, e.

Plovdiv
v. Filippopoli.

Plymouth
Plymutum, i, n. Nomine huius urbis Britannicae significatur ostium (*mouth*) fluminis *Plym.*
Plymutenses, ium; Plymutensis, e.

Po
Padus, i, m.
Est praecipuum flumen Italiae, «rex fluviorum» (Verg. *Georg.* 1, 488).
Padanus, a, um (cfr. Sidon. *Ep.* 1, 8: «Padani culices»).

Poblet
Populetum, i, n.
Est oppidum Hispaniae.
Populetani, orum; Populetanus, a, um.

Podolinec
Podolinum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Slovakiae.
Podolinenses, ium; Podolinensis, e.

Poggibonsi
Podium Bonitii, n. (Cfr. OL).
Est oppidum Italicum.

Pointe Noire
Nigropŏlis, is, f.
Est urbs Rei publicae Popularis Congicae.
Nigropolitani, orum; Nigripolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: de Pointe Noire).

Poissy
Pinciăcum, i, n. (cfr. DGAM).
Est oppidum Galliae.
Pinciacenses, ium; Pinciacensis, e.

Poitiers
Pictava, ae, f.
Ita appellatur urbs, Pictavorum in Gallia caput, apud Sulp. Sev., *Vita S. Martini*, 5, 1, atque adeo e ratione sermonis Latini, in usu et consuetudine hominum adhuc vigentis. Media vero, quae dicitur, aetate invaluit nomen *Pictavium, ii*, quod, ut liquet, est minus Latinum.
Pictavienses, ium; Pictavĭcus, a, um (cfr. Auson., *Epigr.* 50 (51) 2, vel Pictaviensis, e (Hieron., Ep. 55: «Sanctus Hilarius episcopus Pictaviensis»). A Rav. (297) adiectivum ita exaratum est: Pictavensis.
Ex usu Curiae Romanae ponitur: Pictaviensis.

Poitou
Regio (vel fines) Pictavorum vel Pictavica (Pictavici) vel Pictaviensis (Pictavienses).
Pictavi fuerunt populus Galliae Celticae, deinde Aquitaniae, ad austrum cursus inferioris Ligeris; cfr. Ammian. XV, 11, 13; Venant. Fort. II, 16, 2.

Pola Pula
Pietas Iulia, f.
Haec urbs Histriae, a Colchis condita, ut Plin. *H.N.* 3, 19, 23 (129), narrat, colonia fuit sub Augusto e gente Iulia.
Pietatenses, ium; Pietatensis, e (ex usu Curiae Romanae: Polensis).

Polcevera
Porciĭfera, ae, f.
(cfr. lexica). Est nomen rivi Liguriae.

Policastro
Buxentum, i, n.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 10 (72); Liv. 32, 29 et 34-45.
Buxentini, orum (C.I.L. 10, 455); Buxentinus, a, um, vel poetarum more Buxentius, a, um (Sil. It. 8, 585; ex usu Curiae Romanae: Polycastrensis).

Polignano
Polinianum, i, n. (cfr. S).
Polinianensis, ium; Polinianensis, e.

Polinesia Polynésie Polinesia Polynesia Polynesien
Polynesia, ae, f.
Polynesiani, orum; Polynesianus, a, um.

Polinesia Francese Polynésie Française
Polynesia Gallica, f.
Haec circiter 100 insulas comprehendit.

Pollenzo
Pollentia, ae, f.
Est urbs Italica; cfr. Plin. *H.N.* 35, 12, 45 (160); Martial. 14, 157. Col. 7, 2; Cic. *Div.* 11, 13; Sil. It. 8, 599.
Pollentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 13, 18 [111]; Pollentinus, a, um (Claudian. Carm. 28, 127).

Polling
Pollinga, ae, f.
Est vicus Bavaricus, monasterio canonicorum regularium olim illustris.
Pollingani, orum; Pollinganus, a, um.

Polonia Pologne Polonia Poland Polen
Polonia, ae, f.
Poloni, orum; Polonĭcus, a, um.

Pomerania Poméranie Pomerania Pommern
Pomerania, ae, f.
Pomerani, orum; Pomeranus, a, um.

Pomezia
Pometia, ae, f.
Fuit olim in Latio ac quidem in finibus Volscorum, prope Borbam et Satricum, ut videtur, urbs Suessa Pometia appellata (cfr. Cic. *Rep.* 2, 44; Liv. 1, 53, et 2, 25).
Quae, omisso nomine Suessae, etiam solum Pometia a Livio 2, 16, nuncupatur.
In agro Pomptino urbs ita vocata (*Pomezia*) a Ben. Mussolini condita est.
Pometini, orum; Pometinus, a, um (cfr. OP).

Pompei
Pompeii, orum, m.
Haec urbs celebris anno 79 p. Ch. n. Vesuvii lapillis cineribusque sepulta est, dum cives laeti gladiatorum spectaculo aderant.
Pompeiani, orum; Pompeianus, a, um.

Pondicherry
Pondicherium, ii, n.
(cfr. AP); est urbs Indica.
Pondicherienses, ium; Pondicheriensis, e.

Pont-à-Mousson
Mussipons, tis, m. cfr. B. Est oppidum Galliae.
Mussipontani, orum; Mussipontanus, a, um.

Pont-Audemer
Breviodurum, i, n.
De hoc oppido Galliae commemoratur in Itin. Anton. et in Tab. Peut.; cfr. OP, I, p. 280.
Breviodurenses, ium; Breviodurensis, e.

Pontecorvo
Pons Curvus, m.
Est oppidum Italiae.

Ponte Milvio
Mulvius Pons, m.; male scribitur Milvius.
De hoc ponte Urbis cfr. *Mon. Ancyr.* IV, 20: «Consul septimum viam Flaminiam ab (urbe) Ariminum feci et pontes omnes praeter Mulvium et Minucium».

Pontianak
Pontianacum, i, n.
Est urbs Indonesiana.
Pontianacenses, ium; Pontianacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Pontianakensis).

Pontine
Pontiae (insulae), f.

Pontine (olim paludes)
Pomptinae paludes, f.; nunc potius appellatur ager Pomptinus, ex quo nempe exsiccatae sunt illae.

Pontoise
Briva Isărae, f.
Hoc nomen occurrit in Itin. Ant.

Pontremoli
Apua, ae, f.
Est oppidum Liguriae in confinio Tusciae, de quo apud Liv. 39, 2 et 40, 1 et 36, et in *Fastis triumph. Cap.* a. 599 commemoratur. Seriore aetate nomen Pons Trĕmulus (id enim *Pontremoli* significat) inductum est.
Apuani, orum; Apuanus, a, um.

Ponza
Pontia, ae, (vel Pontiae, arum, f., cum sint tres insulae, quarum maxima Pontia dicitur, altera Palmaria, tertia Sinonia). Memoratur a pluribus veteribus scriptoribus.

Popayan
Popaianum, i, n.; est urbs Columbiana.
Popaianenses, ium; Popaianensis, e (ex usu Curiae Romanae; Popayanensis).

Pordenone
Portus Naonis, m. cfr. B.
Portunaonenses, ium; Portunaonensis, e.

Porrentruy
Brundusia, ae, f. vel Brundisia, ae, f. (OL; C).
Est urbs Helvetiae.
Brundusienses, ium; Brundusiensis, e.

Port-au-Prince
Portus Princĭpis, m.
Ita urbs princeps Haitiae vel Civitatis Haitianae appellatur.

Port-de-Paix
Portus Pacis, m.
Haec urbs in insula Haitiana est sita.

Port Elizabeth
Portus Elisabethanus, m.
Est urbs Africae Australis (ex usu Curiae Romanae: Portus Elizabethensis).

Portland
Portlandia, ae, f.
Haec urbs in Cenomannica sita est, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Portlandienses, ium; Portlandisiensis, e.

Port-Louis
Portus Ludovici, m., vel Portus Ludovicianus, m.
Est urbs caput Insulae Mauricianae.

Port Moresby

Portus Moresbiensis, m.; cfr. AP. Est urbs primaria Papuasiae.

Porto (O Porto)

Portus Cale, m. (Cale, es) vel Portus Calensis, m.; cfr. *Portogallo*.
Portucalenses, ium; Portucalensis, e (ex usu Curiae Romanae: Portugallensis).

Porto Alegre

Portus Alăcer, m.
Sic urbs, in Brasiliae finibus posita, appellatur.
(Adi. ex usu Curiae Romanae: Portalegrensis).

Porto Amélia

Portus Amaliae, f.
Haec urbs finibus Mozambici continetur (ex usu Curiae Romanae: Portus Ameliae).

Porto Empedocle

Portus Empedoclēus, m.
Ita hoc oppidum Siciliae appellatur e nomine Empedoclis, philosophi Agrigentini.
Empedoclēus, a, um, est apud Cic. *Tusc.* 1, 17, 41.

Portoferraio

Ferrarius Portus, m. (BM).
Est oppidum Italiae.

Port of Spain

Portus Hispaniae, m.
Ita appellatur urbs princeps Civitatis Trinitatis et Tobagi.

Portogallo Portugal

Lusitania, ae, f.
Vetus hoc nomen servamus: vulgare (*Portugal*) deductum est a *Portu Cale*. Est autem Cale urbs ad ostia fluminis Durii, de qua Servius ad Verg. *Aen*, 7, 728, commemorat. Sed iam apud Isidorum Goth. 31, et in C.I.L. 2, p. 332, est *Cale Portus* vel *Portucale*.
Lusitani, orum; Lusitanus, a, um (Res publica Lusitana).

Portogruaro

Portus Gruarii, m. (cfr. L).
Est urbs Italiae.
Portugruarienses, ium; Portugruariensis, e.

Porto Nacional

Portus Nationalis, m.
Est urbs in finibus Brasiliae.
Vox *nationalis, e*, non quidem in Latinitate, quae proprie vereque dicitur, invenitur, est tamen omnino inducenda.

Porto Novo

Novus Portus, m.
Haec urbs est caput Civitatis Dahomeianae seu Benini.
Novoportuenses, ium (hoc verbum eodem fere modo confictum est quo vetus nomen Novocomensis); Novoportuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Portus Novi).

Porto Rico Puerto Rico

Portus Dives, m.; cfr. FB; urbs caput Ioannipŏlis Portus Divitis (*San Juan*); haec «Communitas» arte cum Civitatibus Foederatis Americae Sept. coniungitur.
Portudivitenses, ium; Portudivitensis, e.

Porto Torres

Turris Libysonis, f.
Est urbs et portus Sardiniae. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 7, 13 (85); Itin. Anton. et Tab. Peut.

Pôrto Velho

Portus Vetus, m.
Est urbs Brasiliae, ac quidem caput territorii Rondoniensis.

Porto Venere

Portus Venĕris, m.
Est oppidum Italiae.

Portoviejo

Portus Vetus Aequatoriae, m.
Haec urbs Aequatoriae finibus continetur.

Port-Royal

Portus Regalis; ita vetus coenobium vocatur, anno 1204 conditum et 1626 Lutetiam Parisiorum translatum.
Porturegalenses, ium; Porturegalensis, e.

Port Said

Portus Saidensis, m.
Haec urbs Aegypti a *Said-pasha* est appellata, quo dominante isthmus est intersectus et sic euripus Hieroopolitanus (vulgo *Suez* vocatus) confectus.

Portsmouth

Portus Magnus, m. (cfr. OL; AP).
Est urbs Britanniae.

Poschiavo

Pesclavium, ii, n.
Hoc nomen ita interpretantur: «pes clavium», i.e. montium circumquaque claudentium (cfr. Egli, 738).
Pesclavienses, ium; Pesclaviensis, e.

Posillipo

Pausilypum, i, n.
Nomine, quod e verbis Graec. παῦσις = requies, et λύπη = dolor, conflatum est, promunturium inter Neapolim et Puteolos appellatur; cfr. Dion. 54, 23; Plin. *H.N.* 3, 6, 12 (82) et 9, 53, 78 (67).

Potenza

Potentia, ae, f.
De hac urbe, in finibus Lucaniae sita, commemoratur in Itin. Ant. et in Tab. Peut.
Potentini, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 11, 15 [98]); Potentinus, a, um.

Potomac

Potomacus, i, m.
Hoc nomine fluvius appellatur, ad quem Vasintonia, urbs princeps Foederatarum Civitatum Americae Sept., est sita.

Potosí

Potosia, ae, f.
Est urbs Boliviana.
Potosienses, ium; Potosiensis, e.

Potsdam

Posdamum, i, n.; ab aliis ponitur Potisdamia, ae, f.
Origo huius nominis Germanica esse perhibetur: *bot* (*Boot* = linter) — *damm* (= agger, ripa); cfr. K. Bekker, *Die Namen Potsdam und Poztupimi*: Beiträge zur Namenforschung 7 (1972) pp. 287-288.
Posdamenses, ium; Posdamensis, e.

Pouilles (les)

V. Puglia.

Pouilly-sur-Saône

Pulliăcum ad Arărim, n.
Pulliacenses, ium; Pulliacensis, e.

Poznan Posen

Posnania, ae, f.
Est urbs Polonica.
Posnanienses, ium; Posnaniensis, e.

Pozzuoli

Puteŏli, orum, m.
Cfr. Cic. *Att.* 5, 2, 2: «Puteoli fuit illa quasi sedes quaedam mercaturae et navigationis ex Asia et Aegypto et in primis celebratur classis Alexandrina quotannis tum alia, tum frumentum Puteolos advehens».
Puteolani, orum; Puteolanus, a, um.

Praga Prague Praga Prag

Praga, ae, f.
Est urbs caput Tzechoslovakiae.
Pragenses, ium; Pragensis, e.

Praia

Praia, ae, f.
Sic oppidum princeps Insularum Fortunatarum appellatur.
Praienses, ium; Praiensis, e.

Prato

Pratum, i, n.
Pratenses, ium; Pratensis, e.

Premislia Przemysl

Premislia, ae, f.
Premislienses, ium; Premisliensis, e.

Presenzano

Rufrae, arum, f.
De hac urbe in Samnio posita plures veteres commemorant (cfr. Cato *R.R.* 22 et 135; Verg. *Aen.* 7, 739; Liv. 8, 25).
Rufrani, orum; Rufranus, a, um (in titulis).

Presidente Prudente

Prudentipŏlis, is, f. (cfr. AP).
Haec urbs finibus Brasiliae continetur (cfr. AP) Prudentipolitani, orum; Prudentipolitanus, a, um.

Presov Prjasev

Presovia, ae, f.
Presovienses, ium; Presoviensis, e.

Pressburg

V. Bratislava.

Preston

Prestonia, ae, f.
Prestoniensis, ium; Prestoniensis, e.

Pretoria

Praetoria, ae, f.
Ita appellatur urbs, in qua Moderatores Rei publicae Africae Australis degunt. Haec urbs appellata est e nomine Andreae Pretorius (mort. 1853), qui strenuus fuerat exercitus praefectus in bello Burano (i.e. gentis, quae *boeri, boers, Buren* dicitur). Nomen ipsum Pretorius, ut liquet, a fonte Latino est prorsus deductum; quapropter secundum huius sermonis rationem ponitur Praetoria. Est quidem vetus nomen geographicum Latinum Praetorium (urbs in ora Syrtis magnae, et Praetorium Latovicorum, urbs Pannoniae superioris; cfr. Tab Peut. et Itin. Ant.).
Praetoriani, orum: Praetorianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Praetoriensis).

Princeton

Principitonia, ae, f.
Est urbs, bonis artibus et studiis affluens, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita. Quod nomen e *prince* (= princeps) et *ton* (*town* = urbs) coaluit.
Principitonienses, ium; Principitoniensis, e.

Priverno

Privernum, i, n.
Est vetus urbs Latii, olim in Volscis, quae a pluribus scriptoribus memoratur; cfr. Liv. 7, 1; Verg. *Aen.* 11, 540; al. Privernates, um vel-ium (cfr. Liv. 8, 21; Sil. It. 8, 395; al.); Privernas, atis (cfr. Liv. 8, 20; Cic. *Leg. agr.* 2, 25; Plin. *H.N.* 14, 6, 8 [65] al.) vel Privernus, a, um (Cic. ibid., sed non certa est lectio; ex usu Curiae Romanae: Privernensis).

Prome

Prome, is, f.
Est urbs Birmaniae.
Promenses, ium; Promensis, e.

Propriá

Propria, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Proprienses, ium; Propriensis, e.

Provenza Provence

Provincia, ae, f.
Cfr. Caes. *B.G.* I, 1, 1; al.

Providence

Providentia, ae, f.
Sic urbs caput Rhodensis Insulae, unius e Foederatis Americae Sept. Civitatibus, appellatur. Recte vero Latine Providentia scribitur, cum plura sint vetera nomina oppidorum urbiumque «abstracta» (cfr. Concordia, Pietas Iulia, Pax Augusta, Laus Pompeia).
Providentienses, ium; Providentiensis, e.

Provins

Provinum, i, n. (cfr. BM; DGAM).
Est urbs Galliae.
Provinenses, ium; Provinensis, e.

Prüm

Prumia, ae, f. cfr. FB.
Est oppidum Germaniae.
Prumienses, ium; Prumiensis, e.

Prussia Prusse Prusia Prussia Preussen

Borussia, ae, f.
Borussi, orum; Borussĭcus, a, um.

Przemysl

V. Premislia.

Ptuj Pettau

Poetovium, ii, n.; scribitur etiam Poetovio. Est oppidum Norici, nunc in Iugoslavia situm. Cfr. Tac. *Hist.* 3, 1; Itin. Snt.; Ammian. 14, 11, 19; Tab. Peut.; al.
Poetovienses, ium; Poetoviensis, e.

Pueblo

Popŭlus, i, m.
Vox vulgaris Hispanica *pueblo*, a verbo Latino populi ducta, vicum, pagum, oppidum atque etiam populum, nationem significat. Ideo in re geographica frequentatur. Populus media aetate similem intellectum accepit; cfr. Du Cange s.v., ubi idem valet ac paroecia, urbis regio.
Populenses, ium; Populensis, e.

Puerto Montt

Portus Montensis, m.
Est urbs Chiliensis (ex usu Curiae Romanae appellatur: Portus Montt).

Puerto Real

Portus Gaditanus, m.
Est oppidum Hispaniae, de quo in Itin. Anton. commemoratur.

Puerto Rico

V. Porto Rico.

Puglia Pouilles (les) **Pulla Apulia Apulien**

Apulia, ae, f.
Apŭli, orum; Apŭlicus, a, um, vel Apŭlus, a, um.

Pulla

V. Puglia.

Punaka

Punaca, ae, f.
Ita urbs princeps Butaniae appellatur.
Punacenses, ium; Punacensis, e.

Punjab Pandjab Pandschab

Pansaba, ae, f.
Est regio, quam quinque flumina in Indum influentia permeant; ideo Persico sermone *pandsh* (= quinque) — *ab* (= fluvii) appellata.
Pansabenses, ium; Pansabensis, e.

Puno
Punium, ii, n. (cfr. AP).
Est urbs Peruviae.
Punienses, ium; Puniensis, e.

Punta Arenas
Arenae, arum, f.
Est urbs episcopalis, in australi plaga Chiliae sita.
Arenenses, ium; Arenensis, e.

Punta del Este
Caput Orientale, n.
Est urbs Uruguaiana.

Purwokerto
Purvokertum, i, n.
Est oppidum Indonesianum.
Purvokertenses, ium; Purvokertensis, e.
sis, e.

Puy (le)
Podium, ii, n.
Est urbs nobilis Galliae; cfr. IM.
Podienses, ium; Podiensis, e.

Puy-l'Evéque
Podium Episcopi, n.
Est urbs Gallica.

P'yongyang
Pyongyanga, ae, f.
Est urbs princeps Coreae Septentrionalis.
Pyongyangenses, ium; Pyongyangensis, e.

OPVS FUNDATVM «LATINITAS»
in Civitate Vaticana constitutum

Series librorum editorum edendorum:

1) C. EGGER, *Lexicon nominum locorum.*

2) C. EGGER, *Latine discere iuvat,* II editio recognita et aucta (apparatur).

3) C. EGGER, *Lexicon nominum virorum et mulierum,* III editio recognita et aucta (apparatur).

4) E. PIACENTINI, *Inscriptiones Vaticanae Latinae recentioris aetatis* (apparatur).

CAROLI EGGER

LEXICON NOMINVM LOCORVM

OFFICINA LIBRARIA VATICANA
Libreria Editrice Vaticana
EDIDIT

PROOEMIVM

Cum in Commentariis, qui *Latinitas* inscribuntur, pluries de nominibus locorum non sine legentium probatione egissem, visum est ea, quae iam edita essent, et multa alia, litterarum ordine in volumen digesta, vulgare.

Tempora, quibus aevum agitamus, non quidem eius modi favent incepto; non tamen desunt, qui hodieque studio flagrent humanitatis Latinae, neque hoc lumen restingui patiantur. Addit etiam animum Opus Fundatum, cui nomen *Latinitas,* a Paulo VI P.M. nuper conditum ad tutandum et incrementis augendum sermonem Romanum.

In opere conficiendo has directorias sum secutus:

I. Solum nomina geographica, ad aetatem nostram pertinentia, non vero antiqua, cum vita hominum, qui nunc sunt, non amplius coniuncta, in hoc lexicon sunt relata. Antiqua enim illa nomina in aliis lexicis facile possunt reperiri. Verumtamen nomina vetera, etiam senescentis Romanorum imperii, dummodo loca hodierna certe ac definite significent, sunt, ut liquet, servata. Si antiqua desunt, nomina e Latinitate medii aevi et infima, quae dicitur, sunt saepe petita.

II. Nomina geographica vulgaria, si nondum sunt Latine reddita, aut minus Latine facta, prudenter sunt novata. Qua in re hasce secutus sum normas peculiares:

a) Nomen vulgare, cui sententia vera et propria est subiecta, interdum apte in Latinum vel etiam in Graecum, si res postulat, convertitur; cfr.

Tel Aviv (= *collis vernus*) — Vernicollis; Addis Abeba (= *novus flos*) — Neanthopolis.

b) Si hoc fieri nequit, nomen vulgare ad aures Latinas accommodatur — quemadmodum veteres Romani saepe fecerunt — dummodo intellegens habeatur iudicium et sermonis Latini naturae ac dignitatis ratio ducatur.

c) Nomen geographicum vulgare, si nequaquam aut vix Latinitate potest donari, poterit — iterum veterum Romanorum exemplo — illis accenseri verbis, quae in casus non inclinantur; cfr. Tingi (= *Tanger*), Hebron, Bethleem.

d) Interdum apta fit compositio, qua duo (vel tria) verba in unum coalescunt. Quod saepe fieri contingit, cum vocabulum Graecanicum *polis* additur, maxime ut loca e nomine Sancti Caelitis vel hominis illustris appellata, significentur; cfr. Francopolis (= *San Francisco*), vel, ut est apud veteres, Claudiopolis, Philippopolis. Notum est quidem Romanos in verbis componendis ex more duo tantum verba compaginasse, sed in nominibus geographicis etiam tria apud illos occurrunt; cfr. Neoclaudiopolis.

III. In accommodandis ad aures Latinas nominibus vulgaribus, non ad arbitrium rem feci, sed quasdam leges, quarum nonnullae iam pridem invaluerunt, sum secutus (potissimum ea, quae in lexico a Kraft concinnato, *Deutsch-lateinisches Wörterbuch, Geographischer Anhang* appellato, exposita sunt). Haec est autem earum legum seu normarum summa:

Diphtongi ei, ö, ü vulgarium nominum Germanicorum fiunt ex more: i, o (oe), u; diphtongi vocabulorum Gallicorum ai, ei, oi, oui plerumque fiunt: a, e, o, ue.

Desinentes syllabae vocabulorum vulgarium ita in lingua Latina mutantur:

ach, ack	- acum vel achium	am	- amum
ad	- adum	an	- ania vel anum
agne	- ania	anz	- antia vel antium
ailles	- alia	ar	- aria
ain, eine	- ania, anium	atz	- atium
al	- alium	at	- atum
au	- avia	ig, ick, ich	- icus vel icum
aux	- atium	ie	- ia

ay	- aia vel aria
berg	- berga
born	- borna
burg	- burgum
cester	- cestria
dorf	- dorfium vel dorpium
e	- a
eck	- ecca (eca) vel eccum
eglia	- elia
ein	- inum
em	- emum
ence, en, enz	- entia
er	- era
euil	- olium
ey	- ia vel eia
feld	- feldia
fels	- felsa vel convertitur
ford	- fordia
furt	- furtum (raro fordia)
gart, garte, gorod, grod	- gardia
gen	- gia
hausen, husen, hus	- husa vel husium
haven	- havia vel convertitur
heim	- hemum vel hemium
hofen	- hovia, hovium vel convertitur
holm	- holmia
holz	- holtia vel holtum
horst	- horstium
hum	- humum
hut	- hutum vel huta

igno	- inium
im	- imum
in	- inum
inge, ingen	- inga
itz, itsch	- itium
kirchen	- kirka vel convertitur
land	- landia
leben	- leba
mold	- moldia
mond, mont, monte	- montium
mouth	- muthum
münde	- munda
o (It., Hisp, Lusit.)	- um
oglio	- olium
ogne	- onium vel onia
oping	- opia
oux	- usum
ow	- ovia
pel, poli	- polis
sand	- sanda
stadt, städt, statt	- stadium
stein	- stenum
tal, thal	- dalia vel talia vel convertitur
ton	- tonia, raro tonium
wegen	- vegia
y	- ium
zell	- cella
zza	- ssa

IV. Nomina incolarum et adiectiva (in hoc lexico priora solent primo loco, altera secundo recenseri), pertinentia ad vocabula geographica peregrina, plerumque in -enses, ium, et -ensis, e, exeunt. Cui rei documento sunt vetera nomina Africae, quorum 190 adiectiva percensui: 134 vidi in -ensis, 53 in -itanus exire, tria alio modo terminari. Sed hoc pro lege non obtinet, siquidem terminatio-anus, a, um, (et -itanus, a, um) interdum apte inducitur.

Quodsi appellatio geographica duobus vel pluribus verbis efficitur (ex gr. Portus Gratiae, Promunturium Viride, Urbs Lacus Salsi), breve nomen incolarum et adiectivum non sunt in procinctu. Tunc oportet utaris genetivo vel ablativo praeposita vocula de vel ex vel sim. (cfr. civis, templum Portus Gratiae).

V. Peculiaris oritur difficultas, cum soni peregrini, a lingua Latina prorsus alieni, sunt reddendi. Coniunctae litterae, quae cum sibilo eduntur, *sh*, ut Angli scribunt (*sci, sce* apud Italos, *ch* apud Gallos, *ch* apud Hispanos, *sch* apud Germanos), veterum Romanorum Graecorumque exemplo una littera *s* solent significari; cfr. Yerushalaim — Ierusalem; Yehoshuah — Iosue; Shêmuel — Samuel.

Sonus vero *ci, ce* Italorum (*tch* Gallorum, *ch* Hispanorum, *ch* vel *tch* Anglorum, *tsch* Germanorum) non sine audacia quadam, ita Latine reddendus mihi esse videtur, ut ponatur *tz*. Quae quidem coniunctae litterae in lingua Latina, quamquam non in sermone praestanti, inveniuntur: cfr. Titzis, urbs Aegyptia, in Itinerario Anton.; Tzoides, urbs Thraciae (A. H. M. Jones, *The cities of the Eastern Roman Provinces, Oxford* 1937, pp. 25-26); Tzurulum, apud Procop. *Bell. Goth.* III, 38; Cutzara, nomen muliebre, C.I.L. VIII, 16039; Cutzupitae, vel Cutzupitani, apud Augustin., Ep. 53, 2, quo nomine Donatistae, qui Romae fuerunt, per ludibrium, ut videtur, appellabantur. Quam ob rem ponitur, ex. gr.: Tzechoslovakia (a Graecis, qui nunc sunt, scribitur Τσεχοσλοβακία). Ad hoc quod attinet, animadvertendum est litteram *z*, I saeculo a. Ch. n. in linguam Latinam inductam, prorsus sonoram fuisse, uti nunc aiunt, id est sono suavem; cui rei argumento est scribendi ratio zmaragdus (smaragdus), Zmyrna (Smyrna), quae in antiquis litterarum monumentis invenitur. Errant Germani aliique, cum hanc litteram *z*, ut in sermone suo, sono aspero quasi ts efferunt. Itaque *tz* propius videtur accedere ad sonum illum peregrinum, qui supra est dictus.

Sonus suavior, qui item cum sibilo editur, id est *ge, gi* Italorum (*dj* Gallorum, *j* Anglorum, *dsch* Germanorum) coniunctis litteris *dz* exprimitur; compositae enim hae litterae, licet raro, in lingua Latina occurrunt; cfr. Dzidzia, nomen mulieris, C.I.L. v. 7409; Dzoni, nomen viri (pro Dioni), ibid. V, 6215.

Liquet huiusmodi litteras coniunctas ad nomina locorum peregrina referri,

non ad ea, quae ab antiquis appellationibus Latinis manarunt (cfr. Lat. Nursia — It. Norcia; Lat. Perusia — It. Perugia).

VI. *W*, quae littera in linguis vulgaribus frequentatur atque etiam in litterarum monumentis Latinis, media aetate conscriptis, semper littera Latina v redditur (quae fuit semiconsonans u: uox).

Quod ad litteram *k* pertinet, solet Latine c poni, sed ante vocalem e et i, propter diversam enuntiandi rationem sermonis Latini apud nationes nostrae aetatis, servatur *k* etiam in nominibus ad lingua Latinam conformatis.

Ceterum, ubi commode fueri potuit, etiam etymologia nominum locorum exhibetur; quam quidem omnes noverunt rem esse perdifficilem.

Fidenti ergo animo hoc opus edo, bona spe fretus id Latinitatis cultoribus aliquid utilitatis esse allaturum.

Carolvs Egger

SCRIBENDI COMPENDIA EXPLICANTVR

Scribendi compendia, quae saepius usurpantur, hic in litteram digeruntur.

AP	=	*Annuario Pontificio*, quo libro, a Sede Apostolica annuatim edito, dioeceses aliaque territoria ecclesiastica, ministeria Curiae Romanae, Legati, Religiosi recensentur.
B	=	Cosimo Bertacchi, *Nuovo Dizionario Geografico,* 2 voll., Torino 1904.
Bacci	=	Card. Antonii Bacci, *Lexicon vocabulorum quae difficilius Latine redduntur*, ed. 4, Romae.
Bad	=	Oreste Badellino, *Dizionario Italiano-Latino,* Torino.
BM	=	F. H. Th. Bischoff u. J. H. Möller, *Vergleichendes Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie,* Göttingen 1829.
C	=	Abbé Chevin, *Dictionnaire Latin-Français de noms propres de lieux,* Paris 1887, denuo impr. 1964.
C.I.E.	=	*Corpus Inscriptionum Etruscarum,* Lipsiae 1893.
C.I.L.	=	*Corpus Inscriptionum Latinarum,* Berolini.
DG	=	*Dizionario Geografico*, 2 voll., Napoli 1756.
DGAM	=	*Dictionnaire de Géographie ancienne et moderne* . . . Paris 1870.
Diehl	=	E. Diehl, *Inscriptiones Latinae christianae veteres*, Berolini 1925-1931.

DNT	=	L. DELLA NOCE e F. TORRE, *Vocabolario Italiano-Latino.*
Du Cange	=	*Glossarium mediae et infimae Latinitatis.*
Egli	=	I. EGLI, *Nonima geographica,* Leipzig 1893.
FB	=	PH. FERRARIUS - A. BADRAUD, *Lexicon geographicum,* Paris 1670.
Förstemann	=	E. FÖRSTERMANN, *Altdeutsches Namenbuch,* 2. Bd: *Orts-und sonstige geographische Namen,* Bonn 1916.
G	=	M. GERBERTI, *Iter Alemmanicum; accedit Italicum et Gallicum,* St. Blasien 1773.
Ge	=	K. E. GEORGES, *Deutsch-Lateinisches Wörterbuch,* Leipzig.
IM	=	I. MABILLON, *Iter Germanicum,* Hamburgi 1717.
Itin. Anton.	=	K. MILLER, *Itineraria Romana,* Stuttgart 1916.
L	=	L. LUCIANO, *Vocabolario Italiano-Latino,* nuova ed. a cura di A. Traina, Bologna.
M	=	A. MIRAEUS, *Geographia ecclesiastica,* Lugduni 1620.
MG	=	MENGE-GÜTHLING, *Enzyklopädisches Wörterbuch der lateinischen und deutschen Sprache,* 2 voll., Berlin.
MGH	=	*Monumenta Germaniae Historica.*
OL	=	GRAESSE-BENEDICT-PLECHL, *Orbis Latinus,* 3 voll. Braunschweig.
OP	=	*Onomasticon totius Latinitatis* opera et studio Iosephi Perin, Patavii 1913.
Rav.	=	*Ravennatis anonymi Cosmographia*; ed I. Schnetz, Lipsiae 1940.
Serra	=	*Synonymorum Apparatus* authore Francisco Serra, Venetiis 1672.

Sleumer	=	A. SLEUMER, *Kirchenlateinisches Wörterbuch,* Limburg 1926.
Tab. Peut.	=	Tabula Peutingeriana: *Orbis Antiquus ex tabula itineraria quae Theodosii imp. et Peutingeri audit,* 2 voll. Budae 1824/25.
TLL	=	*Thesaurus linguae Latinae,* Lipsiae.

Qacha's Nek

Quachasnecum, i, n.
Est oppidum in Lesotho positum.
Quachasnecenses, ium; Quachasnecensis, e.

Quadalaviar

v. Guadalviar.

Quarnero (sinus)

Sinus Flanatĭcus, m. De hoc sinu altissimo maris Hadriatici ad oram Iugoslaviae commemoratur apud Plin. *H.N.* III, 19, 23; in Itin. Rom.,; Tab. Peut.; corrupte scriptum est: Planaticus; apud Steph. Byz. vero Φλανωνικός. Appellatus est autem a vetere oppido Flanona (cfr. Plin. *N.H.* 3, 21, 25), quod nunc vulgo *Plomin, Fianona* dicitur.

Quatar

Quataria, ae, f.
Haec Civitas, Phylarchi Dicio, ad Sinum Persicum est sita.
Quatarienses, ium Quatariensis, e (Quatariensis Dicio).

Quebec

Quebecum, i, n. Ita urbs et provincia Canadae appellantur. Ex autochthonum sermonis ratione hoc nomen *vadum, coartationem* significat, id est eum locum, quo Laurentianus fluvius coartatur aptusque est ad transitum (cfr. Egli, 753).
Quebecenses, ium; Quebecensis, e.

Quedlinburg

Quedlinburgum, i, n.
Sic urbs Germaniae appellatur (cfr. G).
Quedlinburgenses, ium; Quedlinburgensis, e.

Queensland

Terra Reginensis, f. Est una e Civitatibus Australiae. Reginensis est adi. pertinens ad Reginam, urbem Hispaniae (cfr. Plin. *H.N.* 3, 2, 15 [14]; Itin. Anton.; C.I.L. 2, p. 133 et 836).

Queenstown

Reginopŏlis, is, f. Ita urbs in Africa australi sita appellatur. Nomen, quod e *regina* et *polis* coaluit, eodem modo factum est, quo, ut vetus exemplum subiciatur, Helenopolis, oppidum Bithyniae, quod Constantinus honori matris Helenae condidit; cfr. Cassiod, *Hist. trip.* 2, 18; al.; cfr. etiam Helenopontus.
Reginopolitani, orum; Reginopolitanus, a,

um (ex usu Curiae Romanae: Civitatis Reginae seu Queenstovnensis).

Querétaro
Queretărum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Queretarenses, ium; Queretarensis, e.

Querfurt
Querfurtum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Querfurtenses, ium; Quefurtensis, e.

Quezon City
Quezonia, ae, f. Est urbs princeps Insularum Philippinarum. Nomen tractum est ab Emmanuele Quezon (1878-1944), viro in publica re Philippina versato, qui etiam inter annos 1916 et 1935 Senatus Praesidem egit.
Quezoniani, orum; Quezonianus, a, um.

Quilon
Quilonum, i, n.
Est urbs Indica.
Quilonenses, ium; Quilonensis, e.

Quimper
Corisopitum, i, n. vel Coriosopitum, i, n.
Est urbs Gallica (cfr. OL; C).
Corisopitenses, ium; Corisopitensis, e.

Quimperlé
Quimperleum, i, n.
Nomen coaluisse videtur ex *kimber* (=confluens) et *Ellé* (quod est nomen fluvii); cfr. B; C. Est autem oppidum Galliae.
Quimperleani, orum; Quimperleanus, a, um.

Quito
Quitum, i, n. (hoc modo exaratum, nomen iam apud Miraeum, p. 298, scriptum invenimus).
Quitenses, ium; Quitensis, e.

Raab
V. Györ.

Rabat
Rabatum, i, n. Re quidem vera prope hanc urbem, quae est caput regni Marokiensis, fuit olim Sala, ae, a Phoeniciis condita (quorum sermone *sala* idem valet ac rupes); de qua urbe Mela, 3, 107; Plin. *H.N.* 5, 3; al. commemorant. Rabatenses, ium; Rabatensis, e.

Rabaul
Rabaulia, ae, f.
Est oppidum Oceaniae; Rabaulienses, ium; Rabauliensis, e.

Racconigi
Raconisium, ii, n.
Est oppidum Pedemontanum; Raconisienses, ium; Raconisiensis, e.

Radicofani
Radicofanum, i, n.
Est oppidum Tusciae.
Radicofanenses, ium; Radicofanensis, e.

Radolfzell
Cella Radulfi, f.
Hoc oppidum Germanicum ad Lacum Brigantinum est situm.

Rafaela
Raphaëlia, ae, f.
Est urbs Argentina. Raphaëlienses, ium; Raphaëliensis, e.

Ragusa (Iugoslavia) **Dubrovnik**
Ragusium ii, n.
De hac urbe memoratur apud Rav.
Sunt, qui Epidaurum ponant, quae urbs, a pluribus veteribus scriptoribus memorata, prope Dubrovnik, ut nunc appellant, sita erat.
Ragusini, orum; Ragusinus, a, um.

Ragusa (Sicilia)
Ragusa, ae, f.
Ragusienses, ium; Ragusiensis, e (cfr. AP).

Raipur
Raipura, ae, f.
Est urbs Indica.
Raipurani, orum; Raipuranus, a, um.

Raitenhaslach
Raitenhaslacum, i, n.

Est vicus Bavaricus (cfr. OL).
Raitenhaslacenses, ium; Raitenhaslacensis, e.

Rajastan
Radzastania, ae, f.
Est regio Indiae.
Radzastanienses, ium; Radzastaniensis, e.

Raleigh
Raleia, ae, f.
Est urbs caput Carolinae Septentrionalis (unius e Foederatis Americae Sept. Civitatibus), appellata e nomine Valtheri Raleigh, navarchi, qui valde annisus est, ut Britannorum coloniae in «Novum Orbem» deducerentur. Raleiani, orum; Raleianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Raleighiensis).

Rambouillet
Ramboletum, i, n.; cfr. B. Est urbs Galliae.
Ramboletani, orum; Ramboletanus, a, um.

Rancagua
Rancagua, ae, f.
Haec urbs finibus Chiliae continetur.
Rancaguenses, ium; Rancaguensis, e.

Ranchi
Rantzium, u, n.
Est urbs Indica.
Rantzeiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ranchiensis).

Rangoon
Ranguna, ae, f.
Est urbs caput Birmaniae.
Rangunenses, ium; Rangunensis, e.

Ranshofen
Ransovia, ae, f.
Est vicus Austriae.
Ransovienses, ium; Ransoviensis, e.

Rapallo
Rapallum, i, n.
Est urbs Italica, non procul ab urbe Genua sita.
Rapallenses, ium; Rapallensis, e.

Rapid City
Rapidopŏlis, is, f.; Cfr. AP (nomen recte confictum est). Est urbs in finibus sita Dacotae Meridianae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Rapidopolitani, orum; Rapidopolitanus, a, um.

Raratonga
Raratonga, ae, f.
Est oppidum in Oceania positum.
Raratongani, orum; Raratonganus, a, um.

Raron
Raronia, ae, f. (sic ex usu vetere Curiae episcopalis Sedunensis). Est vicus Helvetiae.
Raronienses, ium; Raroniensis.

Raschau
Rascavia ae, f.
Est oppidum Germanicum.
Rascavienses, ium; Rascaviensis, e.

Ras Dascian Ras Dashan Ras Daschan
Dasanus Mons, m.
Est culmen (*ras*) editissimum Aethiopiae.

Rastatt
Rastadium, ii, n.
Est urbs Germaniae.
Rastadienses, ium; Rastadiensis, e.

Ratchaburi
Ratzaburia, ae, f.
Est urbs Thailandiae.
Ratzaburienses, ium; Ratzaburiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ratchaburensis).

Ratisbona Ratisbonne Regensburg
Regina Castra, n.
Appellata sunt Castra (Romana) a flumine Regino (*Regen*). Hoc est nomen antiquum, memoratum in Tab. Peut.; Itin. Anton.; C.I.L. 3, p. 730-2328.206.
Seriore aetate invaluit nomen Ratisbona, ae, f., cuius origo est Celtica.
Ratisbonenses, ium; Ratisbonensis, e.

Ravello
Rebellum, i, n. (cfr. FB).
Est oppidum Italiae, locorum formositate spectabile.
Rebellenses, ium; Rebellensis, e.

Ravengiersburg
Ravengirsburgum, i, n.
Est vicus Germaniae, prisco monasterio canonicorum regularium insignis.
Ravengirsburgenses, ium; Ravengirsburgensis, e.

Ravenna Ravenne Ravena Ravenna
Ravenna, ae, f.
Urbs antiqua, cuius hodieque exstant monumenta magnificentissima. A Martiale (23, 21) appellatur «aequorea», hodie vero tria amplius milia passuum a mari distat.
Ravennates, ium; Ravennas, atis (cfr. Colum. 313: «in Ravennate agro»; tamen ex usu Curiae Romanae: Ravennatensis).

Ravensburg
Ravensburgum, i, n.; cfr. FB.
Est oppidum Germaniae.
Ravensburgenses, ium; Ravensburgensis, e.

Rawalpindi
Ravalpindia, ae, f.
Sic urbs Pakistaniae appellatur.
Ravalpindienses, ium; Ravalpindiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ravalpindensis).

Rawson
Rausonia, ae, f.
Sic urbs Argentina appellatur.
Rausonienses, ium; Rausoniensis, e.

Reading
Radinga, ae, f. (OL); est urbs prope Londinium sita.
Radingenses, ium; Radingensis, e.

Recanati
Recinetum, i, n.; dicitur etiam Ricina Nova (cfr. L). Fuit autem Ricina oppidum prope Maceratam, quae nunc est, situm; appellabatur quoque Ricina Helvia.
Recinetenses, ium; Recinetensis, e.

Recife
Cautes, is, f. Nomine enim *recife* cautes, scopulus significatur. Est urbs Brasiliae.
Cautenses, ium; Cautensis, e (ex usu Curiae Romanae: Recifensis).

Recklinghausen
Reclinghusa, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Reclinghusani, orum; Reclinghusanus, a, um.

Reconquista
Reciperatio, nis, f.
Est urbs Argentina.
Reciperationenses, ium; Reciperationensis, e (ex usu Curiae Romanae: Reconquistensis).

Regen
Reginus, i, m.
Est fluvius, qui ad Regina Castra in Danuvium influit.

Regensburg
v. Ratisbona.

Reggio Calabria

Regium Iulii vel Iulium, n. Hanc urbem in Bruttiis sitam, terrae motu ac fremitu, postquam egregie floruerat, eversam, Iulius Caesar refecit; ex cuius nomine appellata est Regium Iulii vel Iulium.
Sunt qui ponant *h* post litteram R (Rhegium), sed in codicibus, qui optimi habentur, aspiratio deest.
Regini, orum (cfr. Cic. *Arch.* 3); Reginus, a, um (est quidem apud Cassiod. *Var.* 12, 13, Rhegiensis, sed praeferenda omnino scribendi ratio *Reginus*; ex usu vero Curiae Romanae: Rheginensis).

Reggio Emilia

Regium Lepĭdi, n. scribitur etiam Regium Lepĭdum.
De hac urbe Aemiliae plures veteres commemorant. Additur vero *Lepidi* vel *Lepidum*, quod, cum paulo postquam colonia eo est deducta, M. Aemilius Lepidus consul in Galliam Cispadanam venit, forum ibi statuit et in causa Gallorum Cenomanorum nominis famam est adeptus. Hi enim legatos Romam miserunt contra M. Furium praetorem, qui arma iis iniuste abstulerat. Lepidus igitur ut consul causam diremit decrevitque, ut arma iis redderentur ac de provincia praetor ille discederet.
Regienses, ium (cfr. Cic. *Fam.* 13, 7); Regiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Regiensis in Aemilia).

Regina

Regina, ae, f.
Est urbs Canadensis. Fuit aetate Romanorum cognominis urbs in Hispania Baetica, de qua apud Plin. H.N. 3, 2, 15 (14); in Itin. Anton.; in C.I.l. 2, p. 133.836; al. commemoratur.
Reginenses, ium; Reginensis, e (est adi. in titulis occurrens ad urbem illam Hisp. pertinens; ex usu Curiae Romanae: Reginatensis).

Reichenau

Augia Dives, f.
Cfr. C; al. Sic insula, in lacu Brigantino posita et caelo miti insignis, appellatur, ubi olim fuit celebre monachorum coenobium (conditum a. 724).

Reichenbach

Richenbacum, i, n. (cfr. OL: Reichenbacum, Richinbacensis).
Est oppidum Bavaricum.
Richenbacenses, ium; Richenbacensis, e.

Reichenhall

Halla, ae, f. vel Richenhalla, ae, (cfr. OL, ubi etiam alia nomina proponuntur: Reichenhallensis, Salinae, Salina Maior).
Hallenses (Richenhallenses), ium; Hallensis (Richehallensis), e.

Reichersberg

Richerimontium, ii, n. (cfr. OL: Richeri mons) vel secundum usum, ad vulgarem sermonem magis accedentem, Reichersberga, ae; quae vox tamen peregrinum quiddam sonat. Richerimontani, orum, vel Reichersbergenses, ium; Richerimontanus, a, um, vel Reichersbergensis, e.

Reikiavik

v. Reykiavik.

Reims

Remi, orum, m. Hoc nomine non solum gens Gallica sed etiam urbs appellabatur (cfr. Ammian. 15, 11, 10; 16, 2, 8). Antea quidem Durocortŏrum Remorum eadem urbs dicebatur.
Remenses, ium; Remensis, e (cfr. Greg. Turon., passim).

Rein

Runa, ae, f.
Est oppidum Austriae.
Runenses, ium; Runensis, e.

Reitano

Regitanum, i, n.
Est oppidum Siciliae (cfr. B).
Regitanenses, ium; Regitanensis, e.

Remagen

Rigomăgus, i, m.
De hoc oppido Germaniae apud Ammian. 16, 3; in C.I.L. 13, 2, p. 311; in Tab. Peut. commemoratur.
Rigomagenses, ium; Rigomagensis, e.

Renania Rhénanie Renania Rhineland Rheinland

Rhenania, ae, f.
Rhenani, orum; Rhenanus, a, um.

Renania-Palatinato Rhénanie-Palatinat Renania-Palatinado Rhineland-Palatinate Rheinland-Pfalz

Rhenania-Palatinatus, m.
Est regio Foederatae Rei publicae Germaniae.

Reno Rhin Rín Rhine Rhein

Rhenus, i, m. Magnus hic fluvius, ex monte Adula oriens, Germaniam et Galliam ex parte distinguit et in Oceanum Germanicum sese exonerat. «Bicornem» Vergilius, *Aen.* 8, 727, appellat, quia duplici ostio in mare influit.
Rhenani, orum, accolae vocantur; adi. Rhenanus, a, um.

Reno (in Italia)

Rhenus, i, m.
Est parvus fluvius Aemiliae, per agrum Bononiensem decurrens et in Padum influens. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (118); Sil. It. 8, 599: «parvique Bononiae Rheni».

Reno

Renum, i, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Renenses, ium; Renensis, e.

Rennes

Redŏnes, um, m.; scribitur etiam Rhedŏnes.
Hoc quidem nomine populus Galliae appellatus est; cfr. Caes. *B.G.* 2, 34 et 7,75; Plin. *H.N.* 4, 18, 32 (107); *Not. dign. occ.* 42, 36; al. Ex nomine eiusdem gentis urbs, eius caput, est vocata Redones (*Rennes*).
Redonenses, ium; Redonensis, e.

Requena

Requena, ae, f.
Continetur Peruviae finibus.
Requenenses, ium; Requenensis, e (ex usu Curiae Romanae: Requenaënsis).

Repubblica Araba d'Egitto République Arabe d'Egypte República Araba de Egipto Arab Republic of Egypt Arabische Republik Ägypten

v. Egitto.

Renania-Vestfalia Rhénanie-Westphalie Renania-Westfalia Rhineland-Westphalia Rheinland-Westfalen

Rhenania-Vestfalia, f.

Repubblica Centro-Africana République Centre-Africaine República Centro-Africana Central African Republik Zentralafrikanische Republik

Res publica Africae Mediae, f.
Est regio satis late patens, tescis vel tesquis, id est locis desertis vel parum cultis, et silvis operta, sed infrequens. Nunc est imperium.

Répública Centro Africana République Centre-Africaine

v. Repubblica Centro-Africana.

Repubblica Democratica Popolare dello Yemen
Res Publica Democratica Popularis Iemenitana, f.

Repubblica Democratica Tedesca Republique Democratique Allemande República Democratica Alemana Democratic Republic of Germany Deutsche Demokratische Republik
Res publica Democratica Germanica, f.

Repubblica di San Domingo Republique Dominicaine República Dominicana Dominican Republic Dominikanische Republik
v. San Domingo.

Republique Dominicaine República Dominicana
v. Repubblica Dominicana.

Repubblica Federale di Germania Republique Fédérale d'Allemagne República Federal de Alemania Federal Republic of Germany Bundesrepublik Deutschland
Res publica Foederata Germaniae, f.

République Fédérale d'Allemagne República Federal de Alemania
v. Repubblica Federale di Germania.

Resistencia
Resistentia, ae, f.
Est urbs Argentina.
Resistentienses, ium; Resistentiensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Resistenciae).

Resuttano
Resutanum, i, n. (cfr. B).
Est oppidum Siciliae.
Resutanenses, ium; Resutanensis, e.

Rethel
Retelium, ii, m.
Est oppidum Galliae (cfr. FB).
Reteliani, orum; Retelianus, a, um.

Réunion (Insula)
Henosēos Insula, f.
Haec insula, una e Mascarenis, cum anno 1643 a Gallis caperetur, appellata est Insula Borbonica (*Ile de Bourbon*), aetate vero, qua Napoleon erat dominus rerum, *Insula Bonaparte (Ile Bonaparte)*; cum denique anno 1815 cum Gallia iterum coniungeretur, nomen vulgare *Réunion* accepit, qua voce coniunctio significatur. Vocatur quidem a nonnullis *Insula Reunionis*; est tamen prae nobis ferendum hoc vocabulum ne in infima quidem Latinitate inveniri.
Cum vero Graeci, qui nunc sunt, eam insulam dicant νῆσον Ἑνώσεως (ἕνωσις est idem ac *réunion*), hoc verbo nobis uti licere non immerito arbitror.

Reuss
Rusa, ae, f.
Est flumen Helvetiae. Eodem nomine principis regio, quae olim in Germania fuit, significatur.

Reutlingen
Rutlinga, ae, f. (cfr. FB).
Est oppidum Germaniae.
Rutlingenses, ium; Rutlingensis, e.

Reval
v. Tallin.

Reynosa
Iuliobriga, ae, f.
Est urbs Hispaniae, de qua commemoratur a Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (21), in *Not. dign. occ.* 42, in C.I.L. 8, 3445, sed maioris momenti urbs, hoc nomine insignis, est in Mexico.
Iuliobrigenses, ium (Plin. *H.N.* 4, 20, 34 [110]; Iuliobrigensis, e (C.I.L. 2, 2916).

Rezé
Ratiatum, i, n.
De hac urbe Gallica commemoratur apud Gregorium Turonensem, *Glor. conf.* 33; et in C.I.L. 13, 1, p. 149.
Ratiatenses, ium; Ratiatensis, e.

Rhein
v. Reno.

Rheinberg
Rhenoberga, ae, f. (cfr. FB). Est oppidum Germanicum.
Rhenobergenses, ium; Rhenobergensis, e.

Rheinfall
Cataracta Rheni, f.
Haec est ad urbem Scafhusam in confinio Helvetiam inter et Germaniam.

Rheinfelden
Rhenofeldia, ae, f. (cfr. DG: Rhenofelda).
Rhenofeldienses, ium; Rhenofeldiensis, e.

Rheinland
v. Renania.

Rheinland-Westfalen
v. Renania — Vestfalia.

Rheinzabern
Tabernae Rhenanae, f.
Re quidem vera apud Ammian. 16, 2, 12 statio inter Argentoratum et Moguntiacum solum Tabernae appellantur.

Rhénanie
v. Renania.

Rhénanie-Palatinat
v. Renania — Palatinato.

Rhénanie-Westphalie
v. Renania — Vestfalia.

Rhineland
v. Renania.

Rhineland-Palatinate
v. Renania — Palatinato.

Rhineland--Westphalia
v. Renania — Vestfalia.

Rhin
v. Reno (in Germania).

Rho
Rhaudum, i, n. (cfr. *La diocesi di Milano*).
Est oppidum Langobardiae.
Rhaudenses, ium; Rhaudensis, e.

Rhode Island
Rhodensis Insula, f.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Sunt qui arbitrentur nomen deductum esse ab insula Rhodo, aut a Rhode, puella a Telepho adamata (cfr. etiam Horat. *Carm.* 3, 19, 27: «Tempestiva petit Rhode»), aut alio fonte Graeco.
Rhodenses, ium; Rhodensis, e.

Rhodes Rhodus
v. Rodi.

Rhodesia Rhodésie Rhodesia Rhodesien
Rhodesia, ae, f.
Haec Civitas, anno 1965 sui iuris est facta et appellabatur antea Rhodesia Australis.
Nomen accepit a Caecilio Rhodes, viro Britanno (1853-1902), qui Britannicam Societatem mercatoriam Africae Australis, cui vulgaris appellatio *British South-Africa Chartered Company*, condidit.
Rhodesiani, orum; Rhodesianus, a, um.

Riberao Prêto
Niger Amnicŭlus, i, m.

Est urbs Brasiliae.
Nigroamniculani, orum; Nigroamniculanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Rivi Nigri).

Rice Lake

Lacus Oryzensis, m.
Hac urbs finibus Canadae continetur.

Richborough

Rutupiae, arum, f.
De hac urbe Britannica commemorat Ammian. 20, 1, et 27, 8; fitque eius mentio in *Not. dign. occ.* 28, 19; in Tab. Peut. et Itin. Ant.
Rutupini, orum; Rutupinus, a, um (cfr. Iuvenal. 4, 141; Lucan. 6, 67).

Richelieu

Richelium, ii, n.
Ab aliis ponitur: Ricolocus, i, m.
Est vicus Gallicus.
Richelienses, ium; Richeliensis, e.

Richmond

Ricmondia, ae, f.
Est urbs caput Virginiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. *Richmond* est nomen origine Germanicum, compositum ex *ric, ricja,* cuius vis est potens, et *mund*, quod idem valet ac praesidium.
Ricmondienses, ium; Ricmondiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Richmondiensis).

Riedlingen

Ridlinga, ae, f. (OL: Redlinga).
Est oppidum Germaniae.
Ridlingenses, ium; Ridlingensis, e.

Rienza Rienz

Byrrus, i, m.
Est fluvius, vallem Pustrissam percurrens, qui Isarco miscetur.
De eo commemorat Venant. Fortun., *Vita S. Mart.* 4, 648: «Norica rura petens, ubi Byrrus vertitur undis»; cfr. Paul. Diac. *Hist. Langob.* 2, 13.

Riese

Riesium, ii, m.
Sic ex usu Ecclesiae appellari consuevit vicus natalis S. Pii X, Pont. Max.
Riesienses, ium; Riesiensis, e.

Riesengebirge

Montes Vandalici, m. cfr. OP II, p. 751; Dio C. 55, 1. Hi montes valles Albis et Viaduae disterminant.

Rieti

Reate, n.
Est nomen, ad flexum quod attinet, defectivum; etenim audit Reate in casu nominativo, accusativo, ablativo. A pluribus veteribus scriptoribus memoratur.
Reatinum, i, appellatur ager seu territoriam Reate circumiacens (Varr. *R.R.* 2, 83).
Reatini, orum; Reatinus, a, um.

Rieux

Rivi, orum m. (cfr. FB).
Est oppidum Galliae.
Rivini, orum; Rivinus, a, um.

Riez

Reii, orum, f.
De hac urbe Gallica commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 4, 5, (36); Sidon. *Ep.* 9, 9, 15; al.
Reienses, ium (Sidon. *Ep.* 6, 12, 8); Reiensis, e.

Riga

Riga, ae, f.
Est urbs caput Lettoniae.
Rigenses, ium; Rigensis, e.

Rijeka

v. Fiume.

Rimini

Ariminum, i, n.
Est urbs nota Italiae, de qua a veteribus saepe commemoratur; cfr. Caes. *B.C.* 1, passim; Cic. *Att.* 5, 19; Flor. 2, 13; Sueton. *Aug.* 30.
Ariminenses, ium (Cic., *Caec.* 35); Ariminensis, e.

Rimouski

Rimuskia, ae, f.
Haec urbs in Canada est sita.
Rimuskienses, ium; Rimuskiensis, e.

Rín

v. Reno.

Riobamba

Rivobamba, ae, f.
Est urbs Aequatoriana.
Rivobambenses, ium; Rivobambensis, e (ex usu Curiae Romanae: Rivibambensis).

Rio Cuarto

Rivus Quartus, m.
Est urbs Argentina (cfr. AP).

Rio de Janeiro

Flumen Ianuarii, n.
Est metropolis Brasiliensis.
Flumenianuarienses, ium (ad verbum compositum quod attinet, cfr. vetus nomen «Flumenpiscensis», Optat. Milev., *De Schism. Donat.* 2, 18; *Not. Episc. Sitif.*; al.; subauditur civitas; vel «Flumenzeritanum» (oppidum), *Not. Episc. Maur. Caes.* 30).
Flumenianuariensis, e (ex usu Curiae Romanae: S. Sebastiani Fluminis Ianuarii).

Rio de la Plata

v. La Plata.

Rio do Sul

Rivus Australis, m. (cfr. AP.). Est urbs Brasiliae.

Rio Gallegos

Gallicum Argentinum, n.
Est urbs Argentina, e flumine *Gallegos* (cfr. *Gallego*) appellata.

Rio Grande do Norte

Rivus Magnus Australis, m. Est una e Civitatibus Brasiliae.

Rio Grande do Sul

Rivus Magnus Australis, m. Est una e Civitatibus Brasiliae.

Riol

Rigodulum, i, n.
Hoc oppidum ad Mosellam fluvium est positum; cfr. Tac. *Hist.* 4, 71.
Rigodulenses, ium; Rigodulensis, e.

Rio Negro

Nigrum Flumen, n.
Est urbs Brasiliensis.
Nigrofluminenses, ium; Nigrofluminensis, e (ex usu Curiae Romanae: Fluminis Nigri).

Rio Prêto

Rivus Niger, m.
Est urbs Brasiliae (*prêto* idem valet ac niger, obscurus).

Ripatransone

Ripa trans Asonem, f.
Hoc oppidum Italiae, in Picenis, est situm non procul a Cupra Montana, de qua Ptol. 3, 1, 45 commemorat; cfr. Cupramontana.
Est autem *Aso* fluvius eius regionis.
Adi. ex usu Curiae Romanae: Ripanus, a, um.

Riu-Kiu

Insulae Riukiuanae, f.
Hae parvae insulae in Oceano Pacifico sunt positae, haud procul ab Asia.

Rivalta

Ripa Alta, f.
Duo oppida in Italia sita hoc nomine appellantur.

Rivarolo
Ripariŏlum, i, n.
Est oppidum Italicum; cfr. DNT.
Ripariolenses, ium; Ripariolensis, e.

Riva sul Garda
Ripa Benaci, f.
Est amoenum oppidum regionis Tridentinae.
Ripenses, ium (Benaci); Ripensis, e (Benaci).

Rivoli
Ripŭlae, arum, f.
Est oppidum Pedemontanum.
Ripulenses, ium; Ripulensis, e.

Road Town
Viaria, ae, f.
Est urbs caput Civitatis Insularum Virginearum.
Viarius, a, um, idem valet ac pertinens ad vias. Viaria (subauditur urbs) videtur esse apta interpretatio nominis vulgaris.
Viarienses, ium; Viariensis, e.

Robbio
Retovium, ii, n.
Est oppidum Italicum.
Retovini, orum; Retovinus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 19, 1, 2 [9]: «Retovina lina»).

Rocca di Mezzo
Frusteniae, arum, f.; cfr. Tab. Peut.
Est oppidum in Aprutio situm.
Frusteniani, orum; Frustenianus, a, um.

Rocca di Papa
Algĭdum, i, n.
Est oppidum Latii, in monte situm, qui Algidus dicitur; cfr. Flor. 1, 11; Liv. 26, 9.
Ab aliis (cfr. FB) appellatur et Arx Papalis.
Algidenses, ium; Algidensis, e (cfr. Plin. *H.N.* 19, 5, 26 [81]).

Rochefoucauld
Rupefucaldum, i, n.
Ita ad aures Latinas nomen vulgare est accommodatum (cfr. I.G. Grueber, *Alimenta pietatis Augustinianae*, Lincii 1744). Rupefucaldenses, ium; Rupefucaldensis, e.

Rochester
Durobrivae, arum, f.
De hac urbe Britanniae commemoratur in Itin. Ant. p. 473; apud Rav. p. 428; et Bed. *Hist. Eccl.* 2, 3, (Durobrevi).
Durobrivenses, ium; Durobrivensis, e.

Rochester (Foed. Am. Sept. Civ.)
Rucŭpae Americae, f.
Rucupenses, ium (Americae); Rucupensis, e (Americae; ex usu Curiae Romanae: Roffensis in America).

Rockford
Rocfordia, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americanae Sept. sita est.
Rocfordienses, ium; Rocfordiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Rockfordiensis).

Rockhampton
Rochantonia, ae, f.
Est urbs Australiae.
Rochantonienses, ium Rochantoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Rockhamptoniensis).

Rocky Mountains
Montes Saxosi, m.
Haec montium iuga sunt in Foederatis Civitatibus Americae Sept.

Rodano Rhône Ródano Rhone Rotten
Rhodănus, i, m.
Permagnum hoc flumen, in monte Adula oriens, Helvetiam et Galliam permeat, nec uno ostio in Mare Internum influit.
De eo plures veteres scriptores commemorant.
Adi. Rhodanĭcus, a, um.

Rodas
v. Rodi.

Rodez
Segodunum, i, n.
De hac urbe Galliae commemoratur in Tab. Peut.; C.I.L. 13, 1, p. 207; apud Ptol. 2, 7, 21.
Segodunenses, ium; Segodunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ruthenensis).

Rodi Rhodes Rodas Rhodes Rhodus
Rhodus, i, f.
Fuit res publica, ut ait Cicero *Rep.* 1, 31, 27, «minime vituperanda, omnes erant iidem tum de plebe tum senatores vicissitudinesque habebant, quibus mensibus populari munere fungerentur, quibus senatorio: utrobique autem conventicium accipiebant et in theatro et in curia: res capitales et reliquas omnes iudicabant iidem; tantum poterat, tantique erat, quanti multitudo, senatus».
Rhodii, orum; Rhodius, a, um vel, sed non praestantissimae Latinitatis testimoniis comprobatur, Rhodiensis, e (Suet. *Tib.* 62), vel Rhodiăcus, a, um (Plin. *H.N.* 28, 17, 71 [236]; Vitr. 6, 10).

Roermond
Ruremunda, ae, f.
Est urbs Nederlandica.
Ruremundenses, ium; Ruremundenses, ium.

Roeskilde
Roskildia, ae, f.
Est urbs Danica.
Roskildienses, ium; Roskildiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Roschildensis).

Roma Rome Roma Rome Rom
Roma, ae, f.
De originatione huius nominis non constat inter philologos.
Plerumque accipitur explanatio, secundum quam haec vox a nomine gentilicio Etrusco *ruma* sit deducta (cfr. Serv. ad Verg. *Aen.* 8, 63. 90; *Rumon*=Vetus appellatio Tiberis; *ficus Ruminalis*; Walde-Hofmann, *Latein. Etym. Wörterbuch*, II, p. 441).
Romani, orum; Romanus, a, um.
Invenitur etiam adi. Romanensis vel Romaniensis (Cato, Varro). Romania est imperium Romanum (Ven. Fort.).
Romanitas est mos Romanus vel condicio Romana (Tertull.).

Romagna
Flaminia, ae, f.; cfr. L.
Est regio Italiae.

Romania Roumanie Rumanía Rumania Rumänien
Dacoromania, ae, f.
Dacoromani, orum; Dacoromanus, a, um.

Romans
Romanum, i, n. (cfr. B).
Est urbs Galliae.
Romanenses, ium; Romanensis, e.

Rome (in Foed. Civ. Am. Sept.)
Roma Georgiae, f. Haec urbs in Georgia sita est, una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Romani, orum, Georgiae; Romanus, a, um, Georgiae.

Romsey
Romseia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Romseiani, orum; Romseianus, a, um.

Ronciglione
Roncilio, onis, m. (cfr. FB).
Est oppidum Italicum.
Roncilionenses, ium; Roncilionensis, e.

Roncisvalle Roncevaux Roncesvallos
Roscĭda Vallis, f.
Hic locus, qui Pyrenaei montis iugis continetur et in quo hospitium pervetus exstat, rerum gestarum memoria est insignis.

Ronda
Arunda, ae, f.
Est oppidum Hispaniae, de quo Plin. *H.N.* 3, 2, 3 (14) commemorat.
Arundenses, ium; Arundensis, e (cfr. C.I.L. 2, 1359 et 1360: «Arundensis ordo»).

Rondônia
Rondonia, ae, f.
Sic appellatur regio (territorium) Brasiliae.
Rondonienses, ium; Rondoniensis, e.

Roraima
Roraima, ae, f.
Est regio seu territorium Brasiliae.
Roraimenses, ium; Roraimensis, e.

Rorschach
Rorsacum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Helvetiae.
Rorsacenses, ium; Rorsacensis, e.

Rosario
Rosarium, ii, n.
Est urbs Argentina.
Rosarienses, ium; Rosariensis, e.

Roseau
Rosena, ae, f. cfr. AP (est quidem *roseau* planta arundinacea).
Roseniani, orum; Rosenianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Rosensis).

Rosenberg
Rosenberga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Rosenbergenses, ium; Rosenbergensis, e.

Rossano
Roscianum, i, n. (cfr. FB).
Est oppidum Italiae.
Roscianenses, ium; Roscianensis, e (ex usu Curiae Romanae: Rossanensis).

Rosso (Mare) **Mer Rouge Mar Rojo Red Sea Rotes Meer**
Mare Rubrum, n., vel Erythraeum, n.

Rostock
Rostokium, ii, n.
Rostokienses, ium; Rostokiensis, e.

Rostov
Rostovia, ae, f.
Rostovienses, ium; Rostoviensis, e.

Rothenburg ob d. Tauber
Rotenburgum ad Tuberum, n.
Est oppidum venustum Germaniae.
Rotenburgenses, ium; Rotenburgensis, e.

Rottenburg
Sumelocenna, ae, f.
Post Romanorum aetatem invaluit nomen origine Germanicum Rottenburgum, i, n.
Rottenburgenses, ium; Rottenburgensis, e.

Rotterdam
Roterodanum, i, n.
Est urbs Nederlandica.
Roterodamenses, ium; Roterodamensis, e.

Rottweil
Arae Flaviae, f.
Est oppidum Germaniae.

Rouen
Rotomăgus, i, m.

De hac urbe apud Ammian, 15, 11, 12; in *Not. dign. occ.* 37, 21; in C.I.L. 13, p. 512; in Tab. Peut; alias commemoratur.
Rotomagenses, ium; Rotomagensis, e (ex usu Curiae Romanae: Rothomagensis; scribitur tamen a Ptolomaeo: Ῥατόμαγος).

Roumanie
v. Romania.

Roussillon
Ruscĭno, onis, f.
Haec urbs Galliae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 4, 5, (32); Liv. 21, 24; in Tab. Peut.; C.I.L. 12, p. 522. 622; Itin. Anton.; al.
Ruscinenses, ium; Ruscinensis, e.

Rouviere (la)
Roveria, ae, f. (OL).
Est pagus Gallicus.
Roverienses, ium; Roveriensis, e.

Rovereto
Roboretum, i, n. (cfr. G).
Est urbs provinciae Tridentinae; nomen, ut liquet, ductum est a robore, adeoque idem valet ac quercetum.
Roboretani, orum; Roboretanus, a, um.

Rovigno
Ruvignum, i, n.
Cfr. C.I.L. 5, p. 33.
Est oppidum Histriae.
Ruvignani, orum; Ruvignanus, a, um.

Rovigo
Rodigium, ii, n.; cfr. DG, al. Est urbs Italiae.
Rodigienses, ium; Rodigiensis, e.

Roznava
Rosnavia, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, finibus Tzechoslovakiae continetur.
Rosnavienses, ium; Rosnaviensis, e (cfr. AP).

Ruanda Rwanda
Ruanda, ae, f.
Haec Civitas Africana (Res publica Ruandensis), anno 1962 sui iuris est facta.
Ruandenses, ium; Ruandensis, e.

Rudolfstadt
Rudolfopŏlis, is. f.
Est urbs Germaniae.
Rudolfopolitani, orum; Rudolfopolitanus, a, um.

Rügen
Rugia, ae, f.
Haec insula, quae Germaniae finibus continetur, in Mari Baltico sita est; cfr. vetus tribus Germanica Rugi, orum.

Ruhr
Rura, ae, f.
Hoc nomine, quod iam saeculo VII in litterarum monumentis occurrit (Rura), fluvius Germaniae et regio, quaestuosis artibus abundans, significantur.
Rurenses, ium; Rurensis, e.

Rumanía
v. Romania.

Rumänien
v. Romania.

Rumbek
Rumbeka, ae, f.
Est oppidum Sudaniae.
Rumbekenses, ium; Rumbekensis, e.

Rumford
Durolĭtum, i, n.
Hoc oppidum Britanniae occurrit in Itin. Ant.
Durolitenses, ium; Durolitensis, e.

Rusia
v. Russia.

Russia Russie Rusia Russia Russland
Russia, ae, f.
Russi, orum; Russĭcus, a, um.
Plenius haec regio immensum patens sic appellatur: Res publicae Foederatae Socialisticae Sovieticae.

Rusia Blanca
v. Bielorussia.

Russia Bianca Russie Blanche Rusia Blanca
v. Bielorussia.

Rustenburg
Rustenburgum, i, n.
Hoc oppidum in Africa Australi est situm.
Rustenburgenses, ium; Rustenburgensis, e.

Ruteng
Rutenga, ae, f.
Est oppidum Indonesianum.
Rutengenses, ium; Rutengensis, e.

Rutigliano
Rudiae, arum, f.
Est urbs Calabriae, patria Ennii.
Alii vero putant Rudias esse oppidum quod nunc Rugge appellatur. Cfr. Mel. 2, 66: Plin. *H.N.* 3, 11, 16, (102); al. Rudini, orum (cfr. Cic. *De or.* 3, 42, 168 ex Ennio; «Nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini»), vel Rudii, orum; Rudinus, a, um.

Ruvo
Rubi, orum, m. (cfr. FB).
Est oppidum Italiae.
Rubenses, ium; Rubensis, e.

Ruwenzori
Ruvenzorius, ii, m.
Est mons (seu montium iuga) Africae aequinoctialis.
Quo nomine «rex nubium» vel «pluviarum effector» significari videtur (cfr. B).

Ruysbroeck
Rusbrochium, ii, n.
Est viculus Belgicus.
Rusbrochienses, ium; Rusbrochiensis, e.

Rwanda
v. Ruanda.

(x) [Saepe Saravipontum, -i (cfr. V.L.)]

S

Saale
Sala, ae, f. (cfr. FB).
Est fluvius Germaniae.

Saar
V. Sarre.

Saarbrücken Sarrebruck
(x) Saravi Pons vel Sarae Pons. m. Saravus, qui et Sara, oriens e monte Vosego, in Mosellam influit supra Augustam Treverorum; cfr. Auson., *Mosell.* 91, 367. De Saravi ponte mentionem invenis in Tab. Peut. et C.I.L. 13, 1, p. 688.
Saravipontani, orum; Saravipontanus, a, um.

Saarland
Saravia, ae, f.
Appellatur (nomen est novatum) a flumine Saravo (*Saar*). V. Sarre.
Saravienses, ium; Saraviensis, e.

Saarlouis
Sara Ludoviciana, f.
Nomine Sara fluvius appellatur, qui Mosellae admiscetur. Quod nomen ad hanc urbem Germaniae significandam transfertur.
Saraludoviciani, orum; Saraludovicianus, a, um.

Saba
Saba, ae, f.
Est una ex Insulis Antillis.
Sabenses, ium; Sabensis, e.

Sabah
Sabahum, i, n.
Haec regio est civitas foederata Malaesiae, in septentrionali parte insulae Bornei sita.
Sabahenses, ium; Sabahensis, e.

Sabaudia
Sabaudiopŏlis, is, f.
Est oppidum Latii, ad maris Tyrrheni oram conditum.
Sabaudiopolitani, orum; Sabaudiopolitanus, a, um.

Sabiona Säben
Sublavio, onis, f. vel Sabiona, ae, f.
Prius nomen in Itin. Ant. et in Tab. Peut. occurrit.
Sabionensis, e.

Sables d'Olonne
Arenae Olonenses, f.
Est urbs Galliae.

Saboya
V. Savoia.

Sachalin
Sachalina, ae, f.
Est insula Russica.
Sachalinensis, e.

Sachsen
v. Sassonia.

Sachsenhagen
Haga Saxŏnum, f.; cfr. OL.

Säckingen
Saconium, ii, n. (cfr. OL); ab aliis appellatur Sanctium, Sanctio, vel etiam Sekinga, ae, f. (cfr. G). Est urbs Germanica.
Saconienses, ium; Saconiensis, e.

Sacramento
Sacramentum, i, n.
Haec urbs, quae caput est Californiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept., appellata est, ut patet, ab Hispanis e nomine augusti Sacramenti Eucharistiae. Placuit servare vocabulum Sacramenti, quandoquidem Romani interdum verba incorporalia usurpabant ad urbes nuncupandas; cuius generis sunt: Concordia, Fidentia, Laus Pompeia, Pax Augusta, Pietas Iulia.
Sacramentenses, ium; Sacramentensis, e.

Sacrofano
Sacrum Fanum, n.
Est oppidum Italiae.
Sacrofanenses, ium; Sacrofanensis, e.

Saginaw
Saginavum, i, n.
Haec urbs finibus Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis continetur.
Saginavenses, ium; Saginavensis, e (cfr. AP).

Sagunto
Saguntum, i, n. vel Saguntus, i, f.
De hoc oppido Hispaniae plures veteres commemorant.
Saguntini, orum; Saguntinus, a, um.

Sahalin
V. Sachalin.

Sahama
Sahama (ae) Mons.
Est praealtum culmen Andarum (6415 m. supra maris libram).

Sahara
Sahăra, ae, f.
Haec loca Africae deserta et vasta ab humano cultu Arabes *sah'ra* vocant, cuius verbi vis est planities. Nec usurpandum videtur nomen Getuliae, quae multo minor erat quam Sahara, siquidem ad meridiem Atlantis montis et ad Libyam interiorem porrigebatur.
Saharensis, e.

Saharanpur
Saharanpura, ae, f.
Est urbs Indica.
Saharanpurani, orum; Saharanpuranus, a, um.

Said
Sidon, onis, f.
Est urbs antiquissima Phoenicia, nunc in Civitate Libanensi posita.
Sidonii, orum; Sidonius, a, um.

Saigon
Saigonia, ae, f.
Est urbs Vietnamiae (australis); nunc appellatur *urbs Ho Chi Minh,* quod nomen ita ad aures Latinas accommodari potest: Hotziminum, i.
Saigonienses, ium; Saigoniensis, e.

Saint-Ambroix-sur-l'Arnon
Ernodurum, i, n.; cfr. Itin. Ant.
Ernodurenses, ium; Ernodurensis, e.

Saint Andrews
Andreopŏlis, is, f. (cfr. OL).
Est urbs Scotiae.
Andreopolitani, orum; Andreopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Andreae).

Saint Augustine
Augustinopŏlis, is, f.
Augustinopolitani, orum; Augustinopolitanus, a, um.

Saint-Bertrand de Comminges
Lugdunum Convenarum, i, n.
Cfr. C.I.L. 13, 1, p. 5 et 29.
Lugdunenses Convenae; Lugdunensis, e, Convenarum (ex usu Curiae Romanae: Convenarum).

Saint Boniface
Bonifatiopŏlis, is, f.
Est urbs, archiepiscopi sedes, in Dicione Canadensi. Ex usu Curiae Romanae appellatur (urbs, archidioecesis) Sancti Bonifacii. Est tamen animadvertendum hoc nomen Latinum conflatum esse e *bonus, a, um,* et a *fato (fatum),* quod verbum a fando, non a faciendo est deductum. In veteribus titulis, quos emendatiores dixeris, nomen Bonifatii scriptum videmus. Accedit quod Graeci, hoc verbum suis exprimentes litteris, Βονιφάτιος posuerunt (Anatol., Episcop. Constantinop., *Epist. ad Leon. I*; PG 54, 976).
Bonifatiopolitani, orum; Bonifatiopolitanus, a, um.

Saint-Brieuc
Briocum, i, n. (cfr. C).
Briocenses, ium; Briocensis, e.

Saint Catharines
Catharinopŏlis, is, f.
Est urbs Canadensis.
Catharinopolitani, orum; Catharinopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae; S. Catharinae in Ontario).

Saint Christopher Nevis Anguilla
Insulae Christophoriana, Nevisia, Anguilla. Hae insulae Civitatem efficiunt cum Regno Britannico consociatam.
Christophoriani, orum; Nevisiani, orum; Anguillenses, ium; Christopharianus, a, um; Nevisianus, a, um; Anguillensis, e.

Saint-Claude
Claudiopŏlis, is, f.
Est urbs Galliae, episcopi sedes.
Claudiopolitani, orum; Claudiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Claudii).

Saint-Cyr-en-Provence
Taurois, entis, f.; ab aliis ponitur Tauroentum, i, n. Hoc oppidum Galliae a Mel. 2, 77, memoratur.

St. David
Menevia, ae, f.
Est oppidum Britanniae.
Menevienses, ium; Meneviensis, e.

Saint-Denis
Dionysiopŏlis, is, f.
Est urbs Galliae, e nomine S. Dionysii, episcopi et martyris, appellata.
Dionysiopolitani, orum; Dionysiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Dionysii in Francia).

Saint Denis (Réunion)
Dionysiopŏlis Henoseos, f.
Est urbs primaria Insulae Henoseos (v. *Réunion*).
Dionysiopolitani, orum, Henoseos; Dionysiopolitanus, a, um, Henoseos.

Saint-Etienne
Stephanopŏlis, is, f.
Est urbs Galliae.

Stephanopolitani, orum; Stephanopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Stephani).

Saint-Flour

Floropŏlis, is, f.
Est urbs, episcopi sedes, in Gallia.
Floropolitani, orum; Floropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Flori).

Saint George's (in Terranova)

Georgiopŏlis Terrae Novae, f.
Georgiopolitani, orum, Terrae Novae; Georgiopolitanus, a, um, Terrae Novae. (ex usu Curiae Romanae: S. Georgii Terrae Novae).

St. George's

Georgiopŏlis, is, f.
Est urbs caput Civitatis Granatensis (*Grenada*).
Georgiopolitani, orum; Georgiopolitanus, a, um. (ex usu Curiae Romanae: Sancti Georgii).

Saint-Hyacinthe

Hyacinthopŏlis, is, f.
Est urbs, quae finibus Canadensis Dicionis continetur.
Hyacinthopolitani, orum; Hyacinthopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Hyacinthi).

Saint-Jean de Maurienne

Maurianum, i, n. (ab aliis ponitur: S. Ioannis in Mauriana, sed oportet addatur vox *urbis*). Est urbs Galliae; cfr. AP. Maurianenses, ium; Maurianensis, e.

St. John's

Ioannipŏlis, is, Antiquae, f.
Est urbs caput Antiquae. Cum vero plures sint urbes, e nomine S. Ioannis appellatae, additur: Antiquae.
Ioannipolitani, orum, Antiquae; Ioannipolitanus, a, um, Antiquae (ex usu Curiae Romanae: Sancti Ioannis).

Saint John's (in Terranova)

Ioannipŏlis Terrae Novae, f.
Ioannipolitani, orum, Terrae Novae; Ioannipolitanus, a, um, Terrae Novae (ex usu Curiae Romanae: Sancti Ioannis Terrae Novae).

Saint Laurent

Laurentiopŏlis, is, f.
Est urbs Canadensis.
Laurentiopolitani, orum; Laurentiopolitanus, a, um.

Saint Lucia

Civitas Sanctae Luciae, f.
Ea anno 1967 cum Britannorum Regno est consociata.

Saint-Malo

Macloviopŏlis, is, f.
Haec urbs Gallica e nomine primi episcopi, S. Maclovii, appellata est (cfr. C; et v. Malvine).
Macloviopolitani, orum; Macloviopolitanus, a, um, vel Macloviensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sancti Maclovii).

Saint-Maurice

Agaunus vel potius Acaunus; v. Agaune.

Saint-Omer

Audomaropŏlis, is, f.; cfr. DG.
Audomaropolitani, orum; Audomaropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Audomarensis).

Saint Paul (Canada)

Paulopŏlis Canadae.
Paulopolitani, orum, Canadae; Paulopolitanus, a, um, Canadae (ex usu Curiae Romanae: Sancti Pauli in Alberta).

Saint Paul

Paulopŏlis Minnesotae; cum enim plures sint urbes, e nomine S. Pauli appellatae, adiciatur aportet: Minnesotae.
Paulopolitani, orum, Minnesotae; Paulopolitanus, a, um, Minnesotae (ex usu Curiae Romanae: Sancti Pauli de Minnesota).

Saint-Paulien

Revessio, onis, vel Ruessio, onis, f. Memoratur in C.I.L. 13, 1, p. 216, et in Tab. Peut.
Revessionens, ium; Revessionensis, e.

Saint-Pons-de-Thomières

Pontiopŏlis Thomeriarum, f.
Est oppidum Gallicum.
Pontiopolitani, orum; Pontiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Pontii Thomeriarum).

Saint-Quintin

Quintinopŏlis, is, f. (cfr. FB).
Quintinopolitani, orum; Quintinopolitanus, a, um.

Saint-Rémy

Remigiopŏlis, is, f.
Plura oppida urbesque Galliae hoc nomine appellantur.
Remigiopolitani, orum; Remigiopolitanus, a, um.

Saint Vincent

Civitas Vincentiana, f.
Est una ex Insulis Antillis.
Vincentiani, orum; Vincentianus, a, um.

Saipan

Saipana, ae, f.
Est maxima Insularum Mariannensium. Saipanenses, ium; Saipanensis, e.

Sajonia

v. Sassonia.

Sakania

Sacania, ae, f.
Haec urbs, episcopi sedes, Civitatis Zairitanae finibus continetur.
Sacanienses, ium; Sacaniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sakaniensis).

Salamanca

Salmantĭca, ae, f.
Haec urbs Hispaniae, ob praeclara monumenta, dicta est parva Roma.
Memoratur a Liv. 31, 5; in C.I.L. 2, p. 109; al.
Salmanticenses, ium; Salmanticensis, e.

Salem

Salem, n.; non inclinatur in casus.
Hoc nomine nunc urbs caput Oregoniae appellatur, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Notum est autem hoc nomen in Sacris Litteris inveniri pacemque significare (cfr. *Gen.* 14, 18; *Hebr.* 7, 1; 2).
Salemenses, ium; Salemensis, e (cfr. AP).

Salemi

Halicȳae, arum, f.; scribitur etiam Alicyae. Nomen huius oppidi Siculi a Graecis memoratur (cfr. Thuc. 7, 32; Diod. 14, 48). Est tamen apud Latinos Halicyensis, Halicyenses (Cic. *Verr.* 2, 28 et alib.; Plin. *H.N.* 3, 14 [91]; al.).
Halicyenses, ium; Halicyensis, e.

Salerno

Salernum, i, n.
De hac urbe Italiae plures veteres scrip-

tores commemorant; cfr. Horat. *Ep.* 1, 15, 1: «Quae sit hiems Veliae, quod caelum, Vala, Salerni / Quorum hominum regio et qualis via!».
Salernitani, orum: Salernitanus, a, um.

Salette (la)
Saleta, ae, f. (cfr. OL).
Est sacrarium mariale, in Gallia situm.
Saletensis, e.

Salford
Salfordia, ae, f.
Est urbs Britanniae.
Salfordienses, ium; Salfordiensis, e.

Salignac
Saliniăcum, i, n. (cfr. C.). Est oppidum Galliae.
Saliniacenses, ium; Saliniacensis, e.

Salina
Salinae, arum, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Salinienses, ium; Saliniensis, e (cfr. C.I.L. 4, 128. 1611: saliniensis, i.e. negotiatior vel confector salis).

Salisburgo Salzbourg Salzburgo Salzburg
Salisburgum, i, n. Utimur hoc nomine, media aetate inducto; Romanorum enim temporibus venusta haec urbs Austriae Iuvavum appellabatur (cfr. C.I.L. 3, 5566, 5607 etc.; Itin. Ant.).
Salisburgenses, ium; Salisburgensis, e.

Salisbury
Sorbiodunum, i, n.
Est caput Rhodesiae. Britannica urbs, cui vulgare nomen *Salisbury*, olim vocabatur Sorbiodunum, ut est in Itin. Anton. Serius nomen Sarisberia, ae, f. invaluit.
Sorbiodunenses, ium; Sorbiodunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Salisburiensis).

Sallent
Sallentium, ii, n.
Est oppidum Hispanicum.
Sallentini, orum; Sallentinus, a, um (non sunt iidem, ut liquet, ac Salentini seu Sallentini, populus Italiae Meridianae, de quo veteres scriptores commemorant).

Salò
Salodium, ii, n.
Est oppidum ad lacum Benacum situm; cfr. L.; al.
Salodienses, ium; Salodiensis, e.

Salomone (Isole) **Iles Salomon Salomón Islas Solomon Islands Salomon-Inseln**
Insulae Salomoniae, f.
Adi. Salomonius occurrit apud Lactantium, *Inst.* 4, 13; «Salomonia saxa»; apud Prudentium, *Apoth.* 580.
Salomonii, orum; Salomonius, a, um.

Salonicco Salonique Salónica Salonika Saloniki
Thessalonīca, ae, f. vel Thessalonīce, es. f.
Thessalonicenses, ium; Thessalonicensis, e.

Salorno Salurn
Salurnum, i, n.
Hoc oppidum in regione ad Athesim Superiorem adiacente seu in Tiroli Meridiana est situm. Salurnenses, ium; Salurnensis, e.

Salpi
Salapia, ae, f.
Est urbs Apuliae; cfr. Val. Max. 3, 8; C.I.L. 9, p. 65; Tab. Peut.
Salapini, orum (Cic. *Leg. agr.* 2, 27) vel Salapitani, orum (Liv. 27, 28); Salapinus, a, um (Lucan. 5, 377; al.), vel Salapitanus, a, um (Prisc. 2).

Salpi (lacus)
Salapina Palus, f.; cfr. Lucan. 5, 377; Plin. H.N. 3, 11, 16 (103).

Salta
Salta, ae, f.
Est urbs Argentina.
Saltenses, ium; Saltensis, e.

Salt Lake
Lacus Salsus, m.
Hic lacus in finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum situs est.

Salt Lake City
Urbs Lacus Salsi, f.
Sic appellatur caput Utae (*Utah*), quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.

Saluen Salwen
Salvenus, i, m.
Est flumen, in oropedio Tibetano oriens et in Oceanum Indicum se effundens.

Saluzzo Saluce
Salutiae, arum, f.
Est oppidum Pedemontanum.
Salutiani, orum; Salutianus, a, um.

Salvador (El)
v. El Salvador.

Salvador
Soteropŏlis, is, f.
Soteropolitani, orum; Soteropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Salvatoris in Brasilia).

Salzach
Upărus, i, m.
De hoc flumine Austriae in Tab. Peut. memoratur. Appellatur et Iuvava, ae, f. (= aqua montana, ex Celtici sermonis ratione).

Salzwedel
Salsvita, ae (cfr. OL: Salzwita).
Est urbs Germanica.
Salsvitenses, ium; Salsvitensis, e.

Samarang Islands
Insulae Samarangenses, f.
Hae insulae, numero XV, in Polynesia sitae sunt.

Samarkanda
Maracanda, orum, f.
Haec urbs, in Asiae sinu (Sibiria meridiana) posita, iam Graecis nota fuit (Μαράκανδα) utpote caput Sogdianae; quam Alexander delevit, ut est apud Curt. 7, 6, 10, 24, 7, 9 et alibi; memoratur a Strab. 11, 517; Ptol. 6, 11, 9 et 8, 23, 10 et al.
Maracandenses, ium; Maracandensis, e.

Sambalpur
Sambalpura, ae, f.
Ita urbs Indica appellatur.
Sambalpurani, orum; Sambalpuranus, a, um.

Sambia
v. Zambia.

Sambre
Sabis, is, m.; accus. — im.
Ad hoc flumen Caesar a. 57 a. Chr. n. Belgas devicit (Caes. *B.G.* 2, 16, 18).

Samoa
Insulae Samoanae, f.

San Antonio
Antoniopŏlis, is.
Haec urbs Texiana (*Texas*) finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Antoniopolitani, orum; Antoniopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Antonii).

San Bernardino (in Alpibus)
Saltus Bernardinianus, m. Hic saltus seu pervius locus montanus in Helvetia meridiana est positus.

San Bernardino
Bernardinopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus.
Bernardinopolitani, orum; Bernardinopolitanus, a, um.

San Bonifacio (fretum)
Fretum Gallicum, n. Fretum inter Corsicam et Sardiniam ita appellatur a Plin. *H.N.* 3, 6, 13, e cuius sententia patet stadia XC, i.e. XI fere chilometra, quae dicimus.

San Carlos de Ancud
Carolopŏlis Ancudiae, f.
Est urbs Chiliensis.
Carolopolitani, orum, Ancudiae; Carolopolitanus, a, um, Ancudiae (ex usu Curiae Romanae: S. Caroli Ancudiae).

San Cristóbal de la Habana
Habana, ae, f.; scribitur interdum etiam Havana, ae.
Est caput Civitatis Cubanae.
Habanenses, ium; Habanensis, e (ex usu Curiae Romanae: S. Christophori de Habana).

San Cristóbal
Christophoropŏlis, is, f.
Est urbs Venetiolana.
Christophoropolitani, orum; Christophoropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Christophori in Venezuela).

San Diego
Didacopŏlis, is, f.
Haec urbs finibus Californiae (Foed. Civ. Am. Sept.) continetur.
Didacopolitani, orum; Didacopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Didaci).

Sandomierz
Sandomiria, ae, f.
Sandomirienses, ium; Sandomiriensis, e.

Sandwich
Sandovicus, i, m. (cfr. DGAM). Est oppidum Britanniae.
Sandovicenses, ium; Sandovicensis, e.

San Felipe (Chilia)
Philippŏpolis Chiliae f.
Philippopolitani, orum, Chiliae; Philippopolitanus, a, um, Chiliae (ex usu Curiae Romanae: S. Philippi).

San Felipe
Philippopŏlis, is, f.
Haec urbs finibus Venetiolae continetur. Philippopolitani, orum; Philippopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Philippi in Venetiola).

San Francisco
Franciscopŏlis, is, f.
Est urbs perfrequens Californiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Franciscopolitani, orum; Franciscopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Francisci in California).

San Gallo **Sankt Gallen**
Gallopŏlis, is, f.
Aliis quidem nominibus, veluti Fanum S. Galli, haec urbs Helvetica appellatur, sed aptior videtur modus hic propositus. Gallopolitani, orum; Gallopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Galli).

San Gil
Aegidiopŏlis, is, f.
Est urbs Columbiana.
Aegidiopolitani, orum; Aegidiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Aegidii).

San Giovanni d'Acri
Ace, es, f.; cfr. Nep. *Datam.* 5; vel Aco. Accon, Acchon, n. (non inclinatur in casus), quod nomen in Sacris Bibliis memoratur (cfr. *Iud.* 1, 31; *Mich.* 1, 10) necnon ab aliis; vel Ptolemais, dis, f. (cfr. 1 *Macch.* 5, 15; *Act.* 21, 7).
Ptolemaidenses, ium, vel Ptolemenses, ium (e *Macch.* 12, 48); Ptolemaidensis, e.

San Giovanni Rotondo
Oppidum S. Ioannis Rotundum, n.

S. Giovanni Valdarno
Casae Caesarianae, f.
Huius oppidi Tusci, olim stationis, mentio fit in Itin. Anton.

S. Gottardo **St. Gotthard**
Adŭlas, ae, m.
Est pernotus mons in Alpibus Poeninis, unde Rhenus exoritur et qui, cuniculo effosso, curribus transmeatur. Memoratur ab Avieno, *Orb. terr.*, 431: «nubes fabulosus fulcit Adulas» (Strab. 4, 192: Ἀδούλας).

San Isidro
Isidoropŏlis, is, f.
Est urbs Argentina.
Isidoropolitani, orum; Isidoropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Isidori in Argentina).

San Isidro de el General
Isidoropolis Argentinae, f.
Isidoropolitani, orum, Argentinae; Isidoropolitanus, a, um Argentinae (ex usu Curiae Romanae: Sancti Isidori in Argentina).

San José
Iosephopŏlis, is, f.
Est urbs caput Orae Divitis.
Iosephopolitani, orum; Iosephopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Iosephi in Costarica).

San Justo
Iustopŏlis, is, f.
Haec urbs Argentinae finibus continetur. Iustopolitani, orum; Iustopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Iusti).

Sankt Gallen
V. San Gallo.

San Lodovico del Senegal **Saint-Louis du Sénégal**
Ludovicopŏlis Senegaliensis, f.
Ludovicopolitani, orum, Senegalienses, ium; Ludovicopolitanus, a, um, Senegaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sancti Ludovici Senegalensis).

San Lorenzo (sinus) **St-Laurent** **St. Lawrence** **Sankt-Lorenzbai**
Sinus Laurentianus, m.

San Lorenzo **Sankt-Lorenzstrom**
Laurentius, ii, m.; subauditur fluvius, est enim in lingua Latina adi. Laurentius, a, um, i.e. ad Laurentum pertinens; quae quidem est etiam origo nominis, substantivi vim obtinentis, Laurentii, cfr. Verg. *Aen.* 10, 709: «palus Laurentia». Hoc flumen Canadam meridianam percurrit.

San Luís Potosí
Ludovicopŏlis Potosiensis, f.
Est urbs Mexicana.
Ludovicopolitani, orum, Potosienses; Ludovicopolitanus, a, um, Potosiensis, e (ex usu Curiae Romanae: S. Ludovici Potosiensis).

San Marcos
Marcopŏlis Guatimaliae, f.
Marcopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Marci in Guatimala).

San Marino
Res publica Mariniana, vel S. Marini, f.
Est parva Civitas sui iuris, in Italica pae-

ninsula sita, cuius primae leges anno 1263 sunt conditae.
Mariniani, orum; Marinianus, a, um.
Haec sunt vere nomina Latina: cfr. *Cod. Theod* I, 3, 13, 9, 11, 14; Symmach. Ep. 3, 23-39; Sev. *Chron.* 2, 45; C.I.L. 10, 5739; Diehl, 1491.

San Martín

Martinopŏlis, is, f.
Est urbs Argentina.
Martinopolitani, orum; Martinopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Foromartiniensis).

San Mateo

Matthaeopŏlis, is, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Matthaeopolitani, orum; Matthaeopolitanus, a, um.

San Miniato

Miniatopŏlis, is, f.; cfr. IM.
Est oppidum Tusciae.
Mianiatopolitani, orum; Miniatopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Miniati).

San Pablo

Paulopŏlis Philippina, f.
Est urbs in Insulis Philippinis posita.
Paulopolitani, orum, Philippini; Paulopolitanus, a, um, Philippinus, a, um. (ex usu Curiae Romanae: Sancti Pauli in Insulis Philippinis).

San Pedro Sula

Petropŏlis Sulensis, f.
Est urbs Honduriana.
Petropolitani, orum, Sulenses, ium; Petropolitanus, a, um, Sulensis, e.

San Ramón

Raimundopŏlis, is, f.
Hoc oppidum finibus Peruviae continetur.
Raimundopolitani, orum; Raimundopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Raymundi).

San Remo

Remopŏlis, is, f.
Est urbs Italica.
Remopolitani, orum; Remopolitanus, a, um.

San Salvador

Soteropŏlis, is, f.
Est urbs caput Salvatoriae (*San Salvador*). Soteropolitani, orum; Soteropolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Salvatoris in America).

San Sebastián

Sebastianopŏlis, is, f.
Est urbs Hispanica.
Sebastianopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Sebastiani).

Sanseverino

Septempĕda, ae.
Est oppidum Piceni.
Septempedani, orum (Plin. *H.N.* 3, 13, 18); Septempedanus, a, um.

San Severo

Severopŏlis, is, f.
Est oppidum Italicum.
Serveropolitani, orum; Severopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Severi).

Sansibar

v. Zanzibar.

S. Agata de' Goti

Saticŭla, ae, f.
De hoc oppido Italiae, quo Romani anno 315 a.C.n. sunt potiti, plures veteres scriptores commemorant; cfr. Liv. 7, 32, et alibi; Vellei. 1, 14. Serius inducta est etiam vox: Agathopŏlis, is, f.
Saticulani, orum; Saticulanus, a, um (Liv. 23, 14) vel. poetarum more, Saticulus, a, um (Verg. *Aen.* 7, 728: «ambisque vadosi / Accola Vulturno pariterque Saticulus asper»). Ex usu Curiae Romanae dicitur: Sanctae Agathae Gothorum.

S. Angelo in Vado

Tifernum Metaurense, n.; cfr. Plin. *H.N.* H.N. 4, 14, 10 (14). Ab aliis ponitur: Angelopolis ad Metaurum, vel in Vado. Tifernates Metaurenses; Tifernas Metaurensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sancti Angeli in Vado).

Santa Barbara

Barbaropŏlis, is, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Civitatum Americae Sept. continetur.
Barbaropolitani, orum; Barbaropolitanus, a, um.

Santa Catarina

Cathariniana, ae, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.

Santa Cruz de Tenerife

Stauropŏlis Ninguariae, f.
Est urbs primaria Insularum Fortunatarum seu Canariarum. Insula *Tenerife*, quae est una e Canariis, antiquitus dicebatur Ninguaria vel Nivaria; cfr. Capell. 6, 702; Rav.
Stauropolitani, orum, Ninguariae; Stauropolitanus, a, um, Ninguariae.

Santa Cruz do Sul

Stauropŏlis Brasiliae, f.
Stauropolitani, orum, Brasiliae; Stauropolitanus, a, um, Brasiliae (ex usu Curiae Romanae: Sanctae Crucis in Brasilia).

S. Elena Sainte-Hélène Saint Helena St. Helena

Insula S. Helĕnae, f.
Haec insula, Britannis subiecta, eo inclaruit, quod Napoleon ibi exsul est mortuus.

Santa Fe (in Foed. Civ. Am. Sept.)

Fidepŏlis Novi Mexici, f.
Haec urbs caput est Novi Mexici, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Quod ad nomen ita compositum (*Fide-polis*) attinet, cfr. fidepromissor, fidepromitto apud Caium, *Inst.* 3, 115, 116.
Fidepolitani, orum, Novi Mexici; Fidepolitanus, a, um, Novi Mexici (ex usu Curiae Romanae: S. Fidei in America).

Santa Fe

Fidepŏlis Argentinae, f.
Est urbs in finibus Argentinae Rei publicae posita.
Fidepolitani, orum, Argentinae; Fidepolitanus, a, um, Argentinae (ex usu Curiae Romanae: S. Fidei in Argentina).

Santa Isabel

Isabellopŏlis, is, f.
Haec urbs est caput Rei publicae Guineae Aequinoctialis.
Isabellopolitani, orum; Isabellopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sanctae Isabellae).

Santa Maria

Mariopŏlis, is, f.
Est urbs Brasiliae.
Mariopolitani, orum; Mariopolitanus, a, um.

S. Marinella

Punĭcum, i, n. De hoc oppido Latii commemoratur in Tab. Peut.
Punicani, orum; Punicanus, a, um.

Santa Martha

Marthopŏlis, is, f.
Est urbs Columbiae.
Marthopolitani, orum; Marthopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Marthae).

Santa Maura

Leucadia, ae, f.

Est paeninsula, quae in mare Ionium porrigitur. Quam Homerus, *Od.* 24, 376, describit, Plin. *H.N.* 4, 1, 2 (5), aliive commemorant.

Santa Maria di Leuca
Leuca, ae, f.
De hoc urbe Apuliae (olim Calabriae) Lucan. 5, 375, commemorat («secretaque litora Leucae»).

Santander
Blendium, ii, n.
Hic portus Hispanicus memoratur a Plin. *H.N.* 4, 20, 34 (111). Sunt qui dicant locum, Blendium olim appellatum, prope urbem *Santander* vulgo vocatum, fuisse (i.e. *Puerta de Po*). Potest ergo eiusdem urbis nomen ita novari: Andreopŏlis, is, f. Blendiani, orum vel Andreopolitani, orum; Blendianus, a, um, vel Andreopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Santanderiensis).

Santarém (in Lusitania)
Scalăbis, is, f. Est urbs Lusitana ad dexteram Tagi sita, quae et Praesidium Iulium appellabatur: cfr. Plin. *H.N.* 4, 187; Itin. Anton.; et C.I.L. 2, p. 35, 813, 1630; quod ad nomen Praesidii Iulii attinet, cfr. Plin., op. mem. 4, 22, 35 (117). Scalabitani, orum; Scalabitanus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 4, 187).

Santarém (in Brasilia)
Scalăbis Brasiliae, f.
Ad vetus nomen Latinum Scalabis quod attinet. v. *Santarem* (in Lusitania). Scalabitani, orum, Brasiliae; Scalabitanus, a, um, Brasiliae (ex usu Curiae Romanae: Santaremensis).

Santa Rosa
Rosopŏlis, is, f.
Est urbs Argentina.
Rosopolitani, orum; Rosopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sanctae Rosae in Argentina).

Santa Rosa de Copán
Rosopŏlis Copanensis, f.
Est urbs Honduriana.
Rosopolitani Copanenses; Rosopolitanus, a, um, Copanensis, e (ex usu Curiae Romanae: S. Rosae de Copán).

Santa Severina
Severinopŏlis, is, f.
Haec urbs in Bruttiis est sita.
Severinopolitani, orum; Severinopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sanctae Severinae).

Santiago de Cabo Verde
Iacobopŏlis Promunturii Viridis, f.
Iacobopolitani, orum, Promunturii Viridis; Iacobopolitanus, a, um, Promunturii Viridis (ex usu Curiae Romanae: S. Iacobi Capitis Viridis).

Santiago de Chile
Iacobopŏlis Chiliae, f.; cfr. Bacci.
Est caput Chiliae.
Iacobopolitani, orum (Chiliae); Iacobopolitanus, a, um (Chiliae); ex usu Curiae Romanae: S. Iacobi in Chile.

Santiago de la Higuera
Segĕda, ae, f.
Haec urbs posita est in confinio Lusitaniae, ad meridiem Emeritae. Commemoratur a Plin *H.N.* 3, 1, 3, (10); et in C.I.L. II, p. 127.
Segedani, orum; Segedanus, a, um.

Santiago de Compostela
V. Compostela.

Santiago del Estero
Iacobopŏlis Palustris, f. *Estero*, vox a Latino vocabulo aestuarii deducta, e consuetudine gentis Argentinae locum palustrem significat.
Iacobopolitani Palustres; Iacobopolitanus, a, um, Palustris, e (ex usu Curiae Romanae: S. Iacobi de Estero).

Santiago de los Caballeros
Iacobopŏlis Equestris, f.
Est oppidum Rei publicae Dominicianae. Iacobopolitani Equestres; Iacobopolitanus, a, um, Equestris, e (ex usu Curiae Romanae: Sancti Iacobi Equitum).

Santo Angelo
Angelopŏlis, is, f. (cfr. AP).
Haec urbs Brasiliae finibus continetur. Angelopolitani, orum; Angelopolitanus, a, um.

Santo Domingo **Saint-Domingue**
Dominicopŏlis, is, f.; cfr. F; Bacci. Est urbs caput Rei publicae Dominicianae. Dominicopolitani, orum; Dominicopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Dominici).

Santorini
Thera, ae, f.
Est insula maris Aegaei, una e Cycladibus; cfr. Mel. 2, 11; Plin. *H.N.* 2, 202; id. 4, 70.
Theraei, orum; Theraeus, a, um.

Santos
Sancti, orum, m.
Haec urbs Brasiliae plenius olim nuncupabatur: Portus omnium Sanctorum (cfr. S).
Sanctiani, orum; Sanctianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sanctosensis).

S. Vittorino
Amiternum, i, n.
Est vetustum oppidum, in finibus Vestinorum positum, prima, ut memoriae proditum est, sedes Sabinorum, patria Sallustii.
Amiternini, orum; Amiterninus, a, um, vel e poetarum potius usu: Amiternus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Amiterninus).

São Carlos
Carolopŏlis, is, f.
Urbs hoc nomine insignis finibus Brasiliae continetur.
Carolopolitani, orum; Carolopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Caroli in Brasilia).

São Luis de Montes Belos
Ludovicopŏlis Bellomontana, f.
Est urbs Brasiliensis.
Ludovicopolitani, orum, Bellomontani, orum; Ludovicopolitanus, a, um, Bellomontanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Ludovici de Montes Belos).

São Luis do Maranhao
Ludovicopŏlis Maraniana, f.
Est urbs Brasiliensis.
Ludovicopolitani, orum, Maraniani, orum; Ludovicopolitanus, a, um, Maranianus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Ludovici in Maragnano).

Saône
Arăris, is, vel Arar, is, m.
De hoc flumine Galliae Caesar commemorat, *B.G.* 1, 12 (13.16): «Flumen est Arar, quod in Rhodanum influit incredibili lenitate ita ut oculis, in utram partem fluat, indicari non possit;» cfr. Sil. It.; Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (33); al. Posteriore aetate hic fluvius et Sauconna, ae, vocabatur (unde vulgare nomen *Saône* deductum); cfr. Ammian. 15, 11, 17: «(Rhodanus) sine iactura rerum per Sapaudiam fertur et Sequanos . . . et emensus spatia flexuosa Ararim, quem Sauconnam appellant».

São Paulo
Paulopŏlis, is, f.
Paulopolitani, orum; Paulopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sancti Pauli in Brasilia).

Sao Paulo (Civitas)
Paulina, ae, f.
Est una e Civitatibus Basiliae (cuius urbs-caput Paulopolis).

São Raimundo Nonato
Raimundopŏlis, is, f.
Est oppidum Brasiliae.
Raimundopolitani, orum; Raimundopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Raymundianus).

São Salvador de Bahia
Soteropŏlis Brasiliae, f.
Soteropolitani, orum, Brasiliae; Soteropolitanus, a, um Brasiliae (ex usu Curiae Romanae: S. Salvatoris in Brasilia).

São Tomé e Principe
Insulae S. Thomae et Princĭpis, f. Hae insulae, in Sinu Guineano sitae, provinciam transmarinam Lusitaniae olim efficiebant. Altera appellatur Insula Principis (*Ilha do principe*), quod post annum 1500 (reperta fuerat anno 1471) principi Lusitaniae fuit attributa.

Saponara
Grumentum, i, n.
Est oppidum Lucaniae; cfr. Liv. 23, 37 et 27, 41; Macrob. *Sat.* 1, 11, 23; Flor. 3, 18, 11; Itin. Anton.; Tab. Peut. Grumentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 11, 15 [98]); Grumentinus, a, um.

Sappada
Sappada, ae, f.
Est oppidum Italicum.
Sappadenses, ium; Sappadensis, e.

Sapporo
Sapporum, i, n.
Est urbs Iaponica.
Sapporenses, ium; Sapporensis, e.

Sarajevo
Seraium, i, n.
Haec urbs, origine Turcica — Turcarum sermone *Bosna Serai* vocitatur, unde nomen Latinum Seraium (AP) — est caput Serbiae.
Seraienses, ium; Seraiensis, e.

Saratoga
Saratoga, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatĭbus Americae Sept. posita.
Saratogani, orum; Saratoganus, a, um.

Saratov
Saratovia, ae, f.
Saratovienses, ium; Saratoviensis, e.

Sarawak
Saravacum, i, n.
Est civitas foederata Malaesiae, in septentrionali parte insulae Bornei posita.
Saravacenses, ium; Saravacensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sarawakensis).

Sardegna Sardaigne Cerdeña Sardinia Sardinien
Sardinia, ae, f.; cfr. Sil. It., 12, 355: «Insula fluctisono circumvallata profundo / Castigatur aquis compressaque gurgite terras / Enormes cohibet nudae sub imagine plantae».
Sardi, orum (Cic. *Fam.* 7, 24; id. *Scaur.* 2, 42); Sardus, a, um (Horat. *Sat.* 1, 3, 3), vel Sardiniensis, e (Nep. *Cat.* 1: «Sardiniensis triumphus»), vel Sardous, a, um (Ovid. *Fast.* 4, 289; Sardoum Mare apud Plin. H.N. 3, 5, 10 [75]).

Sarentino Sarnthein
Sarentinum, i, n. (cfr. OL).
Sarentinenses, ium; Sarentinensis, e.

Sargans
Sargantia, ae, f. (cfr. C.).
Est oppidum Helvetiae.
Sargantienses, ium; Sargantiensis, .e

Sarnia
Sarnia, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Sarnienses, ium; Sarniensis, e.

Sarno
Sarnus, i, m.
Hic fluvius Italiae a Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (62), memoratur.

Sarre Saar
Saravus, i, m.
Ita appellatur fluvius in Mosellam influens; cfr. Auson. *Mos*, 91 et 367; Tab. Peut.; Itin. Ant.; vel Sara, ae, f.; cfr. Venant. Fort. *Carm.* 10, 9, 20. Saravĭcus, a, um.

Sarsina
Sarsĭna, ae, f.
Haec urbs Umbriae, patria Plauti, missis aliis, a Martiale, 9, 59, memoratur: «Sic montana tuos semper colat Umbria fontes / Nec tua Baianas Sarsina malit aquas».
Sarsinates, um (Plin. *H.N.* 3, 24, 19 [114]); Sarsĭnas, atis (olim in nomin. Sarsinatis; cfr. Martial. 3, 58: «Sarsinate de silva»; ex usu vero Curiae Romanae: Sarsinatensis).

Sarzana
Sarzana, ae, f.
Est oppidum Italicum.
Sarzanenses, ium; Sarzanensis, e.

Sasbach
Sasbacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Sasbacenses, ium; Sasbacensis, e.

Saskatchewan
Sascatzevania, ae, f.
Est provincia Canadensis. Nomine vero vulgari, ab authochthonum lingua petito, significari videtur flumen velox (Egli, 818).
Sascatzevanienses, ium; Sascatzevaniensis, e.

Saskatoon
Sascatuna, ae, f.
Sascatunenses, ium; Sascatunensis, e (ex usu Curiae Romanae: Saskatoonensis).

Sassari
Saccĕris, is, f.
Sacceritani, orum; Sacceritanus, a, um. Ex usu Curiae Romanae ponitur Turritanus, quod verbum ad Turres pertinet (*Porto Torres*), qui locus inde 20 fere chilometris abest.

Sassoferrato
Saxum Ferratum, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.

Sassonia Saxe Sajonia Saxony Sachsen
Saxonia, ae, f.
Est regio Germaniae.
Saxŏnes, um; Saxonĭcus, a, um.

Sassonia Inferiore Niedersachsen
Saxonia Inferior, f.

Sassuolo
Saxŭlum, i, n. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Saxulenses, ium; Saxulensis, e.

Satu Mare Szatmár
Satmarium, ii, n.
Est urbs Dacoromana.
Satmarienses, ium; Satmariensis, e.

Sauerland
Suderlandia, ae, f.
Haec regio venusta Germaniae fluminibus Siga (*Sieg*) et Rura (*Ruhr*) terminatur. Prior pars nominis olim *Süder* (= meridianus) audiebat (= regio meridiana).

Saumur
Salmurium, ii, n. (cfr. DGAM; C).
Est urbs Gallica.
Salmurienses, ium; Salmuriensis, e.

Sava Save
Savus, i, m.; cfr. Plin. *N.H.* 3, 18, 22 (128); Claudian. *Cons. Stil.* 2, 192; Iustin. 32, 3; Iorn. *Get.* 56; Tab. Peut. C.I.L. 3, p. 483; al.

Savannah
Savanna, ae, f.
Hoc nomine et fluvius et urbs, ad eius ripam, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, appellantur.
Savannenses, ium; Savannensis, e.

Savigliano
Savilianum, i, n. (cfr. DGAM; OL).
Est oppidum Italiae.
Sanvilianenses, ium; Sanvilianensis, e.

Savigny
Saviniăcum, i, n.
Saviniacenses, ium; Saviniacensis, e.

Savoia Savoye Saboya Savoy Savoyen
Sabaudia, ae, f.
A veteribus scribebatur Sapaudia; cfr. Ammian. 15, 11, 17.
Sabaudi, orum (Sapaudi); Sabaudus, a, um (Sapaudus).

Savona
Savo, onis, m.
De vetere hac urbe, ad sinum Ligustinum sita, commemoratur apud Livium 28, 46; in C.I.L., 5, p. 892; alias.
Savonenses, ium; Savonensis, e.

Saxe Saxony
V. Sassonia.

Scandinavia Scandinavie Escandinavia Scandinavia Skandinavien
Scandia, ae, f., ut est apud nonnullos scriptores antiquos (Plin. *N.H.* 4, 16, 30 [194]; Iorn. Get. 1, 3; Paul. Diac. *Lang.* 1, 2), atqué etiam Scandinavia, ae, f. (Mela, 3, 54).
Scandinavi, orum; Scandinavus, a, um.

Scarborough
Scarburgum, i, n. (cfr. FB).
Scarburgenses, ium; Scarbungensis, e.

Scarpanto Karpathos
Carpăthus, i, f.
Est insula Maris Aegaei, posita inter Rhodum et Cretam; cfr. Mel. 2, 114; Avien. *Orb.* 672.
Carpathius, a, um (Mare) vel Carpathĭcus, a, um, vel — ut est apud Isid. *Orig.* 14, 6, 24 — Carpasīnus, a, um, vel Carpasius, a, um.

Schaffhausen
Scafhusa, ae, f; ab aliis ponitur Scaphusia, (sic scriptum nomen occurrit a. 1445; Scaphusa, a. 1094). Altera scribendi ratio in errorem inducere potest quasi agatur de nomine «Graeco» (propter *ph*). Est autem nominis origo (Germanica): *scaf* (*schiff*) = navis; *haus* (*hus*) = domus, statio; cfr. Egli, 822.
Scafhusani, orum; Scafhusanus, a, um.

Schärding
Sardinga, ae, f. vel Scardinga, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Austriacum.
Sardingenses (Scardingenses), ium; Sardingensis (Scardingensis) e.

Scharnitz
Scarbia, ae, f.
Est urbs posita in Tiroli. Memoratur in Tab. Peut.; Itin. Ant.; *Not. dign. occ.* 34, 30; C.I.L. 3, p. 735.
Scarbiani, orum; Scarbianus, a, um (cfr. C. Egger, *Tirolensia Latina*, p. 41: «coenobium Scarbianum»).

Schelda Escaut Escalda Scheldt Schelde
Scaldis, is, m; acc. Scaldem., abl. Scalde vel Scaldi.
De hoc flumine Caes. *B.G.*, 6; 33; Plin. *H.N.* 4, 17, 31 (105); Tab. Peut.; Itin. Ant.; al. commemorant.

Scheveningen
Scheveninga, ae, f.
Est urbs Nederlandiae.
Scheveningenses, ium; Scheveningensis, e.

Scheyern
Schira, ae, f. (cfr. OL).
Est vicus Bavaricus.
Schirenses, ium; Schirensis, e.

Schiedam
Schidamum, i, n. (cfr. GDAM).
Est oppidum Nederlandiae.
Schidamenses, ium; Schidamensis, e.

Schierling
Skirelinga, ae, f.
Est oppidum Bavaricum.
Skirelingenses, ium; Skirelingensis, e.

Schiltach
Siltacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Siltacenses, ium; Siltacensis, e.

Schleswig
Slesvicus, i, m; ab aliis ponitur Slesviga (OL: Slesvicum, Slesvicia e.s.). Olim nomen huius urbis Germanicae audiebat *Haidhabu*, deinde *Sliaswic* (= vicus seu oppidum ad *Slia*, nunc *Schlei*, fluvium).
Slesvicenses, ium; Slesvicensis, e.

Schleswig-Hlostein
Slesvicia-Holsatia, f.
Est regio Germaniae.
Slesvicenses - Holsatienses.

Schlettstadt
v. Sélestat.

Schmalkalden
Smalcaldia, ae, f.; cfr. OL.
Est oppidum Germaniae.
Smalcaldienses, ium; Smalcaldiensis, e.

Schneeberg
Nivemontium, ii, n. (OL. Nivemontum).
Est oppidum Germaniae.
Nivemontani, orum; Nivemontanus, a, um.

Schönau
Sconaugia, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germaniae.
Sconaugienses, ium; Sconaugiensis, e.

Schongau
Scongavia, ae, f. (OL: Schongavia); est urbs Bavarica.
Scongavienses, ium; Scongaviensis, e.

Schöngeising
Kisinga, ae, f. (OL); est oppidum Bavaricum.
Kisingenses, ium; Kisingensis, e.

Schönstatt
Sconestadium, ii, n.
Sconestadienses, ium; Sconestadiensis, e.

Schoonhoven
Sconovia, ae, f.
Est oppidum Nederlandicum (apud OL et al.: Schonhovia).
Sconovienses, ium; Sconoviensis, e.

Schottland
V. Scozia.

Schwabach
Svabacum, i, n.
Est oppidum Bavaricum. (OL: Swabacum).
Svabacenses, ium; Svabacensis, e.

Schwaben
v. Svevia.

Scwäbisch Hall
Halla Sueviae, f.; cfr. FB.
Est oppidum Germaniae.

Schwarzes Meer
V. Mar Nero.

Schwarzwald
v. Selva Nera.

Schwechat
Svecatum, i, n.
Hoc oppidum Vindobonae conterminat.
Svecatenses, ium; Svecatensis, e.

Schweden
V. Svezia.

Schweinfurt
Svinfurtum, i, n.
Nomen huius urbis Germanicae saeculo VIII sic exaratum occurrit: *Svinfurt* (= traiectus suum); cfr. Egli, 831.
Svinfurtenses, ium; Svinfurtensis, e.

Schweiz
V. Svizzera.

Schwenningen
Svenninga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Svenningenses, ium; Svenningensis, e.

Schwerin
Sverinum, i, vel Suerinum, i, n. (cfr. MG; al.).
Est urbs Germanica.
Sverinenses, ium; Sverinensis, e.

Schwyz
Suitia, ae, f.; cfr. FB; ponitur etiam Svitium.
Est oppidum Helvetiae.
Suitienses, ium; Suitiensis, e.

Sciacca
Thermae Selinuntiae, f.
De Selinunte, vetere colonia Graecorum, plures commemorant; cfr. Verg. *Aen* 3, 705; Sil. It., 14, 201.

Scilly Islands Sorlingues
Cassiterides Insulae, vel Silurum Insulae, f.
Hae insulae prope Cornubiam, australem regionem Britanniae, sitae, memorantur a Mel. 3, 47; Plin. *H.N.* 4, 22, 36 (119); sed is ponit eas adversus Celtiberiam. Appellantur etiam Silurum Insulae (Plin. op. mem; 4, 16, 30 [103]; Tac. *Ann.* 12, 33; id. *Agric.* 11; Ptol. 2, 3, 24), e nomine Silurum (Silures), qui fuerunt populus Britanniae occidentalis, bellicosus ac pluries Romanis rebellis.

Scotland
V. Scozia.

Scozia Escosse Escocia Scotland Schottland
Scotia, ae, f.
Olim etiam Caledonia appellabatur.
Nomen Scotiae iam apud veteres auctores occurrit (veluti apud Ammian. 20 1, 26, 4, 5. 27, 8, 5; Hieronym. *c. Iovin.* 2, 7. Scoti, orum; Scotĭcus, a, um (cfr. Claudian. *Carm.* 22, 254).

Scranton
Scrantonia, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. est sita.
Scrantonienses, ium; Scrantoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Scrantonensis).

Scutari Skodër
Scodra, ae, f.
De hac urbe, quae nunc Albaniae finibus continetur, Liv. 44, 31; Plin. *H.N.* 3, 22, 26 (144); Tab. Peut.; Itin. Ant., al. memoriam iniciunt.
Scodrenses, ium (Liv. 46, 24); Scodrensis, e (in titulis).

Scutari (lacus)
Lacus Scodrensis, m.
Ad hoc adi. quod attinet, cfr. *Scutari.*

Scutari (in Turcia)
Chrysopŏlis, is, f.
Haec urbs, ad Bosporum sita, memoratur a Mel. 3, 70; Plin. *H.N.* 32, 43 (150); Ammian. 22, 8, 7; Cassiod. *Hist. trip.* 12, 2. Apud eam M. Licinius a Costantino est devictus.
Chrysopolitani, orum; Chrysopolitanus, a, um.

Seattle
Seattlum, i, n.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Seattlenses, ium; Seattlensis, e.

Sebastopoli Sebastopol
Sebastopŏlis, is, f.
Ex usu Curiae Romanae — agitur de sede titulo episcopali — appellatur Sebastopolis in Abasgia. Erant Abasgi populus Colchidis seu incolae Abasgiae, de quibus in *Notit. dign. imp. or.* 28, commemoratur.
Sebastopolitani, orum; Sebastopolitanus, a, um.

Sebenico Sibenik
Sebenicum, i, n.
Sebenicenses, ium; Sebenicensis, e.

Secchia
Secia, ae, f.
Hoc nomine fluvius Aemiliae appellatur, qui in Padum influit; cfr. Plin. *H.N.* 5, 118; Itin. Anton.

Seckau
Seccovia, ae, f.
Est oppidum Austriae.
Seccovienses, ium; Seccoviensis, e.

Sedan
Sedanum, i, n.
Est urbs Gallica.
Sedanenses, ium; Sedanensis, e.

Seefeld
Sefeldia, e, f.
Est oppidum Tirolense.
Sefeldienses, ium; Sefeldiensis, e.

Seeland Sjaelland
Selandia, ae, f.
Est maxima Daniae insula, in qua eius caput, Havnia, sita est.

Sées
Sagium, ii, n.
Est oppidum Galliae.
Sagienses, ium; Sagiensis, e.

Segni
Signia, ae, f.
Haec urbs Latii (olim in Volscis) saepe memoratur in bellis, quae Romani contra gentes eiusdem regionis gesserunt, praesertim secundo bello Punico; cfr. Liv. 11, 55, al.; Plin. *H.N.* 14, 6, 9, (65); al.; Sil. It. 8, 380; C.I.L. 10, p. 591, 982, 1014.
Signini, orum (Plin. op. mem., 5, 9 [64]; Liv. 27, 10).
Signinus, a, um.

Segorbe
Segobriga, ae, f.
Inest, ut liquet, nomen Celticum *briga,*

(*) [Selinunte (antiqua urbs in Sicilia): Selinus, -nuntis, f. Graece: Σελινοῦς, -οῦντος, ὁ (1)

quo pons significatur. De hac urbe Hispaniae plures veteres commemorant; cfr. Plin. *H.N.* 36, 22, 45 (160); Frontin. *Strat.* 3, 6, 8; C.I.L. 2, p. 528. Segobrigenses, ium (Plin., op. mem., 33, a [25]); Segobrigensis, e (ex usu Curiae Romanae: Segobricensis).

Ségou

Segŭa, ae, f.
Est oppidum Maliense.
Seguenses, ium; Seguensis, e.

Segovia

Segovia, ae, f.
De hac urbe Hispanica apud Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (27); apud FLor. 3, 27; et in Itin. Anton., atque C.I.L. 2, pp. 379, 926 memoratur.
Segovienses, ium; Segoviensis, e.

Segura

Tader, is, m.
Est fluvius Hispaniae; cfr. Plin. *H.N.* 3, 9.

Sekadau

Secadavia, ae, f.
Est oppidum Borneanum.
Secadavienses, ium; Secadaviensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sekadauensis).

Sélestat Schlettstadt

Selestadium, ii, n. (G 364).
Selestadienses, ium; Selestadiensis, e.

(*)

Selva Nera Foresta Nera Fôret-Noire Selva Negra Schwarzwald

Abnŏba, ae, f.
Est mons Germaniae, unde Danuvius oritur; cfr. Tac. *Germ.* 1; Avien. *Perieg.* 437. Est tamen animadvertendum Abnobam esse tantum partem septentrionalem illius tractus, qui nunc *Selva Nera, Schwarzwald* vocitetur. Quapropter cum totus hic tractus intellegitur, inducendum est nomen novum Silva Nigra, f. (cfr. MG).

Semarang

Semaranga, ae, f.
Haec urbs finibus Indonesiae continetur.
Semarangenses, ium; Semarangensis, e (cfr. AP).

Sempione Simplon

Mons Sempronii, m.

Sendai

Sendaium, i, n.
Est urbs in Iaponiae finibus sita. Sendaienses, ium; Sendaiensis, e.

Senegal (Civitas)

Senegalia, ae, f. Nominis, quo Civitas Africana appellatur, genus femininum probatur, quandoquidem a Graecis recentibus regio vocatur ἡ Σενεγάλη (diversae omnino originis est nomen urbis Senae Galliae, quam Plin. *H.N.* 14, 19 [113] Senogalliam [Ital. *Senigallia*] nuncupat). Senegalem fluvium, a quo Civitas nomen accepit, veteres fortasse Bambotum dixerunt (v. *Senegal* flumen).
Senegalienses, ium; Senegaliensis, e.

Senegal (flumen)

Senegal, is, m. Sunt qui putent hoc flumen Africae, in Oceanum Atlanticum influens, fuisse Bambotum (Bambotus, i), de quo Plin. *H.N.* 1, 1 (10) commemorat (cfr. Punicum nomen *nahal behomoth,* i. e. flumen hippopotamorum).
Lusitani vero, cum ad meridianam partem Saharae pervenissent, autochthonas narrantes audierunt de amplo flumine *Çanaga,* ita vocato e cognomini tribu. Apud FB aliosque hic fluvius Latine dicitur Senega, ae.

Senigallia

Sena Gallĭca, f. Est urbs Umbriae, condita a Gallis Senonibus, a quibus nomen est deductum, quemadmodum videtur. A Plin, *H.N.* 3, 14 (113) appellatur Senogallia, ae.

(1) nomen ductum est a substantivo quod est σέλινον, apium, sedano. Incolae vocantur Latine Selinuntii, -orum, Graece autem et Σελινούντιοι et Σελινούσιοι. Cfr. Heidelberg]

[(1) Ita (ὁ tantum) L.S.J.]

Inter alios, de ea urbe commemorant Liv. 27, 46; Paul. Diac. *Langob.* 2, 22; Eutrop. 3, 10; adde: Itin. Anton.; C.I.L. 11, p. 922.
Senogallienses, ium; Senogalliensis, e (apud grom.).

Senja

Senia, ae, f.
Est insula Norvegica.

Senlis

Augustomăgus, i, m.
De hac urbe Galliae commemoratur in Itin. Ant. et in Tab. Peut. (nomen est compositum e verbis *Augustus* et Celt. *magus* = campus). Media aetate nomen Silvanectum, i, invaluit.
Augustomagenses, ium; Augustomagensis, e, vel Silvanectenses, ium; Silvanectensis, e (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Senna Seine

Sequăna, ae, f. Cfr. Caes. *B.G.* 1, 1; Plin. *H.N.* 4, 19, 33 (109), al.

Sens

Agedinum, i, n.
Scribitur etiam Agendicum et Agedicum, sed minus recte. Fuit oppidum princeps Senonum, unde vulgare nomen *Sens* originem traxit. De illo oppido commemorat Caesar, *B.G.* 6, 44 et 7, 10, 57; 59. 62.
Potest urbs, quae nunc est, Senonia, ae, appellari, quo nomine olim provincia, quam Senones incolebant, nuncupabatur, vel ipsum nomen tribus huius Gallicae Senones, um, induci ad eam urbem significandam, quandoquidem saepius nomen gentis ad urbem transfertur.
Senonenses, ium; Senonensis, e.

Seoul

Seulum, i, n.
Est caput Coreae Meridianae, f.
Seulenses, ium; Seulensis, e.

Serbia Serbie Servia Serbia Serbien

Serbia, ae, f.
Serbiani, orum; Serbianus, a, um.

Serchio

Auser, ĕris, m.
Apud Rutil. Nam. est Ausur, ŭris; est fluvius Italiae.

Sergipe

Sergipa, ae, f.
Est una e Civitatibus Brasiliae.
Sergipenses, ium; Sergipensis, e.

Serpentaria

Ficaria, ae, f.
Est insula in sinu Calaritano (Sardiniae) posita. Memoratur a Plin. *H.N.* 3, 7, 13 (84) et a Rav.

Servia

v. Serbia.

Sessa Aurunca

Suessa Aurunca, f.
De hac urbe Italiae Cato *R.R.* 135, 1 et 3; Cic. *Phil.* 310 et alibi; Liv. 9, 28 et 29; 8, 15; al. commemorant. Interdum solum Suessa ponitur, omisso nomine Auruncae, interdum vero tantum Aurunca scribitur, maxime a poetis.
Suessani, orum; Suessanus, a, um.

Sesto Calende

Sextum Calendarum, n. (cfr. *La diocesi di Milano* 1954).

Sestri Levante

Segesta Tigulliorum, f.
De hac urbe in Liguriae finibus posita Plin. *H.N.* 3, 5, 7, commemorat.
Segestani, orum, Tigulliorum; Segestanus, a, um, Tigulliorum.

Sestri Ponente
Sextum, i, n. (cfr. L).
Est urbs Liguriae.
Sextani, orum; Sextanus, a, um.

Sete Lagoas
Septemlacunae, arum, f.
Nomen vulgare huius urbis Brasiliensis, e sermonis Lusitani ratione (*Sete* = septem; *lagoa* = parvus lacus, lacuna, palus) sic recte in Latinum est conversum.
Septemlacunenses, ium; Septemlacunensis, e (cfr. AP).

Seveso
Sevĕsum, i, n.
Est oppidum Italicum; cfr. OL.
Sevesenses, ium; Sevesensis, e.

Seveux
Segobodium, ii, n.
De hac urbe Belgica in Tab. Peut. et in C.I.L. 13, 2, p. 66, commemoratur.
Segobodienses, ium; Segobodiensis, e.

Seviglia Sevilla
Hispălis, is, f.
Nomen huius praeclarae urbis Hispanicae a S. Isidoro, *Orig.* 15, 1, 71, sic explanatur: «Hispalis autem a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis profundo *palis* locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet». Quam originationem haud rectam esse nemini non constat: vocabulum enim est Hibericum, constans ex Hi - spalis, ut Hi - spania.
Hispalenses, ium (cfr. Tac. *Hist.* 1, 78; C.I.L. 2, 1181. 1193); Hispalensis, e.

Sèvre
Sepăris, is, f.
Est flumen Galliae.

Seychelles
Insulae Seisellenses, ium, f.
Hae insulae, in Oceano Indico positae, a Lusitanis, qui anno 1556 eas invenerunt, vocatae sunt Septem Germanae (*as Sete Irmãs*). Postea, saeculo XVIII, cum essent in Gallicam dicionem redactae, e nomine *H. de Seychelles,* rei nummariae exactoris generalis, sunt appellatae.
Seisellenses, ium; Seisellensis, e.

Sézanne
Sezanna, ae, f.
Est vicus Galliae (cfr. C).
Sezannenses, ium; Sezannensis, e.

Sezze
Setia, ae, f.
Fuit olim colonia Latina, de qua Plin. *H.N.* 3, 5, 5 (64); Stat. *Silv.* 2, 6, 90; Martial. 13, 112 («Pendula Pomptinos quae spectat Setia campos») commemorant.
Setini, orum (Plin. *H.N.* 3, 5, 9); Setinus, a, um.

s'Gravendeel
Comĭtis Vallis, f.
Est oppidum Nederlandicum.

Shahabad
Sahabada, ae, f.
Est urbs Indiae.
Sahabadenses, ium; Sahabadensis, e.

Shangaan
Sangania, ae, f.
Est una e Bantustaniis (v.). Sanganienses, ium; Sanganiensis, e.

Shanghai Schanghai
Sanghaevum, i, n.; cfr. AP.
Est urbs populo perfrequens in Sinis; quo nomine «urbs prope mare sita» significatur» (Egli, 823).
Sanghaevenses, ium; Sanghaevensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sciamhaevensis).

Shannon
Senus, i, m.
Hoc nomen est origine Celticum (*sean* = vetus, aut *sen* = magnus; *amhan* = fluvius).
Est autem flumen Hiberniae.

Shasta
Sasta, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Sastenses, ium; Sastensis, e.

Shawinigan
Savinigania, ae, f.
Ita urbs Canadensis appellatur.
Saviniganienses, ium; Saviniganiensis, e.

Sheffield
Seffeldia, ae, f.
(OL: Sefelda). Est urbs Britannica.
Seffeldienses, ium; Seffeldiensis, e.

Shelby
Selbia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Selbienses, ium; Selbiensis, e.

Shenectadi
Senectadium, ii, n.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita est.
Senectadienses, ium; Senectadiensis, e.

Sherbrook
Serbrukum, i, n. Ita nomen huius urbis Canadensis ad linguae Latinae rationem conformari videtur.
Serbrukenses, ium; Serbrukensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sherbrookensis).

Sheridan
Seridanum, i, n.
Hoc nomine nonnulla oppida, in Civitatibus Foederatis Americae Sept. sita, appellantur.
Seridanenses, ium; Seridanensis, e.

Sherman
Sermania, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita est. Sermanienses, ium; Sermaniensis, e.

Shikoku
Sicocus, i, f.
Est insula Iaponica.

Sholapur
Solapura, ae, f.
Est urbs Indica.
Solapurani, orum; Solapuranus, a, um.

Shreveport
Sreveportus, us, m.
Haec urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. posita, nomen accepit ab Henrico Miller Shreve, qui eam ad Flumen Rubrum (*Red River*) anno 1835 condidit.
Sreveportuenses, ium; Sreveportuensis, e.

Shrewsbury
Salopia, ae, f.
Est urbs Britannica (cfr. AP).
Salopienses, ium; Salopiensis, e.

Siam
Siamum, i, n.
Est nomen antiquae urbis principis, e quo et ipsa regio, quae nunc Thailandia vocatur, appellata est.
Siamenses, ium; Siamensis, e.

Sibari
Sybăris, is, f.
Haec urbs Italiae Inferioris, olim Magnae Graeciae, ab Achaeis circiter annum 720 a. C.n. esse condita traditur. Fuit famosa civium mollitie ac luxu, celebris pulchritudine et opulentia.
Sybaritae, arum (cfr. Quint. 3, 7: «Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret»); Sybaritanus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 8, 42, 64: «Sybaritanus exercitus»),

hinc Sybaritani interdum et incolae appellantur (cfr. Iustin. 20, 2, 3); est etiam adi. Sybaritĭcus, a, um (cfr. Lamprid., *Heliogab.* 30; Mart. 12, 96).

Sibenik
v. Sebenico.

Siberia Sibérie Siberia Sibirien
Sibiria, ae, f.
Nomen huius regionis latissime patentis deductum est a *Ssibir*, oppido olim praecipuo dicionis barbari principis, terrae scilicet ad Irtisum (*Irtish*) flumen adiacentis. Quod oppidum natura erat munitum, cum in praerupto litore rivi, vulgo *Ssibirka* appellati, qua in Irtisum influit, positum esset. Cum regiones Asiae aquilonaris et mediterraneae in potestatem Russorum redigerentur, nomen oppidi *Ssibir* ad eas paulatim translatum est. De vi autem eidem nomini subiecta non constat inter etymologos.
Sibiriani, orum; Sibirianus, a, um.

Sicilia
Sicilia, ae, f.
Sicŭli, orum; Sicŭlus, a, um, vel Siciliensis, e.

Siders
v. Sierre.

Siedlece
Siedelca, ae, f.
Est urbs Polonica.
Siedelcenses, ium; Siedelcensis, e (ex usu Curiae Romanae: Siedlcensis).

Sieg
Siga, ae, f.
Est fluvius Germaniae.

Siegen
Sigĕna, ae, f. (cfr. DGAM).
Est urbs Germaniae.
Sigenenses, ium; Sigenensis, e.

Siena Sienne Siena
Sena, ae, f.; plenius Sena Iulia, f.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 8 (51); Tac. *Hist.* 4, 45; C.I.L. 11, p. 332. Est inclita urbs Tusciae.
Senenses, ium; Senensis, e, vel Senanus, a, um.

Sierra de Guadarrama
Iuga Carpetana, pl. n. (OL).
Haec montium iuga a septentrionali parte Matriti sita sunt.

Sierra Leone
Mons Leoninus, m.
Est civitas Africae (cfr. FB: Leonum Mons; malui tamen uti adiectivo a leonis verbo deducto).

Sierre Siders
Sirrum, i, n.
(Sic ex usu vetere Curiae episcopalis Sedunensis).
Sirrenses, ium; Sirrensis, e.

Sigüenza
Segontia, ae, f.
De hac urbe Hispaniae commemoratur apud Liv. 34, 19; Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (27); al. Segontini, orum, vel Segontinenses, ium; Segontinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Seguntinus).

Sigmaringen
Sigmaringa, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Sigmaringenses, ium; Sigmaringensis, e.

Sighisoara Schässburg
Sigisoara, ae, f.
Est urbs Dacoromana.
Sigisoarenses, ium; Sigisoarensis, e.

Sikkim
Sikim, n.
Non inclinatur in casus. Haec regio, in Imao Monte sita, Indiae est obnoxia.
Sikimenses, ium; Sikimensis, e.

Sila
Sila, ae, f.
Est planities vasta et silvosa in Bruttiis; cfr. Verg. *Georg.* 3, 219: «Pascitur in magna Sila formosa iuvenca»; id. *Aen.* 12, 715. Cic. *Brut.* 22; Plin. *H.N.* 3, 10, 16 (74).
Silanus, a, um (cfr. Cassiod. *Var.* 12, 12: «Silana castra»).

Silvaplana Waldebene
Silvaplana, ae, f.
Est pagus Helveticus, in altitudine 1816 metr. supra maris libram positus.

Simbach
Simbacum, i, n.
Est oppidum Bavaricum.
Simbacenses, ium; Simbacensis, e.

Simla
Simla, ae, f.
Est urbs Indica.
Simlenses, ium; Simlensis, e.

Simontown
Simonopŏlis, is, f.
(cfr. Apollonopolis, Apollonites, apud Plin. *H.N.* 5, 9, 9 [49]).
Simonopolitani, orum; Simonopolitanus, a, um.

Simplon
v. Sempione.

Sinai
Sinai, n.
Non inclinatur in casus. De originatione huius verbi Hebraici non omnes consentiunt. Est autem praeclarus mons, de quo in Sacris Bibliis multus est sermo, quique in paeninsula triangulari situs est, quam ad occidentem sinus Hieropolitanus, ad orientem sinus Aelaniticus alluunt.
Sinaitĭcus, a, um.

Singapore Singapour Singapore Singapur
Singapura, ae, f.
Perfrequentis huius urbis, quae suis legibus vivit, nomen derivatum est a vetere sermone Indico: a verbis *singh*, cuius vis est leo, et *pur(a)*, quod idem valet atque urbs (quasi dicatur urbs leonina). Modus ergo scribendi Singapura magis cum origine verbi congruere videtur. Singapurani, orum; Singapuranus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Singaporensis).

Singida
Singida, ae, f.
Est urbs Tanzaniensis, episcopi sedes. Singidenses, ium; Singidensis, e (ex usu Curiae Romanae: Singidaënsis).

Sin-Kiang
Sinkiangum, i, n.
Haec regio Asiae mediterreneae, arida altisque montium iugis circumsaepta, est Civitas sui iuris facta.
Sinkiangenses, ium; Sinkiangesis, e.

Sint Maarten Saint Martin
Insula Martiniana, f.
Est una ex insulis, quae Antillae Nederlandicae dicuntur.
Martinianenses ium; Martinianensis, e.

Sint Eustatius
Insula Eustathiana, f.
Est una ex insulis, quae Antillae Nederlandicae dicuntur.
Eustathiani, orum; Eustathianus, a, um.

Sion Sitten
Sedunum, i, n.
De Sedunis, partem superiorem vallis Poeninae incolentibus, quorum urbs Sedunum, memorant Caes. *B.G.* 3, 1; Liv. 21, 38; Plin. *N.H.* 20, 24 (137); Oros. *Hist.* 6, 8; C.I.L. 5, 7817 e.a.
Sedunenses, ium; Sedunensis, e.

Siponto
V. Manfredonia.

Siracusa Syracuse Siracusa Syrakus
Syracusae, arum, f.
De hac urbe Siciliae multi veteres scriptores commemorant. Appellabantur Syracusae quadruplices (cfr. Auson. *De clar. urb.* 10, 1), quod quasi e quattuor urbibus constabant.
Syracusani, orum; Syracusanus, a, um.

Siria Syrie Siria Syria Syrien
Syria, ae, f.
De origine huius nominis, quo veteres quoque usos esse nemo ignorat, viri litterati inter se non consentiunt.
Syri, orum; Syrus, a, um, vel Syriăcus, a, um.
Nomen Civitatis, quae nunc in illa est regione: Res publica Arabĭca Syra.

Sirmione
Sirmio, onis, f. Hoc oppidum et paeninsulam ad ripam australem Lacus Benaci Catullus (31, 12) «paeninsularum insularumque ocellum» ob mirabilem amoenitatem appellavit. Sirmionenses, ium; Sirmionensis, e.

Sitten
v. Sion.

Skopje
Scopia, ae, f.
Haec urbs finibus Iugoslaviae continetur.
Scopienses, ium; Scopiensis, e (cfr. AP).

Slesia Silésie Schlesien
Silesia, ae, f.
Silesii, orum; Silesianus, a, um.

Slovacchia Slovaquie Eslovaquia Slovakia Slowakei
Slovakia, ae, f. A nonnullis, modo fere Italico, scribitur Slovachia.
Slovaki, orum (Slovachi, orum); Slovakus, a, um (Slovachus, a, um).

Slovenia Slowenien
Slovenia, ae, f.
Sloveni, orum; Slovenus, a, um.

Sluis
Slusa, ae, f.; cfr. C.
Est oppidum Nederlandicum.
Slusenses, ium; Slusensis, e.

Smaland
Smalandia, ae, f.
(cfr. OL). Est regio Suetica.
Smalandienses, ium; Smalandiensis, e.

Smirne
Smyrna, ae, f. Est vetusta urbs Joniae, quae olim dicebatur, nunc Turciae. De ea multi veteres commemorant.
Smyrnaei, orum; Smyrnaeus, a, um.
(Cfr. Liv. 37, 16; Sidon. carm. 2, 184: («Smyrnaeas imitata tubas»). Ex usu Curiae Romanae: Smyrnensis.

Smolensk
Smolensca, ae, f.
Smolenscani, orum; Smolenscanus, a, um.

Sobral
Sobralia, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Sobralienses, ium; Sobraliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sobralensis).

Socorro
Succursus, us, m.
Nomen huius urbis Columbianae deductum esse videtur a B. Maria Virgine «a perpetuo Succursu» (quae vox «succursus» apud veteres non quidem invenitur).
Succursenses, ium; Succursensis, e (cfr. AP).

Socotra
Dioscorĭdis Insula (vel Dioscŏris, ĭdis), f. Haec insula, prope oram Africae in Oceano Indico sita, sed Rei publicae Democraticae Iemenitanae subiecta, memoratur a Plin. *H.N.* 6, 28, 32 (153) et a Ptol. (Διοσκορίδου νῆσος).
Celebrabatur olim propter commercium, quod ibi habebatur cum Arabia et India.

Soest
Susatum, i, n.
Quod nomen Latinum scriptum invenimus, missis aliis, in opere Ioannis Busch, quod «de reformatione monasteriorum» inscribitur (ed. K. Grube; Halle 1886, pp. 61, 486).
Susatenses, ium; Susatensis, e.

Sofia Sophia
Sophia, ae, f.
Ita appellatur urbs princeps Bulgariae; ac recte, more Romanorum, ponitur tantum nomen *abstractum* (cfr. Concordia, Pietas Iulia, Potentia).
Sophiani, orum; Sophianus, a, um.
(Sophianus est adiectivum pertinens ad Constantinopolitanum templum Sophiae; cfr. *Laud. Iustin.* 4, 287).

Soissons
Augusta Suessionum, f.
De hac urbe Gallica commemoratur in Itin. Ant.; Tab. Peut.; a Gregorio Turonensi; in *Not. Gall.* 6, 3.
Suessionenses, ium; Suessionensis, e.

Solesmes
Solesma, ae, f. cfr. C.
Est oppidum Gallicum, ubi est monasterium Ordinis S. Benedicti.
Solesmenses, ium; Solesmensis, e.

Soleure Solothurn
Salodurum, i, n.
Haec urbs Helvetiae, ad Aruram flumen sita, memoratur in Tab. Peut.; Itin. Ant.; C.I.L. 13, 2, p. 32; al.
Salodurenses, ium; Salodurensis, e.

Solignac-sous-Roche
Sollemniăcum, i, n.; cfr. OL.
Sollemniacenses, ium; Sollemniacensis, e.

Solingen
Solinga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Solingani, orum; Solinganus, a, um.

Solothurn
V. Soleure.

Somalia Somalie Somalia
Somalia, e, f.
Vox *somâli* autochthonum sermone idem valet ac niger, fuscus (Egli, 866).
Somalienses, ium; Somaliensis, e.

Sommerset
Sommersetia, ae, f.
Est regio Britanniae.
Sommersetienses, ium; Sommersetiensis, e.

Somme
Samăra, ae, f.
Est flumen Galliae. Veteres commemorant de urbe Samarobriva, quod nomen Celticum significat Samarae pontem (*briva* = pons); cfr. Cic. *Fam.* 7, 12; Caes. *B.G.* 5, 34, 45, 51; Ammian. 15, 11; e.a. Quae urbs nunc vulgo *Amiens* vocitatur (v. ib.).

Sonda (Isole) **Iles de la Sonde Archipiélago de la Sonda Sunda Islands Sunda-Inseln**
Insulae Sundanae, f.
Hoc nomine insulae inter paeninsulam Malaesiam et insulas Molukenses sitae comprehenduntur. Sunt autem divisae in insulas Sundanas Maiores et Minores.

Sondrio
Sondrium, ii, n.; cfr. OL.

Est urbs Italica, provinciae caput.
Sondrienses, ium; Sondriensis, e.

Sophia
v. Sofia.

Sopron Ödenburg
Scarabantia, ae, f., vel Scarbantia, ae, f. Haec urbs Hungariae, olim Pannoniae, memoratur a Plin. H.N. 3, 24, 27 (146); in Itin. Ant.; Tab. Peut.; *Not. dign. occ.* 34, 40; C.I.L. 3, p. 533, al.
Scarabantienses, ium; Scarabantiensis, e.

Sora
Sora, ae, f.
Haec urbs Latii, ad dexteram Liris sita, anno 345 a. Ch.n. a Romanis capta est; cfr. Liv. 7, 28 et 10, 1 sq.; Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (63); Sil. It. 8, 394; al.
Sorani, orum (Boeth. *Cons. phil.*, 1, 3); Soranus, a, um.

Soratte Soracte
Soracte, is, n.
Haec forma neutri generis est communior (cfr. tamen Plin. *N.H.* 7, 2, 2: Soractem).
Est mons, non ita procul ab Urbe situs, aliis non coniunctus et a longinquo aspectabilis, in cuius vertice olim templum erat Apollini sacrum, nunc mariale sacrarium. Cfr. Verg. *Aen.* 11, 785: «sancti custos Soractis Apollo»; Hor. *Carm.* 1, 9: «Vides ut alta stet nive candidum Soracte»; al.
Soractīnus, a, um; cfr. Vitruv. 2, 7: «Soractinae lapicidinae».

Sorau
Soravia, ae, f.; cfr. G.
Soravienses, ium; Soraviensis, e.

Sorocaba
Sorocaba, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Sorocabani, orum; Sorocabunus, a, um.

Soriano
Surrinum, i, n.
De hoc oppido Tusciae commemoratur in veteribus litterarum monumentis.
Surrinenses, ium; Surrinensis, e.

Sorlingues
v. Scilly Islands.

Sorrento
Surrentum, i, n.
De hac urbe Campaniae plures veteres commemorant; cfr. Tac. *Ann.* 4, 67; Colum. 3, 2, 10; Mel. 2, 70. Suet. *Aug.* 65; Tab. Peut.; al.
Surrentini, orum; Surrentinus, a, um.

Sorsogón
Sorsogonia, e, f.
Est oppidum Insularum Philippinarum.
Sorsogonienses, ium; Sorsogoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sorsogonensis).

Souabe
V. Svevia.

Sour
Sura, ae, f.; cfr. C.
Est fluvius Luxemburgi.

South-Africa (Republic)
v. Sud-Africa.

Southampton
Suthantonia, ae, (cfr. OL: Sudhamtona, Suthamptonia, Antona Meridionalis e.s.). Est urbs frequens Britanniae.
Suthantonienses, ium; Suthantoniensis, e.

South Carolina
Carolina Meridiana, f.; v. North Carolina (Carolina Septentrionalis); est una e Civitatibus Foederatis Americae Sept.

South Dakota
Dacota Meridiana, f.

Est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Dacotani Meridiani; Dacotanus, a, um, Meridianus, a, um.

South Sotho
Sothum Meridianum, n.
Est una e Bantustaniis (v.).

Southwark
Sutvarkia, ae, f. (cfr. OL: Suthwarkia).
Est pars Londinii.
Sutvarkienses, ium; Sutvarkiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Southvarcensis).

South-West Africa
v. Africa del Sud-Ovest.

Sovana
Suana, ae, f.
Est oppidum Tusciae; de quo apud Ptol. 3, 1, 49 commemoratur.
Suanenses, ium (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 8 [52]).
Suanensis, e (ex usu Curiae Romanae: Soanensis).

Spagna Espagne España Spain Spanien
Hispania, ae, f.
Hispani, orum; Hispanĭcus, a, um, vel Hispanus, a, um. Hispaniensis dicitur is, qui, aliunde ortus, in Hispania versatur vel qui aliquo modo ad Hispaniam Hispanosve refertur: cfr. Cic. *Vatin.* 5, 12: legatus Hispaniensis.

Spalato Split
Spalătum, i, n. Nomen corruptum coaluit ex «Salonae (arum) Palatium», quod Diocletianus, in suburbio Salonarum sibi magnificentissime aedificavit.
Spalatenses, ium; Spalatensis, e.

Spandau
Spandavia, ae, f.; cfr. C.
Est oppidum Germaniae.
Spandavienses, ium; Spandaviensis, e.

Speeton
Spitonia, ae, f.
Spitonienses, ium; Spitoniensis, e.

Spello
Hispellum, i, n.
Est oppidum Umbriae, de quo veteres commemorant; cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 (113); Sil. It. 8, 457; C.I.L. 3, p. 882. Hispellates, ium (cfr. Sil. It. 4, 187; Plin. *Ep.* 3, 8, 6); Hispellas, tis (ex usu Curiae Romanae: Hispellensis).

Sperlonga
Spelunca, ae, vel Speluncae, arum, f. De hoc oppido, inter Tarracinam et Caietam sito, commemoratur apud Tac. *Ann.* 4, 59; Plin. *H.N.* 5, 9 (59); Suet. *Tib.* 39.

Speyer
V. Spira.

Spezia (la)
Spedia, ae, f.
Est urbs Italiae.
Spedienses, ium; Spediensis, e.

Spira Speyer
Noviomăgus Nemĕtum. Hoc est nomen a Romanis huic oppido seu coloniae (nunc urbi) inditum; cfr. Ammian. 15, 2 et 16, 2; Itin. Ant., p. 253, 355, 357; C.I.L. 13, 2, p. 170). Fuit igitur oppidum princeps gentis, quae Nemetae arum (i.e. «nobiles» secundum Holder s.v.) dicebatur. Serius aliud nomen invaluit: Spira, ae, f. (iam apud Rav. est: Sphira).
Spirenses, ium; Spirensis, e.

Spîs
Sepusium, ii, n.
Sepusienses, ium; Sepusiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Scepusiensis).

Spitzbergen
Montes Acuti, vel Insulae Montium Acutorum. Placuit in Latinum convertere vulgare nomen *Spitzbergen* (*spitz* = *acutus*, *berg* = *mons*), quod navigatores Batavi Barentz et Cornelius insulis Oceani Glacialis aquilonaris propter acuta cacumina indiderunt (*Spitsbergen*); a Willoghby, viro Britanno, qui eas anno 1553 primum invenerat, appellatae sunt *Nova Terra Viridis* (*Groenlandia*).

Split
V. Spalato.

Spluga Splügen
Spluga, ae, f.
Hoc nomine oppidum Helveticum, praesertim vero iugum pervium in Alpibus nuncupatur.

Spokane
Spocanum, i, n.
Est urbs Vasintoniae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Spocanenses, ium; Spocanensis, e (ex usu Curiae Romanae: Spokanensis).

Spoleto
Spoletium, ii, vel Spoletum, i, n.
Est vetusta urbs Umbriae; cfr. Liv. 22, 9, et 45, 43; Suet. *Vesp.* 1; Plin. *H.N.* 11, 37 (75); al.
Spoletini, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [114]; Liv. 45, 43) et Spoletani, orum; Spoletinus, a, um (Cic *Balb.* 21: «Spoletinus populus»; Martial. 13, 120), vel, seriore aetate, Spoletanus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae).

Sponheim
Sponhemum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Sponhemenses, ium; Sponhemensis, e.

Sporadi Sporades Espórades Sporaden
Sporădes, um, f.
Hae insulae maris Aegaei sic appellatae sunt a verbo σπείρω (= spargo); sunt enim dispersae (Cyclades in orbem iacent).

Sprea Spree
Sprēa, ae, f.
Est fluvius, qui Berolinum interluit.

Springfield
Campifons Illinoesiae.
Est caput Illinoesiae, unius e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen Campifontis, quod est Latina interpretatio satis probabilis vocabuli Anglici, ab Ecclesia catholica est inductum.
Dicitur vero Campifons Illinoesiae, cum plures sint urbes, quibus vulgaris appellatio *Springfield*.
Campifontani, orum, Illinoesiae; Campifontanus, a, um, Illinoesiae.

Springiersbach
Springirsbacum, i, n.
Est pagus Germaniae.
Springirsbacenses, ium; Springirsbacensis, e.

Squillace
Scylacium, ii, n.
De hac urbe Italiae meridianae plures veteres commemorant.
Scylacei, orum; Scylaceus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 3, 10, 15 (95): sed ex usu Curiae Romanae: Squillacensis).

Sri Lanka
V. Ceylon.

Srinagar
Srinagaria, ae, f.
Est urbs Indica.
Srinagarienses, ium; Srinagariensis, e.

St. Andrä
Andreopŏlis, is, f. (cfr. FB: Andreapolis).
Est oppidum Austriae. Andreopolitani, orum; Andreopolitanus, a, um.

St. Goar
Goaropŏlis, is, f.
Est oppidum Germanicum.
Goaropolitani, orum; Goaropolitanus, a, um.

St. Moritz
Mauriciopŏlis, is, f.
Est oppidum Helvetiae, salubri caelo nobile. Mauriciopolitani, orum; Mauriciopolitanus, a, um.

St. Peter im Holz
Teurnia, ae, f.
Est vetus oppidum Norici, nunc Austriae. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 114; C.I.L. 3, pp. 593, 1811, 2198, 2328, 17.
Teurniani, orum; Teurnianus, a, um.

St. Pölten
Hippolytopŏlis, is, f.
Est urbs Austriae.
Hippolytopolitani, orum; Hippolytopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: S. Hippolyti).

St. Veit
Vitopŏlis, is, f.; cfr. FB.
Est oppidum Carinthiae.
Vitopolitani, orum; Vitopolitanus, a, um.

St. Wolfgang
Volfgangopŏlis, is, f.
Est oppidum Austriae ad lacum cognominem situm.
Volfgangopolitani, orum; Volfgangopolitanus, a, um.

Stalden
Staldŏna, ae, f.
Est pagus in Valle Poenina situs (sic Latine redditus ex usu Curiae Sedunensis).
Staldonenses, ium; Staldonensis, e.

Stambul
V. Costantinopoli.

Stanislawów Stanislaviv
Stanislaopŏlis, is, f.; cfr. AP.
Stanislaopolitani, orum; Stanislaopolitanus, a, um.

Stanley
Stanleium, i, n.
Est urbs caput Insularum Macloviensium (quae et *Falclandicae*), Britannis subiectarum. Nomen, ut liquet ab Henrico Morton Stanley repetitur, qui fuit insignis lustrator Africae.
Stanleienses, ium; Stanliensis, e.

Stati Uniti d'America Etats Unis d'Amérique Estados Unidos de America United States of America Vereinigte Staaten von Amerika
Foederatae Civitates
Americae Septentrionalis, f.

Stavanger
Stavangeria, ae, f.; cfr. C.
Stavangerienses, ium; Stanvangeriensis, e.

Stavropol
Stauropŏlis, is, f.
Stauropolitani, orum; Stauropolitanus, a, um.

Stazzano
Statianum, i, n. (Cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Statianenses, ium; Statianensis, e.

Steiermark
V. Stiria.

Steinach
Stenacum, i, n.; cfr. OL.

Est oppidulum in Tiroli positum.
Stenacenses, ium; Stenacensis, e.

Stein am Anger
V. Szombathély.

Steinbach
Stenbacum, i, n.
Est oppidum Germaniae.
Stenbacenses, ium; Stenbacensis, e.

Steinbrück
Stenbruga, ae, f. (cfr. DGAM).
Stenbrugenses, ium; Stenbrugensis, e.

Steingaden
Stengada, ae, f. (OL: Steingadensis).
Est oppidum Germaniae.
Stengadenses, ium; Steingadensis, e.

Sterling
Sterlinga, ae, f.; cfr. C.
Est oppidum Scoticum. Ubi aliquandiu reges Scotorum degerunt. Nomen vulgare *sterling*, quod librae adicitur, inde derivatum esse videtur.
Sterlingenses, ium; Sterlingensis, e.

Sterzing
V. Vipiteno.

Stettino Stettin
Stettinum, i, n.
Est urbs Germaniae.
Stettinenses, ium; Stettinensis, e.

Steubenville
Steubenvicus, i, m. (cfr. AP).
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Steubenvicenses, ium; Steubenvicensis, e.

Stiller Ozean
V. Oceano Pacifico.

Stiria Styrie Estiria Styria Steiermark
Stiria, ae, f.; ab aliis scribitur Styria, sed non est, cur Graeca littera *y* ponatur in hoc nomine; quo olim fluvius deinde arx seu castellum appellabantur, ubi comites incolebant (*Stirapurc* a. 985), quibus munus commissum regionem illam limitaneam contra Hungaros defendendi, quapropter *Markgrafen*, id est *marchiones* dicebantur. Nomen illius fluvii saec. XI ut *Stira* occurrit (Egli, 143).
Stirienses, ium; Stiriensis, e.

Stoccarda Stuttgart
Stutgardia, ae, f.; cfr. L; G.
Stutgardienses, ium; Stutgardiensis, e.

Stoccolma Stockholm Estocolmo Stockholm
Holmia, ae, f.
Est urbs caput Suetiae.
Holmienses, ium; Holmiensis, e.

Stockton
Stoctonia, ae, f.
Haec urbs Foederatis Civitatibus Americae Sept. continetur.
Stoctonienses, ium; Stoctoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Stocktoniensis).

Stolberg
Stolberga, ae, f.; cfr. C.
Stolbergenses, ium; Stolbergensis, e.

Storrington
Storrintonia, ae, f.
Storrintonienses, ium; Storrintoniensis, e.

Stralsund
Stralsunda, ae, f.
Est urbs Germanica, ad oram maris Baltici sita.
Stalsundenses, ium; Stralsundensis, e.

Strasburgo Strasbourg Strassburg
Argentoratus, i, f., vel Argentoratum, i, vel etiam Argentorate, es, f. (Tab. Peut). n. (cfr. Ptol. 2, 9, 9: Ἀργεντόρατον), De hac urbe, quae princeps est Alsatiae, commemorant Amman. 15, 11, 8; Hier., *Ep.* 123; al. Seriore aetate ortum est etiam nomen Argentina, ae, f.
Argentoratenses, ium; Argentoratensis, e.

Straubing
Sorviodurum, i, n.
Seriore aetate nomen Straubinga, ae, f. invaluit; cfr. ex gr. Aen. Silv. Piccolomini, *Germania*; vel Strubinga, ae, f. Est urbs Bavarica.
Sorviodurenses, ium; Sorviodurensis, e, vel Straubingenses, ium; Straubingensis, e.

Strigonia
v. Esztergom.

Strohof
Curia Straminum, f. (cfr. OL).
Est vicus Austriae.

Stromboli
Strongўle, es, f.; scribitur etiam Strongўlos, i.
Est una ex insulis Aeoliis seu Liparensibus, apud veteres Aeoli sedes.

Struma
Strymon vel Strymo, ŏnis, m. Sic flumen Bulgariae (olim Thraciae) appellatur; cfr. Verg. *Georg.* 4, 508; Plin. *H.N.* 4, 10, 17 (40); Senec. *Quaest. nat.* praef.; al.
Strymonius, a, um.

Stuhleweissenburg
V. Alba Reale.

Stura
Stura, ae, f.
De hoc fluvio Italiae Septentrionalis Plin. *H.N.* 3, 16, 20 (118) aliique commemorant.

Stuttgart
V. Stoccarda.

Styria Styrie
V. Stiria.

Suabia
v. Svevia.

Suben
Subĕna ae, f.
Est vicus Austriae.
Subenenses, ium; Subenensis, e.

Subiaco
Sublaqueum, i, n.
Nomen coaluit ex *sub* et *lacus*.
Appellatur eo oppidum Latii, ubi S. Benedictus, adhuc iuvenis, vitam solitariam in specu impervio duxit. Cfr. Plin. *H.N.* 13, 12, 17 (109): «ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim»; cfr. etiam Tac. *Ann.* 14, 22.
Sublacenses, ium; Sublacensis, e (cfr. Frontin. *Aquaed.*, 93).

Subotica
Subotica, ae, f.
Est urbs Iugoslavica.
Suboticenses, ium; Suboticensis, e.

Sucre
Sucrepŏlis, is, f.
Haec urbs Boliviana appellata est e nomine Iosephi Antonii Sucre, praefecti militum, qui et in Civitatis Venetiolanae publicis negotiis fuit versatus.
Sucrepolitani, orum; Sucrepolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Sucrensis).

Sud-Africa (Repubblica del) **République Sud-Africaine** **República Surafricana** **Republic of South-Africa** **Südafrikanische Republik**
Res publica Africae Australis, f.

Südafrikanische Republik
V. Sud-Africa.

Sudan Soudan
Sudania, ae, f. (cfr. Bacci).
Geographi Arabes, qui media fuerunt aetate, regiones ad meridianam Saharam patentes, appellabant *Blad es-Sudân*, quae dictio idem valet ac regio hominum nigri coloris (Egli, 886; R. Riccardi, *L'Africa*, Roma 1962, p. 135).
Sudanienses, ium; Sudaniensis, e.

Sudeti Sudeten
Sudetes, ium (montes), m.; cfr. Ptol. 2, 11, 7 et 23; Tac. *Germ.* 43.

Südwest-Africa
V. Africa del Sud-Ovest.

Suecia Suède
V. Svezia.

Suez
Suesium, ii, n. (cfr. C); IM.
Est nota urbs Aegyptia, cuius e nomine euripus, quem Hieroopolitanum dicimus, solet vulgo appellari.
Suesienses, ium; Suesiensis, e.

Suffolk
Suffolkia, ae, f.
Est regio Britanniae.
Suffolkienses, ium; Suffolkiensis, e.

Suisse Suiza
V. Svizzera.

Sulci
Sulci, orum, m.
De hac urbe Sardiniae in Itin. Anton. commemoratur.
Sulcenses, ium; Sulcensis, e, vel Sulcitanus, a, um.

Sulingen
Sulinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Sulingenses, ium; Sulingensis, e.

Sully
Sulliăcum, i, n.
Sulliacenses, ium; Sulliacensis, e.

Sulmona
Sulmo, onis, m.
Est pernota patria Ovidii poetae; cfr. id. *Trist.* 4, 10, 3: «Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Milia qui novies distat ab Urbe decem».
Sulmonenses, ium; Sulmonensis, e.

Sultanabad
Sultanabada, ae, f.
Est urbs Iraniae.
Sultanabadenses, ium; Sultanabadensis, e.

Sumatra
Sumatra, ae, f. A nonnullis ponitur Agathodaemonis insula, de qua apud Rav., p. 420, et Ptol. 6, 7, 45 (Ἀγαθοῦ δαίμονος νῆσος) commemoratur quasi de insula Indiae. Nihil vero certi de hac insula, de quibus veteres mentionem iniciunt, statui potest. Est autem Sumatra Rei publicae Indonesianae permagna insula.
Sumatrenses, ium; Sumatrensis, e.

Superior (Lake)
Lacus Superior, m.
Hic lacus inter Canadam et Foederatas Americae Sept. Civitates positus est.

Surabaia
Surabaia, ae, f.
Surabaiani, orum; Surabaianus, a, um vel Surabaiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Surabaiensis).

Surafrica (República)
V. Sud-Africa.

Surakarta
Suracarta, ae, f.
Est urbs Indonesiae.
Suracartenses, ium; Suracartensis, e.

Suriname Surinam
Surinamia, ae, f.
Hoc nomine item Guiana Nederlandica significatur.
Surinamienses, ium; Surinamiensis, e.

Susa
Segusium, ii, n.
Est urbs Italica; de qua Caes. *B.G.* 1, 10; Plin; *H.N.* 3, 17, 21 (123); Ammian. 15, 10; Paul. Diac. *Lang.* 3, 8; Itin. Ant.; C.I.L. 5, p. 814, al. commemorant.
Segusini, orum; Segusinus, a, um.

Sutley
Hyspăsis, is, m.
Est flumen Indicum, regionum terminus, quas Alexander percurrerat; cfr. Plin. *H.N.* 6, 27, 21 (62); Solin. 52; al.

Sutri
Sutrium, ii.
Haec urbs, inter lacum Ciminum et Sabatinum posita, iam anno 383 a. Ch. n. facta est colonia Romana.
Sutrini, orum (Liv. 6, 3); Sutrinus, a, um (ibid.; Sil. It. 8, 493), apud poetas etiam Sutrus, a, um.

Suva
Suva, ae, f.
Hoc oppidum in Oceania (in Insulis Fisiensibus) est situm.
Suvani, orum; Suvanus, a, um.

Suecia
V. Svezia.

Svendborg
Svenoburgum, i, n. (cfr. OL). Est oppidum Daniae.
Svenoburgenses, ium; Svenoburgensis, e.

Svevia Souabe Suabia Swabia Schwaben
Suebia, ae, f.; scribitur etiam Suevia. Est, ut liquet, regio Sueborum; cfr. Tac. *Germ.* 43 et 45.
Suebi, orum; Suebus, a, um, vel Suebĭcus, a, um.

Svezia Suède Suecia Sweden Schweden
Suetia, ae, f.
Sueti, orum; Suetĭcus, a, um.

Svizzera Suisse Suiza Switzerland Schweiz
Helvetia, ae, f.
Quemadmodum omnes norunt, est nomen vetus; sed Romanorum aetate Helvetia erat pars Galliae eratque in quattuor pagos divisa.
Helvetii, orum; Helvetĭcus, a, um, vel Helvetius, a, um.

Swabia
V. Svevia

Swaziland
Suazilandia, ae, f. vel Svazilandia, ae, f.
Haec regio Africae australis et Negavania (*Ngawane*, v. ib.) appellatur. Nomen *Swazi* fuit olim regulo cuidam tribus Cafrorum, e quo primo haec, deinde regio ipsa est vocata (Egli, 895).
Suazilandienses, ium; Suazilandiensis, e, vel Suazilandĭcus, a, um.

Sweden
V. Svezia.

Switzerland
v. Svizzera.

Sydney
Sydneium, i, n.; cfr. Sleumer s.v. Parva colonia, quae prope Portum Iacsoniensem (*Port Jackson*) in Australia meridiana condita erat, anno 1788 e nomine Sydney Cove, tum temporis Britanniae Administri ab internis negotiis, est appellata.
Sydneienses, ium; Sydneiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Sydneyensis).

Syracuse Syrakus
V. Siracusa.

Syrie Syria Syrien
v. Siria.

Szatmár
v. Satu Mare.

Székesfehervár
V. Alba Reale.

Szombathély Stein am Anger
Sabaria, ae, f.
De hac urbe Pannoniae (nunc Hungariae) Plinius *H.N.* 3, 24, 27 (146); Ammianus, 30, 5, 16; Sulpicius Severus, *Vita S. Martini*; alii commemorant.
Sabarienses, ium; Sabariensis, e.

Tabarieh
v. Tiberiade.

Tabasco
Tabascum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Tabascani, orum; Tabascanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Tabasquensis).

Tabor
Tabor vel Thabor, m.; non inclinatur in casus.
Est mons Galilaeae, in quo Christus traditur esse transfiguratus; cfr. Hieron. *Ep.* 108: «(S. Paula) scandebat Montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus».

Tabora
Tabora, ae, f.
Est urbs in finibus Tanzaniae sita.
Taborenses, ium; Taborensis, e (ex usu Curiae Romanae: Taboraënsis).

Tacámbaro
Tacambărum, i, n.
Ita urbs Mexicana appellatur.
Tacambarenses, ium; Tacambarensis, e.

Tacna
Tacna, ae, f.
Haec urbs Peruviae finibus continetur.
Tacnenses, ium; Tacnensis, e.

Tacuarembó
Tacuarembum, i, n.
Est urbs Uruguaiana.
Tacuarembiani, orum; Tacuarembianus, a, um.

Tadzikistan
Tadzikistania, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis.
Tadzikistaniani, orum; Tadzikistanianus, a, um.

Tagbilaran
Tagbilaranum, i, n.
Est oppidum in Philippinis Insulis situm.
Tagbilarani, orum; Tagbilaranus, a, um.

Tagliamento
Tilaventum, i, n., vel Tilaventus, i, m.
Sic flumen appellatur Venetiae, quod in Alpibus Carnicis oritur et in mare Hadriaticum effunditur. Memoratur a Pli-

nio *H.N.* 3, 19, 22 (126); Rav, p. 36; Paul. Diac. *Langob.* 2, 23; in Tab. Peut.

Tago Tage Tajo Tagus Tago

Tagus, i, m.
Est fluvius paeninsulae Ibericae, a pluribus scriptoribus veteribus memoratus.

Tahiti

Tahitia, ae, f.
Est insula in Oceano Pacifico sita.
Tahitiani, orum; Tahitianus, a, um.

Tailandia Thailand Tailandia Thailand

Thailandia, ae, f.
Huic regno, quod Menanus et Mecongus interfluunt, usque ad annum 1939 nomen fuit *Siam* (Siamum, i, n.), quo Birmani incolas eius regionis appellabant (i.e. *Shian*); tunc constitutum est nomen *Thai*, quod autochthonum sermone idem valet ac *liberi*, *ingenui*, atque adeo voce Thailandiae *regio liberorum* significatur (Egli, 848).
Thailandienses, ium; Thailandicus, a, um, vel Thailandiensis, e.

Taiohaé

Insulae Tahiohaënae, f.
Sunt in Oceania sitae.

Taipeh

Taipe, is, f.
Est urbs princeps Formosae seu Taivaniae.
Taipenses, ium; Taipensis, e (ex usu Curiae Romanae: Taipehensis).

Taizé

Tasiăcus, i, f. (cfr. OL; al).
Est oppidum Galliae.
Tasiacenses, ium; Tasiacensis, e.

Taiwan

v. Formosa.

Tajo

v. Tago.

Talca

Talca, ae, f.
Est urbs Chiliensis.
Talcenses, ium; Talcensis, e.

Talfer

v. Talvera.

Tallahassee

Tallahassia, ae, f.
Haec urbs est caput Floridae in America Sept. sitae.
Tallahassienses, ium; Tallahassiensis, e.

Tallin

Tallinum, i, n.
Ita urbs princeps Estoniae appellatur.
Tallinenses, ium; Tallinensis, e.

Taltal

Taltalia, ae, f.
Est urbs Chiliensis.
Taltalienses, ium; Taltaliensis, e.

Talvera Talfer

Talaverna, ae, f. (cfr. OL).
Est fluvius in Athesim influens.

Tamandua

Tamandua, ae, f.
Est urbs Brasiliensis.
Tamanduenses, ium; Tamanduensis, e.

Tambre

Tamăris, is, vel Tamăra, ae, f.
Est fluvius Hispaniae, qui in Oceanum Atlanticum effunditur. Commemoratur a Mel., 3, 11, et Ptol., 2, 6, 2.

Tamigi Tamise Támesis Themse

Taměsis, is, m.; est etiam forma inferioris aetatis: Taměsa, ae, f.
Maximum hoc flumen Britanniae memoratur a Caes. *B.G.* 5, 11 et 18; Tac. *Ann.* 14, 32; al.

Tampa

Tampa, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita est.
Tampenses, ium; Tampensis, e.

Tampico

Tampicum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Tampicenses, ium; Tampicensis, e.

Tananarivo Tananarive

Tananarivum, i, n.
Est urbs caput Madagascariae.
Tananarivenses, ium; Tananarivensis, e.

Tanga

Tanga, ae, f.
Est oppidum Tanzaniae.
Tangani, orum; Tanganus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Tangaënsis).

Tanganica Tanganyka Tanganika

Tanganica, ae, f.
Autochthonum sermone *Mtanganjiko* locum, ubi conventus agitur, significat. Secundum alios vero certus ac definitus locus in regione herbida ita vocatur; cfr. Egli, 902.
Haec Civitas Africana cum Zanzibaria in unum corpus coaluit (v. Tanzania).
Tanganicani, orum; Tanganicanus, a, um.

Tangeri Tanger

Tingi, is, f.
Fuit olim urbs caput provinciae Mauritaniae, quae et Tingitana.
Tingitani, orum, vel Tingenses, ium; Tingitanus, a, um (sic etiam ex usu Curiae Romanae) vel Tingensis, e (cfr. Coripp. Io., 5, 278).

Tang Shan

Tangsania, ae, f.
Est urbs, populo frequens, Sinensis.
Tangsanienses, ium; Tangsaniensis, e.

Tansania

v. Tanzania.

Tanzania Tanzanie Tansania

Tanzania, ae, f.
Haec Civitas e Tanganica et Zanzibaria Insula in unum corpus coaluit, cui nomen datum, quo primae ambarum syllabae continentur: *Tan*(ganica *Zan*(zibar).
Tanzanienses, ium; Tanzaniensis, e.

Taormina

Tauromenium, ii, vel Taurominium, ii (Itin. Anton. p. 87); apud Ovid. *Fast.* 4, 475, est Tauromene. Probatur prima scribendi ratio testimonio etiam Graecorum: Ταυρομένιον.
De hac urbe Siciliae, loci amoenitate commendata, plures veteres commemorant; cfr. Cic. *Att.* 16, 11, 7; Plin. *H.N.* 3, 88; Tab. Peut.; al.
Tauromenitani, orum («colles» apud Plin. *H.N.* 2, 97, 100 [219]); Tauromenitanus, a, um (cfr. Lucan. 4, 460; Sil. It. 14, 256; Taurominitanus apud Sidon. *Carm.* 9, 163).

Tapachula

Tapatzula, e, f.
Est urbs Mexicana.
Tapatzulenses, ium; Tapatzulensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tapacolensis).

Tarantasia Tarantaise

Darantasia, ae, f.
Fuit olim caput Ceutronum, gentis Gallicae; nunc vero nomen adicitur tractui, ubi Ceutrones incolebant; est autem eiusdem regionis urbs praecipua Monasterium in Darantasia (*Moutiers-en-Tarentaise*); cfr. Itin. Anton. et Rav. Posteriore aetate scribi coeptum est: Tarantasia.
Darantasienses, ium; Darantasiensis, e.

Taranto Tarente Tarento Taranto Tarent

Tarentum, i, n.; est etiam forma masculini generis: Tarentus, i (cfr. Mel. 2, 68; Sil. It. 12, 434; Sidon. 5, 430; al.).
Est urbs populo frequens Italiae meridianae, cuius conditor secundum fabularem historiam Taras, filius Neptuni, traditur fuisse (a Graecis urbs Τάρας vel Ταρεντός appellatur).
Tarentini, orum; Tarentinus, a, um.

Tarascon

Tarasco, nis, m. (cfr. FB).
Est urbs Galliae.
Tarasconenses, ium; Tarasconensis, e.

Tarazona

Turiăso, onis, f.; scribitur interdum etiam Tariăso.
Est oppidum Hispaniae.
Turiasonenses, ium (Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [24]); Turiasonensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tirasonensis).

Tarbes

Tarbae, arum, f.
Caput Bigerrionum vel Begerronum traditur fuisse Turba, qui locus prope urbem est, quae nunc *Tarben* vocitatur.
Nomen Tarbae, arum, serius est inductum. Fuerunt autem in illa Galliae regione etiam Tarbelli.
Tarbienses, ium; Tarbiensis, e.

Tarente Tarento Tarent

v. Taranto.

Tarlac

Tarlacum, i, n.
Hoc oppidum in Philippinis Insulis est situm.
Tarlacenses, ium; Tarlacensis, e.

Tarnów

Tarnovia, ae, f.
Tarnovienses, ium; Tarnoviensis, e.

Tarquinia

Tarquinii, orum, m.
Haec urbs olim Etruriae, non procul a Mari Tyrrheno, ubi multas est conspicere reliquias Etruscorum, a pluribus veteribus scriptoribus commemoratur, veluti a Cic. *Tusc.* 5, 309; Liv. 1, 34 sqq.; Iustin. 20, 1; in Tab. Peut.; Itin. Anton.
Tarquinienses, ium; Tarquiniensis, e (Cic. *Divin.* 2, 23: *Tarquiniensis ager*).

Tarragona

Tarrăco, onis, f.
Ex hac urbe maior pars Hispaniae olim Tarraconensis appellabatur. Cfr. Mel. 2, 6, 6; Plin. *H.N.* 3, 21; Liv. 21, 61, 2 sqq.; Cic. *Balb.* 28; Flor. 4, 12, 51.
Tarraconenses, ium; Tarraconensis, e.

Tarvisio Tarwis

Tarvisus, i, f.
Tarvisani fuerunt gens inalpina, olim degens ad fontem Silis seu Plavis, ab Augusto Druso devicta, quae postea in interiorem partem Venetae regionis descendit, ubi urbem e suo nomine appellatam condidit (*Treviso* - Tarvisium v. ib.).
Re quidem vera Tarvisus a Venantio Fortunato (*Vita S. Mart.* 4, 665) ipsa urbs, in interiore parte Venetae regionis sita, vocatur, hic vero inducitur ad alpinum illud oppidum significandum.
Tarvisani, orum (cfr. Plin. H.N. 3, 18, 22 [126]: «fluvius Silis ex montibus Tarvisanis»); Tarvisanus, a, um.

Tashkent

Taskentum, i, n.
Est urbs in Foederata Civitate Russica, cui nomen Urbekistania (*Urbekistan*), sita.
Taskentenses, ium; Taskentensis, e.

Tasmania

Tasmania, ae, f.
Haec insula a meridiana-orientali parte Australiae posita, appellatur e nomine Abelis Tasman, qui eam anno 1642 invenit.
Tasmanienses, ium; Tasmaniensis, e.

Tatra

Mons Tatra, m. (Tatra, ae).
Est culmen editissimum Carpathum.

Tauber

Tubĕrus, i, m. vel Tubăris, is, m. (cfr. OL).
Est fluvius Germaniae.

Tauern

Montes Taurisci, m.
Taurisci erant gens Celtica Norici; cfr. Plin. *H.N.* 3, 20, 24 (133). Ab aliis hi montes Alpes Noricae appellantur.

Taunton

Tanodunum, i, n. (cfr. FB), vel Tauntonia, ae, f.
Est urbs Britannica.
Tanodunenses, ium; Tanodunensis, e.

Taunus

Mons Taunus, m. (cfr. OL).
Hoc nomine montium iuga comprehenduntur in Germania sita.

Tchad

v. Ciad.

Tchécoslovaquie Tschecho[s]lowakei: v. Cecoslovacchia.

Teano

Teanum, i, n.
Plenius dicitur Teanum Sidicinum, urbs Campaniae, cuius mentionem plures scriptores veteres (Plin. Horat. Cic. Liv. Vellei., Tac., al.) iniciunt.
Teanenses, ium; Teanensis, e.

Tecamac

Tecamacum, i, n.
Est oppidum Mexicanum.
Tecamacenses, ium; Tecamecensis, e.

Tegernsee

Lacus Tegarinensis, m. (apud OL est etiam: Tegrinensis, et Tegrinsensis).
Est lacus Bavariae.

Tegucigalpa

Tegucigalpa, ae, f.
Est urbs princeps Honduriae.
Tegucigalpenses, ium; Tegucigalpensis, e.

Teheran

Teheranum, i, n.
Est urbs caput Iraniae.
Teheranenses, ium; Teheranensis, e.

Tehuacán

Tehuacania, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Tehaucanienses, ium; Tehuacaniensi, e.

Tehuantepec

Tehuantepecum, i, n.
Haec urbs in Mexico est sita.
Tehuantepecenses, ium; Tehuantepecensis, e.

Teilenhofen

Iciniăcum, i, n.; cfr. C.I.L. 3, p. 739.
Iciniacenses, ium; Iniciacensis, e.

Tel Aviv

Vernicollis, is, m.
Nomen Hebraeum *Tel Aviv*, quod idem valet ac *collis veris* seu *vernus*, cum difficile ei forma Latina induatur, placuit in Latinum convertere. Verba autem *vernus* (*vernum*) et *collis* in unum coaluerunt eodem fere modo, qui deprehenditur in his, quibus Martianus Capella, 6, § 570; 1, § 1, utitur, vocibus: *vernicomus, a, um*; *vernifer, a, um*.
Vernicollini, orum; Vernicollinus, a, um (est enim *collinus* adiectivum ad *collem* pertinens).

Telese

Telesia, ae, f.

Est oppidum Italicum.
Telesienses, ium; Telesiensis, e.

Temes
Tiviscus, i, m.
De hoc flumine olim Daciae, nunc Hungariae, Iorn. *Get.* 34, et Ptol. 3, 8, 1, commemorant.

Tempio Pausania
Templum, i, n.
Sic appellatur oppidum in Sardinia situm.
Templenses, ium; Templensis, e.

Temuco
Temucum, i, n.
Est urbs Chiliensis.
Temucenses, ium; Temucensis, e.

Tenda
Tenda, ae, f. (cfr. MI).
Est oppidum in confinio inter Galliam et Italiam situm.

Teneriffa Tenerife
Ninguaria, ae, vel Nivaria, ae, f. (cfr. Plin. *H.N.* 6, 32, 37 [204], secundum quem una ex Insulis Fortunatis esse videtur). Nunc vero ea insula dicitur, quam *Teneriffa* vulgo vocitant.

Tennessee
Tennesia, ae, f. Est una e Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis. Quo nomine autochthones olim flumen appellabant.
Tennesiani, orum; Tennesianus, a, um.

Tepic
Tepicum, i, n.
Est urbs in Mexico sita.
Tepicenses, ium; Tepicensis, e (cfr. AP).

Teplice Teplitz
Teplicia, ae, f.
Est urbs Bohemiae (cfr. OL).
Teplicienses, ium; Tepliciensis, e.

Teramo
Interamna Praetutiorum, vel Interamnia Praetutiorum, f. Appellatur etiam Interamnium; serius nomen Aprutii invaluit. Commemoratur a *Grom.* p. 226 et 255; C.I.L. 9, 5060 - 5135.
Interamnates, ium; Interamnanus, a, um.

Termini Imerese
Thermae Himĕrae, f.
Hoc oppidum Siciliae ab antiquissima repetitur aetate (conditum a. 648 a. Ch. n. a Zanclaeis).
De eo dixit Tullius: «Himera eversa, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii se Thermis collocarant, in eiusdem agri finibus, neque longe ab antiquo oppido» (*Verr.* 4, 11, 35).
Himeraei Thermitani; Himeraeus, a, um (Val. Max. 1, 7; Tertull. *Anim.* 46; — ex usu Curiae Romanae: Himerensis).

Termoli
Buca, ae, f.
Hoc oppidum Italicum memoratur a Plin. *H.N.* 3, 12,17 (106), et Mel. 2,65.
Bucani, orum; Bucanus, a, um.

Terni
Interamna, ae, f. (in Itin. Ant., p. 125: Interamnia; apud Flor. 5, 21, 27: Interamnium). De hac urbe Umbriae Plin. *H.N.* 18, 28, 67 (263); Cic. *Mil.* 17, 46; *Dom.* 30, 80; *Att.* 2, 1; Tac. *Hist.* 2, 64; al. commemorant.
Interamnates, ium (Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [113]; Interamnensis, e.

Ternopol
Ternopŏlis, is, f.
Est urbs in Ucraina posita.
Ternopolitani, orum; Ternopolitanus, a, um.

Terracina Terracine
Tarracina, ae, f.
Apud seriores scribitur etiam minus recte Terracina. Est urbs Latii, florentissima temporibus rei publicae Romanae. Cfr. Cic. *Att.* 7, 5, 3; *Orat.* 2, 59, 240; *Fam.* 25; Verg. *Aen.* 7, 599; Horat. *Sat.* 1, 5, 26; al.
Tarracinenses, ium; Tarracinensis, e.

Terra del Fuoco Terre de Feu Tierra del Fuego Feuerland
Terra ignium, f.
Cum anno 1520 Americam australem circumvectaret, F. Magellanus insulas sinuosas, quae ibi sunt, ob ignes nocturnos, in iis saepius ardentes, hoc nomine appellavit.

Terranova Terreneuve Terranova Newfoundland Neufundland
Terra Nova, f.
Est insula Canadensis Dicionis, a terra continenti non ita longinqua.
Terranovani, orum; Terranovanus, a, um.

Terrasanta Terresainte Terra Santa Santos Lugares Holy Land Heilige Land (das)
Terra Sancta, f.; vel plenius: Terra Christi incolatu Sacra.

Territorio Britannico dell'Oceano Indiano British Indian Ocean Territory
Territorium Britannicum in Oceano Indico.
Haec colonia Britannica nonnullas insulas in Oceano Indico sitas complectitur.

Territorio Francese degli Afar e degli Issa Territoire Français des Afars et des Issas
Territorium Gallicum Afarensium et Issanorum, n.
Fuit territorium transmarinum Rei publicae Gallicae in Africa contra Iemen situm, nunc est Res publica Dzibutensis.

Tessin Tesino
v. Ticino (Helvetia).

Teutoburger Wald
Teutoburgiensis saltus, m.
Est regio montana et silvosa Germaniae, inter Amisiam et Visurgim, ubi Vari exercitus ab Arminio, duce Germanorum, ad internecionem est deletus; cfr. *Tac. Ann.* 1, 60; Dio C. 56, 20 sq.

Tevere Tibre Tiber
Tibĕris, vel Tibris, is et idis, m.
More Graecorum scriptae occurrunt interdum hae formae: Thybris, Tybris, Tyberis (Θύβρις et Θυμβρις).
Tiberinus, a, um.

Teverone
v. Aniene.

Texas
Texia, ae, f.
Amplissimam hanc regionem, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept., plures olim autochthonum tribus incolebant. Hispani eam olim Novas Philippinas (*Nuevas Filipinas*) vocabant; saeculo vero XIVI nomen *Texas* vel *Tejas* invaluit. Narrant monacho Damiano, qui eodem saeculo illam in plagam se contulit, autochthonas, cum ex iis quaesivisset, cuiates essent, respondisse: *texia*; quod verbum illorum sermone significare bonos amicos (Egli, 914).
Texiani, orum; Texianus, a, um.

Tezpur
Tezpura, ae, f.
Est urbs Indiae.
Tezpurenses, iu; Tezpurensis, e.

Thai-Binh
Thaibinum, i, n.
Est oppidum Vietnamiae.
Thaibinenses, ium; Thaibinensis, e (ex usu Curiae Romanae: de Thai-Binh.)

Thailand
v. Tailandia.

Than - Hoa
Thanhoa, ae, f.
Est oppidum Vietnamiae.
Thanhoani, orum; Thanhoanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: de Than-hoa).

Thann
Tanna, ae, f. (cfr. OL).
Tannenses, ium; Tannensis, e.

Theiss Tisza
Tisia, ae, f.
Hoc flumen (nunc Hungariae) ab Ammiano 17, 13, et Iorn. *Get.* 5, 34 memoratur. Scribitur etiam Tibiscus, i, m.

Thibet
v. Tibet.

Thies
Thiesium, ii, n.
Est oppidum Senegaliense.
Thiesini, orum; Thiesinus, a, um (cfr. AP).

Thionville Diedenhofen
Theodonis Villa, f.
Est urbs Lotharingiae.

Thorn
v. Torún.

Tiberiade Tiberias Tabarieh
Tiberias, ădis, f.
Haec urbs, ad lacum Tiberiadis (seu Genesareth, ut est in Sacris Bibliis) sita, Christi Domini immoratione illustris, nunc finibus Israelis continetur.

Tibet Thibet
Tibetum, i, n. De originatione huius nominis non constat inter doctos. Hoc oropedium, in altitudine quinque fere milium metrorum supra maris libram positum, a meridie insano monte Imao (*Himalaya*) terminatur. In praesenti haec regio asperrima et ab hominum commercio remota, in dicione est Sinensium.
Tibetani, orum; Tibetanus, a, um; hoc adiectivum iam pridem est in Latinum receptum (cfr. A. Giorgi, *Alphabetum tibetanum*, Romae, 1672).

Tibre Tiber
v. Tevere.

Ticino
Ticinum, i, n.
Hic fluvius Italiae a pluribus scriptoribus veteribus memoratur.
Ticinus, a, um (cfr. Sil. It. 12, 548: «Ticina fluenta»).

Ticino (Helvetia) **Tessin Tesino Ticino Tessin**
Ticinensis Pagus, m.
Est unus e Pagis Helvetiae.

Tientsin
Tienzinum, i, n.
Est urbs populo frequens Sinarum.
Tienzinenses, ium; Tienzinensis, e (cfr. AP).

Tiermes
Termes, estis, f.
Hoc oppidum Hispaniae memoratur a Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (27); Flor. 2, 10; Diod. 33, 16.
Termestini, orum (Liv. *Epit.* 54); Termestinus, a, um (Tac. *Ann.* 4, 44).

Tiflis
Hermozica, ae, f.
De hac urbe, quae finibus Russiae nunc continetur, commemoratur apud Plin. *H.N.* 6, 10, 11 (29); alii legunt: Harmastis; cfr. Ptol. 5, 11, 3 et 8, 19, 14.
Hermozicenses, ium; Hermozicensis, e.

Tigri Tigre Tigris
Tigris, ĭdis vel is, m.
Est notum flumen Mesopotamiae, e montibus Armeniae oriens seque in sinum Persicum exonerans, postquam Euphrati est coniunctum; cfr. Hor. *Carm.* 4, 14, 46; Lucan. 3, 271; Claudian. 10, 224; Plin. *H.N.* 14, 16 (12), et plures al.

Tilarán
Tilaranum, i, n.
Est oppidum Orae Divitis.
Tilaranenses, ium; Tilaranensis, e.

Tilburg
Tilburgum, i, n. (cfr. C).
Tilburgenses, ium; Tilburgensis, e.

Tillemont
Tillemontium, ii, n.; cfr. C et IM. Est urbs Belgica.
Tillemontani, orum; Tillemontanus, a, um.

Timgad
Thamgadi, is, n. Non inclinatur in cas.
Thamgadenses, ium; Thamgadensis, e.

Timisoara Temeswar
Timisoara, ae, f.
Est urbs Dacoromaniae.
Timisoarenses, ium; Timisoarensis, e.

Timmins
Timminsa, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Timminsenses, ium; Timminsensis, e.

Timor
Timoria, ae, f.
Nomen huius insulae, in Mari Sundensi (*Sunda*) sitae, a tribu autochthonum deductum est, atque adeo cum verbo Latino timoris nequaquam coniungitur.
Timorienses, ium; Timoriensis, e.

Tinos
Tenus, i, f.
Est insula Maris Aegaei, una e Cycladibus, de qua plures veteres commemorant.
Tenienses, ium; Teniensis, e.

Tipperary
Tipperaria, ae, f.
Est oppidum in Hibernia situm (cfr. C).
Tipperarienses, ium; Tipperariensis, e.

Tirana Tiranë
Tirana, ae, f.
Sic, ut notum est, urbs caput Albaniae appellatur.
Tiranenses, ium; Tiranensis, e.

Tirano
Tiranum, i, n.
Est oppidum in superiore Valle Tellina, intra Italiae fines, positum.
Tiranenses, ium; Tiranensis, e.

Tiro Tyrus
Tyrus, i, vel Tyros, i, f.
De hac urbe, quae nunc Libananensis Civitatis finibus continetur, non pauci veteres scriptores commemorant; etiam in Sacris Litteris de ea agitur (cfr. *Ezech.* 26 et 27; *Prov.* 27, 4; *Mach.* I, 11, 59; II, 4, 18, 44; *Lc.* 11, 21 et 22; 15, 21; *Mc* 3, 8; 7, 24 et 31; *Lc.*, 6, 17; 10, 13 et 14; *Act.* 21, 3 et 7).
Tyrii, orum; Tyrius, a, um.

Tirolo Tyrol Tyrolo Tirol
Tirolis, is, f.
Hoc vocabulum, quo Latinitatis cultores iam diu utuntur, deductum est a nomine Teriolis; cfr. *Not. dign. occ.*, 35 (Seeck 1876, pp. 199, 200, 201): «Praefectus legionis tertiae Italicae transuectioni specierum deputatae, Teriolis» (n. 22).
Est autem Teriolis nomen cuiusdam castelli et continentis vici in finibus regionis, quae nunc Tirolis appellatur; de loco vero ipso inter litteratos non constat.

Sunt qui putent castellum militum, hoc nomine insigne, fuisse in colle apud oppidum Cyreolam seu, ut vulgo dicitur *Zirl* (Pauly-Wissowa, s.v.), non in loco, prope Meranum, ubi etiamnum arx, cui nomen est Tiroli, exstat.
Tirolenses, ium; Tirolensis, e.

Titograd
Titogradum, i, n.
Est urbs Iugoslavica.
Titogradenses, ium; Titogradensis, e.

Tivoli
Tibur, ŭris, n. Cas. abl. exit in - e, casus locativus in -i (Tiburi). Est nota urbs Latii, Roma vetustior, nobilis lapicidinis (unde lapis Tiburtinus), pomorum copia, crebris fontibus, caelo miti. Cfr. Hor. *Carm.* 4, 2, 3: «circa nemus uvidique Tiburis ripas»; ibid. 1, 18, 2: «circa mite solum Tiburis».
Tiburtes, ium (Tiburs, tis); Plin. *H.N.* 16, 44, 87 (237): «Tiburtes originem multo ante Romam habent».
Tiburtinus, a, um (est etiam adi. Tiburs, tis).

Tlaxcala
Telaxcala, ae, f.
Est urbs Mexicana; nomen, autochthonum proprium, ad aures Latinas necnon ad os Latinum (*Tl* = *Tel*) accommodatum est.
Telaxcalenses, ium; Telaxcalensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tlaxcalensis).

Tlemcen
Pomarium, ii, n.
Sic appellatur Latine urbs, quae olim finibus Mauretaniae Caesariensis continebatur, nunc in Algeria est sita; cfr. C.I.L. 8, pp. 847, 975, 2065.

Tobago
v. Trinidad e Tobago.

Toblach
v. Dobbiaco.

Todi
Tuder, ertis, n.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 14, 19 (113); Tab. Peut.; Paul. Diac. 4, 8; al.
Tudertes, ium; Tuders, tis vel Tudertinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Tudertinus).

Togo
Togum, i, n.
Est Civitas Africana, cuius nomen Latinum, ad genus quod attinet, exemplo Graecorum recentium est factum, qui hanc regionem vocitant τὸ Τόγο.
Togani, orum; Toganus, a, um.

Tokelau
Insulae Tokelauanae, f.
Hae insulae in Oceania sitae sunt.

Tokio Tokyo
Tokium, ii, n.; alii ponunt Tokienum, i. Antiquitus audiebat *Jeddo*; sed postquam imperatoris sedes ibi est collocata (anno 1869), nomen mutatum est in *Tokyo*, quod idem valet atque: *urbs caput orientis*.
Tokienses, ium; Tokiensis, e.

Toledo
Toletum, i, n.
Haec urbs Hispaniae memoratur a Livio 39, 30; in Itin. Ant. et apud Ptol. 2, 6, 57 (Τώλητον).
Toletani, orum (Liv. 35, 22; Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [25]; C.I.L., 2 passim); Toletanus, a, um (Grat. *Cyneg.* 341).

Toledo (in America)
Toletum, i, Americae, n.
Haec urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus est sita.
Toletani, orum, Americae; Toletanus, a, um, Americae (ex usu Curiae Romanae: Toletanus in America).

Tolen
Tola, ae, f.
Est oppidum Nederlandiae. (Cfr. IM). Tolenses, ium; Tolensis, e.

Tolentino
Tolentinum, i, n.
Est oppidum Piceni ad Cluentum fluvium (*Chienti*) situm.
Tolentinates, ium (Plin. *H.N.* 3, 13, 18 [111]); Tolentinas, atis, vel Tolentinus, a, um (scribitur interdum etiam Tolentinensis; ex usu Curiae Romanae: Tolentinus).

Tolosa Toulouse
Tolosa, ae, f.
Est praeclara urbs Galliae, ad ripam dexteram Garumnae, litterarum studiis olim florens, propter quod Palladia dicta; cfr. Martial. 9, 100: «Marcus Palladiae non infitianda Tolosae/Gloria». Memoratur a Cic. *Font.* 5, 9; Caes. *B.G.* 3, 20; al.
Tolosani, orum (Plin. H.N. 4, 19, 33) vel Tolosates, ium (Caes. *B.G.* 1, 9: «Qui non longe a Tolosatium finibus absunt»); Tolosanus, a, um (Cic. *N.D.* 3, 30, 74; Gell. 3, 9), vel Tolosensis (Iustin. 23, 3), vel Tolosas, atis (Martial. 12, 32; «Tolosas caseus»; al.; ex usu Curiae Romanae: Tolosanus).

Toluca
Toluca, ae, f.
Est urbs Mexicana.
Tolucenses, ium; Tolucensis, e.

Tomsk
Tomiscum, i, n.
Sic ad linguae Latinae rationem conformavi hoc nomen urbis Sibirianae (cfr. *Latinitas*, 1967, p. 268).
Tomiscani, orum; Tomiscanus, a, um.

Tonga
Tonga, ae, f.
Haec Civitas Oceaniae est Regnum, 150 insulas complectens.
Tongani, orum; Tonganus, a, um (cfr. AP).

Tongres
Tungri, orum; m.; cfr. Plin. H.N. 31, 2, 8 (12): «Tungri civitas Galliae, fontem habet insignem».
Nomen translatum est e gente Tungrorum ad eam urbem appellandam.
Tungrenses, ium; Tungrensis, e.

Tonnerre
Tornodurum, i, n.
Est oppidum Galliae; cfr. C.
Tornodurenses, ium; Tornodurensis, e.

Toowoomba
Tuvumba, ae, f.
Est urbs Australiae.
Tuvumbenses, ium; Tuvumbensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tuumbanus).

Topeka
Topeca, ae, f.
Est urbs caput Cansiae (*Kansas*), unius e Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis.
Topecani, orum; Topecanus, a, um.

Topino
Tinia, ae, f., vel Tinea, ae, f.
Est fluvius Umbriae; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9 (53); Sil. It. 8, 452; Strab. 5, 227 et 235.

Torgau
Turgavia, ae, f.
Est pagus Helvetiae (cfr. Ge).
Turgavienses, ium; Turgaviensis, e.

Torino Turin Turín Turin
Augusta Taurinorum, f., vel Taurini, orum, m.
Ut patet, haec urbs egregia Italiae nomen accepit a gente Taurinorum; de ea

plures veteres scriptores commemorant; cfr. Tac. *Hist.* 2, 66; Plin. *H.N.* 3, 19, 23 (122); al.
Taurinenses, ium; Taurinensis, e.

Toronto
Torontum, i, n.; cfr. AP.
Nomine huius urbis Canadensis locus conventus significari videtur (Egli).
Torontini, orum; Torontinus, a, um.

Tororo
Tororum, i, n.
Haec urbs sita est in Civitate Ugandensi.
Tororenses, ium; Tororensis, e (sed ex usu Curiae Romanae: Tororeënsis).

Tortona
Dertona, ae, f.
Est urbs Italica.
Dertonenses, ium; Dertonensis, e.

Tortosa
Dertosa, ae, f.
Est urbs Hispaniae; cfr. Liv. 23, 26 sq.; Mel. 2, 90; Itin. Anton.; al.
Dertosani, orum (Plin. *H.N.* 3, 3, 4 [23]); Dertosanus, a, um (cfr. C.I.L. 2, 4058; sed ex usu Curiae Romanae: Dertosensis).

Torún Thorn
Torunum, i, n.
Haec urbs Poloniae ab Ordine Teutonico condita fuit atque e nomine cuiusdam praedii sui in Palaestina positi, e qua regione originem traxit, appellata.
Torunenses, ium; Torunensis, e.

Toscana Toscane Toscana Tuscany Toskana
Tuscia, ae, f.
Est etiam notum nomen Etruriae, sed cum regione, quae nunc *Toscana* vulgo appellatur, potius nomen Tusciae congruere videtur; quod occurrit apud Ammian. 2, 5, 12; Sidon. *Ep.* 1, 7, 3; Flor. 1. 5, 5; Tertull. *Apol.* 40; Eutrop. 1, 11; 3, 9 et 7, 3; al. Tusci, orum; Tuscus, a, um.

Totes Meer
v. Mar Morto.

Toul
Tullum, i, n.
De hac urbe Gallica in Tab. Peut.; Itin. Anton.; *Not. Gall.*; C.I.I. 13, 1, p. 709; et al. commemoratur.
Tullenses, ium; Tullensis, e.

Toulon
Telo Martius, m., vel Telonium, ii, n.
Haec urbs Galliae memoratur a Lucan. 3, 592; Sil. It. 14, 443; in *Not. dign. occ.* 11, 72; C.I.L. 12, p. 53; Itin. Anton.

Toulouse
v. Tolosa.

Tournai Doornik
Tornacum, i, n.
Est urbs Belgica.
Tornacenses, ium; Tornacensis, e.

Tournus
Tinurtium, ii, n.
Est urbs Galliae; cfr. Hist. Aug. *Sever.* 11; Tab. Peut.; Itin. Anton.; C.I.L. 13 1, p. 405.
Tinurtienses, ium; Tinurtiensis, e

Tours
Caesarodunum, i, n.
Hoc est nomen antiquius huius urbis Gallicae (cfr. Ammian. 20, 11; Tab. Peut.; C.I.L. 13, 1, p. 475).
Postmodum e nomine gentis, cuius erat urbs princeps, id est Turonorum seu Turonum, appellata est: Turoni, orum, vel Turones, um. Apud Sulp. Sev. *Dial.* 3, 4, 1 est: «Turonum civitas».
Turonenses, ium; Turonensis, e (est tamen etiam vetus adi. Turonicus apud Sulp. Sev., *Vita S. Mart.* 9, 1; Venant. Fort. 6, 7, 228).

Trafalgar
Promunturium Iunonis, m.; cfr. Mel. 2, 6.
Hoc promunturium non longe a Gadibus abest.

Trani
Turenum, i, n.; ponitur etiam Tranum vel Tranium.
De hac urbe Apuliae in Tab. Peut., et in C.I.L. 9, p. 32, commemoratur.
Turnantini (cfr. *Plin. H.N.* 3, 11, 16 [105]); Turnantinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Tranensis).

Transbaicalia Transbaïkalie Transbaikalia Transbaikalien
Transbaicalia, ae, f.
Transbaicalienses, ium; Transbaicaliensis, e.

Transcaucasia Transcaucasie Transcaucasia Transcáucaso Transcaucasia Transkaukasien
Transcaucasia, ae, f.
Transcaucasii, orum; Transcaucasianus, a, um.

Transgiordania Transjordanie Transjordania Transjordan Transjordanien
Transiordania, ae, f.
Transiordani, orum; Transiordanus, a, um.

Transilvania Transylvanie Transilvania Transylvania Siebenbürgen
Transilvania, ae, f.
Est regio Dacoromaniae.
Transilvani, orum; Transilvanus, a, um.

Transkei
Transkeium, i, n. Est Civitas sui iuris («trans flumen Kei» posita) Africae meridianae (apud OL est Cafraria vel Cafraria regio).
Transkeiani, orum; Transkeianus, a, um.

Transvaal
Transvalia, ae, f.
Est regio Africae Australis.
Transvalienses, ium; Transvaliensis, e.

Trapani
Drepănum, i, n. Est etiam forma pluralis: Drepăna, orum. Graeci (Δρέπανον; τὰ Δρέπανα) utramque formam usurpant. Apud Silium It. 14, 269: Drepane. Cfr. Verg. *Aen.* 3, 707: «Hinc Drepani me portus et illaetabilis ora / Accepit».
Drepanitani, orum (Plin. *H.N.* 3, 18. 14 [91]); Drepanitanus, a, um (Cic. *Verr.* 2, 57, 140; al.; tamen ex usu Curiae Romanae: Drepanensis).

Trasimeno (lacus)
Trasumenus vel Trasimenus lacus, m.
Ad hunc lacum Etruriae Romani Poenorum insidiis interclusi, terrore ac tumultu perterriti, nebula simul obducti, quamvis strenue dimicassent, magnam partem occubuerunt (a. 217 a. Ch. n.; cfr. Liv. 22, 4 sqq.; Nep. *Hann.* 4; Val. Max. 3, 7; Cic. *Divin.* 8, 21; al.).

Traun
Truna, ae, f.
Est fluvius Bavariae; cfr. *Münchener Kath. Kirchenzeitung*, 6, 1966, p. 13; *Palaestra Latina*, Iun. 1967, p. 81.

Traunstein
Truna, ae, f. vel Druna, ae, f. (cfr. OL).
Est urbs Bavarica.
Trunenses, ium; Trunensis, e.

Travemünde
Travemunda, ae, f. (cfr. OL).
Pertinet ad urbem Lubecam (Germania).
Travemundenses, ium; Travemundensis, e.

Trebbia
Trebia, ae, f.
Est fluvius Liguriae, in Padum prope Placentiam influens; cfr. Liv. 21, 52 sqq.; Lucan. 2, 46; al.

Trebisonda Trébizonde
Trapĕzus, untis, f.
Est urbs Asiae Minoris (Turciae); memoratur ab Ammian. 22, 8, 16 (accus. Trapezunta); Plin. *H.N.* 6, 3. 4 (41); *Not. dign.* or. 38, 16; Tab. Peut.; Itin. Ant.; C.I.L. 3, p. 46 et 1233.
Trapezuntini, orum; Trapezuntinus, a, um.

Treibach
Matucaium, ii, n.
Nomen huius vici Austriaci (olim oppidi Norici) occurrit in C.I.L. 3, p. 618.
Matucaienses, ium; Matucaiensis, e.

Tremiti (Isole)
Insulae Diomedeae, f.
Sic appellatae sunt, quod in earum maxima, quae Trimetus (unde vulgare nomen *Tremiti* est deductum) dicitur, Diomedes Tydides sepulcro conditus esse ferebatur. Hae insulae in Mari Hadriatico positae sunt; cfr. Tac. *Ann.* 4, 71; Mela, 2, 114; al.

Trentino-Alto Adige Trentino-Tiroler Etschland
Regio Tridentina et Athesis Superioris, f.

Trento Trente Trient
Tridentum, i, n.
Haec urbs in Alpibus posita memoratur a Cassiod. *Var.* 5, 9; Iustin. 20, 5, 8; in Tab. Peut., a Paulo Diac. 1, 2; Strab. 2, 204.
Tridentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 19, 23 [130]; al.); Tridentinus, a, um.

Trenton
Trentonia, ae, f.
Haec urbs finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum continetur.
Trentonienses, ium; Trentoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Trentonensis).

Trèves
v. Treviri.

Trevi
Trebia, ae, f.
Est urbs Umbriae, de qua Arnobius, 3, aliique commemorant.
Trebiani, orum; Trebianus, a, um.

Treviglio
Trivilium, ii, n. (cfr. *La diocesi di Milano*).
Trivilienses, ium; Triviliensis, e.

Treviri Trèves Tréveris Trier
Trevĭri, orum, m.; vel, ut antiquitus saepius appellabatur, Augusta (vel Colonia) Trevirorum.
Scribitur etiam interdum Treveri. Est urbs nobilis in Germania sita, ad Mosellam fluvium.
Cicero, *Fam.* 7, 13, ad Trebatium in Gallia militantem scribens, in ambiguo Trevirorum et Tresvirorum ludens, dicit: «Treviros vites censeo, audio capitales esse, mallem auro, aere, argento essent».
Est autem nomen Trevirorum vetus appellatio Celtica gentis ibi incolentis.
Trevirenses, ium (est nomen seriore aetate factum); Trevirĭcus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 11, 49, 109 [262]; Tac. *Ann.* 2, 42; Auson., *De urb.* 4.
Ex usu Curiae Romanae: Trevirensis.

Treviso
Tarvisium, ii, n. De hac urbe Venetiae commemoratur a Venant. Fort. *Vita S. Mart.* 4, 665 (Tarvisus), et in titulis.
Tarvisani, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 18, 22 [126]: «Venetia regio: fluvius Silis ex montibus Tarvisanis»), vel Tarvisini, orum (v. adi.); Tarvisanus, a, um, vel Tarvisinus, a, um (Cassiod. *Var.* 10, 27; sic etiam ex usu Curiae Romanae).
Est denique forma: Tarvisianus, a, um (Paul. Diac., *Hist. Langob.* 2, 12).

Tricarico
Tricarĭcum, i, n.
Est oppidum Italiae.
Tricaricenses, ium; Tricaricensis, e.

Trient
v. Trento.

Trier
v. Treviri.

Trieste Triest
Tergeste, is, n. Occurrit etiam forma: Tergestum, i, n. (Mel. 2, 55; Avien. 529).
Est celebris urbs in intimo recessu sinus cognominis posita. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 18, 22 (127); Caes. *B.G.* 8, 24; Vellei. 2, 110; Itin. Anton.; Tab. Peut.; al.
Tergestini, orum; Tergestinus, a, um.

Trinidad e Tobago Trinidad and Tobago
Trinitas et Tobagum.
Hae insulae Civitatem efficiunt, anno 1962 constitutam.
Trinitatenses et Tobagenses; Trinitatensis et Tobagensis.

Tripoli Tripolis
Oea, ae, f. Urbs, hoc nomine appellata, erat una e tribus, quas Tripolis (= *tres urbes*) seu Tripolitana regio complectebatur estque eadem, quam nunc *Tripoli* vocitant; cfr. Solin. 27: «Achaei Tripolim lingua sua signant de urbium trium numero, id est Oea, Sabratae (= *Zoara*), Leptis Magnae».
De hac urbe Oea, a Phoenicibus saeculo I a. Ch. n. in litore maris intra fines regionis Syrticae condita, commemorant plures veteres scriptores, veluti Tac. *Hist.*, IV, 50; Sil. It. 3, 257; Apul. *Apol.* 17; Mela 1, 37; Cyprian. *Sent. ep.* 83; Augustin. *De bapt. c. Don.* 47; Isid. *Orig.* 14, 5, 6; praeterea eius mentio occurrit in C.I.L. 8, 2567, et in It. Rom. 62.
Oeenses, ium (cfr. Plin. 3, 4, 4 [27]; Tac. *Hist.* 4, 50; Solin. 29); Oeensis, e (ex usu Curiae Romanae dicitur Tripolitanus).

Trivandrum
Trivandrum, i, n.
Est urbs in australi India sita.
Trivandrenses, ium; Trivandrensis, e.

Trnava
Tirnava, ae, f.
Haec urbs finibus Tzechoslovakiae continetur.
Tirnavensens, ium; Tirnavensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tyrnaviensis).

Trois Rivières
Triflumen, is, n.
Est urbs Canadensis. Ex usu Curiae Romanae ponitur Trifluvium (Trifluvianensis), quod nomen minus apte inductum esse videtur, cum in lingua Latina dicatur fluvius, ii; adi. vero Trifluvianensis est singulare.
Trifluminales, ium; Trifluminalis, e (est enim in lingua Latina verbum adi. fluminalis, e.).

Tromsee
Tromsaea, ae, f. (cfr. C).
Est oppidum Norvegicum.
Tromsaeani, orum; Tromsaeanus, a, um.

Trondhjem Drontheim
Nidrosia, ae, f. (cfr. DGAM).
Est urbs Norvegica.
Nidrosienses, ium; Nidrosiensis, e.

Tropea
Hercŭlis Portus, m.; cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 10 (73); vel, ut serius invaluit, Tropaea, ae, f.
Est urbs Italiae in Bruttiis.

Trossingen
Trossinga, ae, f. (cfr. OL).
Est oppidum Germanicum.
Trossingenses, ium; Trossingensis, e.

Troyes
Augustobona Tricassium, f.
Hoc est nomen antiquius huius urbis Gallicae; ex nomine gentis est etiam Tricassae dicta (cfr. Ammian. 15, 11, 12; Itin Ant.). Serius nomen Trecae, arum, invaluit.
Trecenses, ium; Trecensis, e.

Trucial States (Omān As-Sulh)
Civitates Indutiarum, f. Septem Phylarchiae, ad Oram Piratarum, quae dicitur, sitae, foedere iunctae sunt et Britanniae obnoxiae, quod ad rationes cum exteris nationibus iis intercedentes attinet. Nomen vero repetitur ab indutiis, quas Britanni cum piratis, qui oram illam latrociniis infestam habebant, anno 1853 inierunt.

Trujillo (in Peruvia)
Turgalium Peruviae, f.; cfr. Trujillo (in Hispania).
Turgalienses, ium, Peruviae; Turgaliensis, e, Peruviae (ex usu Curiae Romanae: Truxillensis).

Trujillo (in Hispania)
Turgalium, ii, n.
Haec urbs Hispanica est ad orientem Lusitaniae; cfr. C.I.L. 2, p. 74, 696, 822; Grom. 171.
Turgalienses, ium; Turgaliensis, e.

Trujillo (in Venetiola)
Turgalium Venetiolae, f.; cfr. Trujillo (in Hispania).
Turgalienses, ium, Venetiolae; Turgaliensis, e, Venetiolae (ex usu Curiae Romanae: Truxillensis in Venetiola).

Tschad
v. Ciad.

Tshumbé
Tzumbe, n.; non inclinatur in casus.
Est oppidum Zairitanum.
Tzumbenses, ium; Tzumbensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tshumbeënsis).

Tuam
Tuamum, i, n.
Haec urbs in Hibernia est sita.
Tuamenses, ium; Tuamensis, e.

Tuamotu
Insulae Tuamotuanae, f.
Hae insulae in Oceania sunt sitae.

Tubarão
Tubaranum, i, n.
Est urbs Brasiliae.
Tubaranenses, ium; Tubaranensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tubaraoënsis).

Tubinga Tubingue Tübingen
Tubinga, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Tubingenses, ium; Tubingensis, e.

Tucson
Tucsonia, ae, f.
Haec urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus est sita.
Tucsonienses, ium; Tucsoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tucsonensis).

Tucumán
Tucumania, ae, f.
Est urbs Argentina.
Tucumanienses, ium; Tucumaniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tucumanensis).

Tucupita
Tucupita, ae, f.
Hoc oppidum finibus Venetiolae continetur.
Tucupitenses, ium; Tucupitensis, e.

Tula
Tula, ae, f.
Est urbs Mexicana. Eodem nomine urbs Russica appellatur.
Tulenses, ium; Tulensis, e.

Tulancingo
Tulancingum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Tulancingenses, ium; Tulancingensis, e.

Tulcán
Tulcania, ae, f.
Est urbs Aequatoriana.
Tulcanienses, ium; Tulcaniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tulcanensis).

Tulle
Tutela, ae, f. (cfr. C).
Est urbs Galliae.
Tutelenses, ium ; Tutelensis, e.

Tullins
Tullinum, i, n. (cfr. OL).
Est urbs Galliae.
Tullinenses, ium; Tullinensis, e.

Tulsa
Tulsa, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis posita.
Tulsenes, ium; Tulsensis, e.

Tunisi Tunis Túnez Tunis
Tunes, etis, m. In casu accusativo ponitur: Tunetem vel Tuneta; cfr. Liv. 30, 36; 9 et 16.
Quemadmodum apud eundem scriptorem videmus, haec urbs (Tynes, ut ipse Graeco fere modo exaravit) «abest a Carthagine quindecim milia ferme passuum, locus cum operibus tum suapte natura tutus et qui et ab Carthagine conspici et praebere ipse prospectum cum ad urbem tum ad circumfusum mare urbi possit» (30, 9). Re quidem vera veteres scriptores Romani, si excipias auctorem *Tabulae Peut.* (ubi ponitur *thuni*) et *Ravennatis An. Cosmographiam (Thinus* vel *Thunos)*, ipsum Graecum nomen Τύνης inducebant vel Latinis exscribebant litteris: Tynes.
Est tamen nomen non origine Graecum sed sermonis Berberorum, quos dicunt, proprium; ad quem plurima pertinent nomina locorum Africae Septentrionalis, quibus a T littera est initium (cfr. Pauly-Wissowa, *Realencyclopädie* s.v.).
Tunienses, ium; Tuniensis, e (cfr. Concil. Const. II [a. 553 p. Ch. n.]: «Sextilianus misericordia Dei episcopus ecclesiae catholicae Tuniensis». I. Harduin, *Acta Conc.* I, 1102); Est etiam alia forma: Tuneiensis, e (cfr. Conc. Carthag. anni 411: «Lucianus episcopus plebis Tuneiensis»; id. op. mem. III, 201-202).
Ex usu Curiae Romanae geminum usurpatur verbum adi.: Tunetanus, a, um; Tunetensis, e.

Tunisia Tunisie Tunisia Tunesien
Tunesia, ae, f.
Nomen huius Civitatis novatum est; est autem a Graeco fonte deductum, nam, ut Stephanus Byzantius docet, adiectivum ad Tunetem (v. *Tunisi*) pertinens, est Τυνήσιος vel Τυνησαῖος (cfr. *Ethnicorum quae super sunt*, Berolini 1869, p. 641;. Recentes quidam minus probabiliter ponunt: Tunetum vel Tunesium.
Tunesienses, ium; Tunesiensis, e.

Uberaba
Uberaba, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Uberabenses, ium; Uberabensis, e.

Uberlandia
Fertilia, ae, f. (cfr. AP).
Est urbs Brasiliensis.
Fertilienses, ium; Fertiliensis e.

Überlingen
Uberlinga, ae, f.; cfr. MI. Est venustum Germaniae oppidum.
Uberlingani, orum; Uberlinganus, a, um.

Ucraina
Ucraina, ae; Ucraini, orum; Ucrainus, a, um.

Udine
Utĭnum, i, n. (cfr. S; al.).
Utinenses, ium; Utinensis, e.

Ufente
Ufens, tis, m.
Scribitur etiam Ofens.
Ufentinus, a, um.

Uganda
Uganda, ae, f.
Haec regio, in montium dorso porrecta, Lacui Victoriae seu Victoriano a meridie et occidente conterminat.
Ugandenses, ium; Ugandensis, e.

Ugento
Uxentum, i, n.
Haec urbs, non procul a sinu Tarentino sita, memoratur in C.I.L. 9, p. 3; in Tab. Peut.; al.
Uxentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 11, 16 [105]); Uxentinus, a, um.

Ulma Ulm
Ulma, ae, f.; cfr. G.
Est urbs Germaniae.
Ulmenses, ium; Ulmensis, e.

Ulster
Ultonia, ae, f. vel Hultonia, ae, f.
Ultonienses, ium; Ultoniensis, e.

Ultimo Ulten
Ultĭma, ae, f. (cfr. OL). Est vallis regionis Athesinae Superioris seu Tirolis Meridianae.

Umahua
Umahŭa, ae, f.
Est oppidum Nigerianum.
Umahuenses, ium; Umahuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Umahuaënsis).

Tunja
Tunia, ae, f.
Est urbs Columbiana.
Tunienses, ium; Tuniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Tunquensis).

Turchia Turquie Turquía Turkey Türkei
Turcia, ae, f. Ab aliis proponitur Turcarum Res publica, sed in nonnullis lexicis Latinis brevius et commodius vocabulum Turciae scriptum invenimus (cfr. MG, C). Appellatur autem, ut liquet, a Turcis, qui ex Asiae mediterraneae regione, quam *Turkestan* (Turcistania) dicunt, in hanc partem, olim humano cultu Graecorum insignem, irruperunt.
Turcae, arum; Turcĭcus, a, um.

Turin
v. Torino.

Turingia Thuringe Turingia Thuringia Thüringen
Thuringia, ae, f.
Est regio Germaniae.
Thuringi, orum; Thuringus, a, um.

Turkmenistan
Turcmenistania, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis.
Turcmenistaniani, orum; Tucmenistanianus, a, um.

Turks and Caicos
Insulae Turquenses et Caicosiae, f.
Hae insulae, quae sunt ex Antillis, Britannis sunt subiectae.
Turquenses, ium; Turquensis, e; Caicosiani, orum; Caicosianus, a, um.

Turnhout
Turnholtum, i, n.
Est urbs Belgica.
Turnholtenses, ium; Turnholtensis, e.

Tursi
Tursium, ii, n.
Est oppidum Apuliae.
Tursienses, ium; Tursiensis, e.

Tutzing
Tutzinga, ae, f.
Est oppidum Bavaricum.
Tutzingenses, ium; Tutzingensis, e.

Tuy
Tude vel Tyde, es, f.
Est urbs Hispanica; cfr. Sil. It. 3, 367.
Tudenses, ium; Tidensis, e.

Toulouse
v. Tolosa.

Tyrus
v. Tiro.

Tyrol
v. Tirolo.

Uberaba
Uberaba, ae, f.
Est urbs Brasiliae.
Uberabenses, ium; Uberabensis, e.

Uberlandia
Fertilia, ae, f. (cfr. AP).
Est urbs Brasiliensis.
Fertilienses, ium; Fertiliensis e.

Überlingen
Uberlinga, ae, f.; cfr. MI. Est venustum Germaniae oppidum.
Uberlingani, orum; Uberlinganus, a, um.

Ucraina
Ucraina, ae; Ucraini, orum; Ucrainus, a, um.

Udine
Utĭnum, i, n. (cfr. S; al.).
Utinenses, ium; Utinensis, e.

Ufente
Ufens, tis, m.
Scribitur etiam Ofens.
Ufentinus, a, um.

Uganda
Uganda, ae, f.
Haec regio, in montium dorso porrecta, Lacui Victoriae seu Victoriano a meridie et occidente conterminat.
Ugandenses, ium; Ugandensis, e.

Ugento
Uxentum, i, n.
Haec urbs, non procul a sinu Tarentino sita, memoratur in C.I.L. 9, p. 3; in Tab. Peut.; al.
Uxentini, orum (Plin. *H.N.* 3, 11, 16 [105]); Uxentinus, a, um.

Ulma Ulm
Ulma, ae, f.; cfr. G.
Est urbs Germaniae.
Ulmenses, ium; Ulmensis, e.

Ulster
Ultonia, ae, f. vel Hultonia, ae, f.
Ultonienses, ium; Ultoniensis, e.

Ultimo Ulten
Ultĭma, ae, f. (cfr. OL). Est vallis regionis Athesinae Superioris seu Tirolis Meridianae.

Umahua
Umahŭa, ae, f.
Est oppidum Nigerianum.
Umahuenses, ium; Umahuensis, e (ex usu Curiae Romanae: Umahuaënsis).

(*) Uruguay: Uruguaia, ae, vel Uruguaya, ae, vel Uruguaria, ae (Bacci).

Uruguaiani, orum; Uruguaianus, a, um.

Umbria Ombrie Umbría Umbria Umbrien

Umbria, ae, f.
Umbri, orum; Umber, bra, brum, vel Umbriăcus, a, um (cfr. Plin. *H.N.* 35, 17, 57 [197]), vel Umbrius, a, um (Gell. 3, 2, 6).

Umtali

Umtalia, ae, f.
Est oppidum Rhodesiae.
Umtalienses, ium; Umtaliensis, e.

Umtata

Umtata, ae, f.
Umtatani, orum; Umtatanus, a, um. Est caput Transkeii.

Ungheria Hongrie Hungría Hungary Ungarn

Hungaria, ae, f.
Hungări, orum; Hungarĭcus, a, um.

Unna

Unna, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Unnenses, ium; Unnensis, e.

Unterwalden

Subsilvania, ae, f.
Hic Pagus Helvetiae ita Latine redditus est (cfr. C).

Upper Volta

v. Alto Volta.

Upsala

Upsăla, ae, f.
Est urbs Suetiae.
Upsalenses, ium; Upsalensis, e.

Ural (flumen)

Urălis, is, f.; est flumen Russiae, in mare Caspium se effundens.

Ural (montes)

Urăles, um, m.

Urbania

Urbania, ae, f.
Hoc oppidum ab Urbano VIII Pont. Max. e suo nomine anno 1624 sic est appellatum.
Urbanienses, ium; Urbaniensis, e.

Urbino

Urbinum, i, n.
De hoc oppido Italiae Tac. *Hist.*, 3, 62; al. commemorant.
Urbinates, um (Plin. *H.N.* 3, 14, 19 [114]); Urbinas, tis (est apud Cic. *Phil.* 12, 8, 19); ex usu Curiae Romanae: Urbinatensis.

Urbisaglia

Urbs Salvia, f. vel Urbisalvia, ae, f.
Est oppidum Italiae, de quo Plin. *H.N.* 3, 13, 18 (11), commemorat.
Urbisalvienses, ium; Urbisalviensis, e.

URSS (SSSR)

Foederatae Civitates Socialisticae Sovieticae, f.

(*)

Use

Abus, i, m.
Est fluvius Britanniae.

Usedom

Usedomia, ae, f.
Haec insula Germanica ad Mare Balticum est sita.
Usedomienses, ium; Usedomiensis, e.

Ustica

Ustica, ae, f.
Est insula, quae et Osteodes vocatur, maris Tyrrheni. Cfr. Plin. *H.N.* 3, 8, 4 (92); Mel. 2, 120.

Utah

Uta, ae, f. Haec Americae Sept. Civitas Foederata, quae in montium dorso porrigitur cuiusque nomen ab autochthonibus *Utes, Utahs, Yuta* appellatis repetitur (Egli, 961), a plurimis habitatur Mormonianis, quorum secta, anno 1825 a Iosepho Smith condita, e nomine «prophetae» Mormonis nuncupatur.
Utenses, ium; Utensis, e.

Utrecht

Traiectum, i, n.
Hoc nomen scriptum invenimus in Itin. Ant.; C.I.L. 13, 2.
Traiectenses, ium; Traiectensis, e.

Uzbekistan

Usbekistania, ae, f.
Est una e Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis.
Usbekistaniani, orum; Usbekistanianus, a, um.

V

Vabres

Vabrae, ae, vel Vabrincum, i.
Hoc oppidum Galliae olim fuit sedes episcopalis.
Vabrenses, ium; Vabrensis, e.

Vác Waizen

Vacium, ii, n.
Vacienses, ium; Vaciensis, e.

Vado

Vada Sabatia, n. plur.; est urbs Liguriae, locus impeditissimus ad iter faciendum (cfr. Cic. *Fam.* 15, 2); dicebatur etiam Sabata. De hac urbe commemoratur praeterquam apud Cic. *Fam.* 11, 10 et 13, apud Mel. 2, 72; in C.I.l. 5, p. 892; Itin. Ant. et Tab. Peut.
Vadenses, ium; Vadensis, e.

Vaduz

Vadutium, ii, n.
Est oppidum primarium Lichtensteni.
Vadutienses, ium; Vadutiensis, e.

Vaison

Vasio, onis, f .
Haec urbs Galliae memoratur a Mel. 2, 75; Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (37); in C.I.L. 12, p. 164. 824.862; in *Not. Gall.*
Vasionenses, ium; Vasionensis, e.

Valacchia Valachie Valaquia Wal(l)achia Walachei

Valachia, ae, f.
Valachiani, orum; Valachianus, a, um.

Valais

v. Vallese.

Val Cembra

Vallis Cimbriana, f.
Haec vallis in finibus provinciae Tridentinae sita est.

Val di Non Nonsberg Nonstal

Anaunia, ae, f. vel Vallis Anaunia, f.; cfr. Paulin. Nolan. in *Vita S. Ambros.*, 52; Maxim. Taurin. *Serm.* 81 et 82. Anauni fuerunt gens regionis Tridentinae, a Claudio imp. civitate Romana donata; cfr. *C.I.L.* 5, 5050; 22.
Anaunensis, e; Anaunenses, ium (S. Aug. *Ep.* 139, 2: Anaunenses Martyres).

Valdivia

Valdivia, ae, f.
Est oppidum Chiliae.
Valdivienses, ium; Valdiviensis, e.

Valence (in Gallia)

Valentia, ae, f.
De hac urbe Galliae commemoratur apud Plin. *H.N.* 3, 4, 5 (36); in C.I.L. 12, p. 207 et 827.
Valentini, orum; Valentinus, a, um.

Valenza (in Hispania) **Valencia**

Valentia, ae, f.
Est urbs Hispaniae, de qua Liv. *Epit.* 55; Mel. 2, 92; alii commemorant.
Valentini, orum; Valentinus, a, um.

Valenza (in Italia)

Forum Fulvii, n. vel Valentia, ae, f.
Hoc oppidum Italicum memoratur a Plin. *H.N.* 3, 5, 7 (49); in *Not. dign. occ.* 42; in C.I.L., 5, p. 840.
Forofulvienses, ium, vel Valentini, orum; Forofulviensis, e, vel Valentinus, a, um.

Valladolid

Vallisoletum, i, n.
Sic Latine appellari solet urbs Hispanica, quae olim caput fuit regni Legionensis.
Nomen a fonte Arabico repetitur ac quidem a *Blad - el - Ualid* cuius vis est: «urbs Ualid» (cfr. B).
Vallisoletani, orum; Vallisoletanus, a, um.

Valle d'Aosta Vallée d'Aoste Aostatal

Vallis Augustana, f.

Valledupar

Valledupara, ae, f.
Est urbs Columbiae.
Valleduparenses, ium; Valleduparensis, e.

Vallese Valais Wallis

Vallis Poenina, f. vel secundum recentiorem Latinitatem Vallesia, ae, f.
Vallenses, ium; Vallensis, e.

Valleyfield

Vallicampus, i, m. Ita Latine reddendum esse videtur nomen huius urbis Canadensis: *valley* (= vallis) — *field* (= campus), scilicet notio primaria inest in verbo *field*, ita ut per circumlocutionem appelletur: campus, qui est in valle.
Vallicampenses, ium; Vallicampensis, e (ex usu Curiae Romanae: Campivallensis).

Valparaiso

Vallis Paradisi, f.
Haec urbs, loci amoenitate insignis, finibus Chiliae continetur.

Vals

Vallum, i, n.; cfr. DG.
Vallares, ium; Vallaris, e.

Valsugana

Vallis Sugania, f.
(cfr. OL). Est vallis in Alpibus Tridentinis.

Valtellina

Vallis Tellina, f; cfr. DG.
Est Vallis alpina, quam Addua permeat.

Vancouver (insula)

Vancuveria, ae, f.
Appellatur e nomine Georgii Vancouver, navigatoris Britanni, qui anno 1792 eam insulam, ad oram occidentalem Canadae sitam, lustravit.

Vancouver (urbs)

Vancuverium, ii, n.
Ita appellatur urbs Canadensis; cfr. *Vancouver* (insula).
Vancuverienses, ium; Vancuveriensis, e.

Vanderburg

Vanderburgum, i, n.
Est regio Civitatis Indianae, unius e Foederatis Civ. Americae Sept.
Vanderburgenses, ium; Vanderburgensis, e.

Vannes

Dariorīgum, i, n.; scribitur etiam Dariorītum, sed prior exarandi ratio magis probatur (Graec. Δαριόριγον).
Fuit metropolis Venetorum in Gallia; memoratur in C.I.L. 13, 1, p. 489, et in *Not. dign. occ., 37.*
Dariorigenses, ium; Dariorigensis, e (ex usu Curiae Romanae: Venetensis).

Var

Varus, i, m.
Est nomen fluminis, quod, ex Alpibus maritimis oriens, prope Nicaeam in Mare Internum effunditur, quapropter ea urbs appellatur Nicaea ad Varum; cfr Plin. *H.N.* 3, 3, 4 (31); C.I.L. 5. p. 902, et 12, pp. 28.634; Mel. 2,72; Lucan. 1, 404; Tab. Peut; al.

Varallo

Varallum, i, n.
Est oppidum Italiae, sacrario, quod ibi exstat, insigne.
Varallenses, ium; Varallensis, e.

Varese

Barentium, ii, n.; ponitur etiam Varisium (cfr. *La diocesi di Milano*).
Est urbs, quaestuosa industria insignis, in finibus Langobardiae sita (circa nomen cfr. Bad.; L).
Baretienses, ium; Baretiensis, e.

Varna

Odessus, i, f.; scribitur etiam Odyssos vel Odyssus. De hac urbe, ad Pontum Euxinum sita, quae nunc Bulgariae finibus continetur, plures veteres sciptores commemorant (cfr. Ovid. Trist. 1, 10, 37; Ammian. 22, 8, 43; Tav. p. 371; Tab. Peut.; Plin. H.N. 4, 11, 18 [45]; al).
Odessitani, orum (cfr. C.I.L. 3, 762); Odessitanus, a, um.

Varsavia Varsovie Varsovia Warschau

Varsavia, ae, f.
Est caput Poloniae.
Varsavienses, ium; Varsaviensis, e.

Vasto

Histonium, ii, n.
De hoc oppido Italiae apud Mel. 2, 65; Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (106); in Itin. Ant. commemoratur.
Histonienses, ium (C.I.L. 10, 2827); Histoniensis, e.

Vaticano Vatican Vaticano Vatican Vatikan

Vaticanus, i; est collis seu mons Ianiculo conterminus, ubi olim multa fictilia fiebant; cfr. Iuven. 6, 343: «Et Vaticano fragiles de monte patellas» cfr. Plin. H.N. 16, 4076 (201). Fuit ibi etiam Circus.
Postquam Petri sepulcrum ibi exstructum eique templum egregium superpositum est, maius in dies momentum accepit; quo accedit quod Summi Pontifices sedem ibi constituerunt. Ab. anno 1929 est Civitas sui iuris: Civitas Vaticana.
Vaticani, orum; Vaticanus, a, um.

Vatikan

v. Vaticano.

Vaucluse

Vallis Clausa, f.
Est amoena Vallis in Provincia, Petrarchae memoria nobilis.

Vaud Waadt

Valdensis pagus, m. (cfr. C; DGAM; OL); est Pagus seu Civitas Helvetiae.

Veglia Krk

Curicta, ae, f.; de hac insula Maris Hadriatici Caesar *B.C.* 3, 10, 5, commemorat; ponitur etiam pluralis numerus: Curictae, arum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 139); Curictĭcus, a, um (Flor. 4, 2, 31: «litus Curicticum»); ex usu Curiae Romanae: Vegliensis.

Velehrad

Veleradium, ii, n.
Est oppidum in Moravia situm.
Veleradienses, ium; Veleradiensis, e.

Velino

Avens, entis, m.
Est fluvius in Sabinis, qui apud Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (109) et al. memoratur. Secundum Varronem ex eius nomine Aventinus mons dictus est (cfr. Serv. ad Verg. *Aen.* 7, 657).

Velletri

Velĭtrae, arum, f.
De hac urbe Latii plures veteres commemorant; cfr. Suet. *Aug.* 1, 6 et 94; Liv. 2, 30, 34.
Veliterni, orum; Veliternus, a, um.

Vellore

Vellorium, ii, n.
Est urbs Indica.
Vellorienses, ium; Velloriensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vellorensis).

Venafro

Venafrum, i, n. cfr. Martial. 13, 102: «Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri»; Cic. *Leg. Agr.* 2, 35; id. *Att.* 7, 13; Hor. *Carm.* 2, 6, 15; al.
Venafrani, orum; Venafranus, a, um vel Venafer, fra, frum, (cfr. Hor. *Carm.* 3, 5, 55; Varro *R.R.* 2, 6: «Venafrum oleum»; ex usu tamen Curiae Romanae: Venafrensis).

Vendôme

Vindocinum, i, n.
Vindocinenses, ium; Vindocinensis, e.

Veneto Vénétie Véneto Venezien

Venĕti, orum, m., vel Venetorum regio, f.

Venezia Venise Venecia Venedig

Venetiae, arum, f.

Venezia Giulia

Venetia Iulia, f.
Veneti Iulienses; Venetus, a, um, Iuliensis, e.

Venezuela

Venetiŏla, ae, f.
Hispani nomen *parvarum Venetiarum (Venezuela)* isti regioni Americae indidisse dicuntur, cum autochthonum pagos sublicios in stagnis Maracaraibicis (i. e ad Maracaraibum) exstructos viderent (cfr. B).
Venetiolani, orum; Venetiolanus, a, um.

Venlo

Venlŏa, ae, f.
Est urbs Nederlandica (cfr. DGAM).
Venloani, orum; Venloanus, a, um.

Venosa

Venusia, ae, f.
Hoc oppidum Apuliae eo inclaruit quod patria Horatii fuit; cfr. Cic. *Att.* 5, 5, 1; Liv. 22, 49; al.
Venusini, orum (Liv. 22, 54); Venusinus, a, um (cfr. Hor. *Sat.* 2, 1, 35: «Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus»).

Ventimiglia

Albintimilium, ii, n.; scribitur etiam seiunctim Albium Intimilium; cfr. de hac urbe Liguriae Varr. *R.R.* 3, 9, 17; Plin. *H.N.* 3, 5, 7, (48); Tab. Peut; C.I.L. 6, 2589, 3252, al. A Tacito *Hist.* 2, 13, municipium vocatur.
Albintimilienses, ium; Albintimiliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ventimiliensis).

Ventotene

Pandataria, ae, f.
In hanc insulam Iulia, Augusti filia, fuit relegata (cfr. Suet. *Tib.* 53; Tac. *Ann.* 1, 53 et 14; al.).

Verbania
Verbania, ae, f.
Hoc oppidum ad Lacum Verbanum situm est, unde nomen accepit.
Verbanienses, ium; Verbaniensis, e.

Verbano
v. Maggiore (lago).

Vercelli Verceil Vercelas
Vercellae, arum, f.
Est urbs antiquissima Italiae, de qua plures veteres scriptores commemorant.
Vercellenses, ium; Vercellensis, e; est etiam, sed raro, Vercellinus, a, um.

Verdun
Virodunum, i, n.
Est urbs Galliae.
Memoratur in Itin. Ant., *Not. dign. occ.* 42, 68; *Not. Gall.*
Virodunenses, ium; Virodunensis, e.

Vergini (Isole) **Iles Vierges Islas Vírgines Virgin Islands Jungferninseln**
Insulae Virginĕae, f. Hae insulae, quae partim Foederatis Civitatibus Americae Sept., partim Britanniae sunt subiectae, nomen acceperunt a S. Ursula eiusque sociabus virginibus, quarum festo die (21 octobris) anno 1493 sunt repertae.

Vermont
Mons Viridis, m. Haec Foederata Civitas Americae Sept. sic (i.e. Gallice) appellata est a colonis Gallis propter *Montes Virides* (Americani nunc *Green Mountains* vocitant), qui ibidem porriguntur.

Verneuil
Vernolium, ii, n.
Est oppidum Gallicum.
Vernolienses, ium; Vernoliensis, e.

Veroli
Verŭlae, arum, f.
Haec urbs, olim municipium Romanum, memoratur a Liv. 9, 42, sq.; Flor. 1, 11; in C.I.L. 5, p. 565; al.
Verulani, orum (cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 9); Verulanus, a, um. (cfr. Liv. 9, 42 et 43).

Verona
Verona, ae, f. Est urbs praeclara, ad Athesim fluvium, qui eam in duas dividit partes.
Videtur condita esse a Raetis et Euganeis, qui primi Veronense territorium occuparunt (cfr. Plin. *H.N.* 3, 23 130). Cfr. Ovid. *Amor.* 3, 15, 7: «Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo».
Fuit enim patria huius poetae (atque etiam Vitruvii, Aemilii Macri philosophi). Eam S. Zeno, alacer episcopus et scriptor Latinus elegans, illustravit.
Veronenses, ium; Veronensis, e.

Versaglia Versailles
Versaliae, arum, f.
In hac urbe lautissimae aedes regum Galliae exstant.
Versalienses, ium; Versaliensis, e.

Verulam
Verulamium, ii, n.
De hoc oppido Britanniae Tac. *Ann.* 14, 33, commemorat (item Ptol. 2, 3, 21: Οὐρολάνιον).
Verulamienses, ium; Verulamiensis, e.

Vescovío
Forum Novum, n. cfr. Plin. *H.N.* 3, 12, 17 (107). Nunc est sacrarium Sabinorum.
Foronovani, orum; Foronovanus, a, um.

Veszprém
Vesprimium, ii, n.
Haec urbs finibus Hungariae continetur.
Vesprimienses, ium; Vesprimiensis, e (e Curiae Romanae usu: Veszprimiensis).

Vevey
Viviscus, i, f.
Est urbs, olim in Nantuatibus, nunc in Helvetia, ad oram Lacus Lemani sita.
Viviscenses, ium; Viviscensis, e.

Vezère
Bicera, ae, f.; Est fluvius Galliae. cfr. Rav.

Viareggio
Viaregium, ii, n.
Est urbs Italica.
Viaregienses, ium; Viaregiensis, e.

Vibo Valentia
Vibo, onis, m.
Est urbs Bruttiorum, quae a Cic. *Att.* 16, 6, et a Liv. 35, 40, memoratur.
Vibonenses, ium; Vibonensis, e.

Vicarello
Aquae Apollinares, f.
Hae aquae corporibus sanandis aptae sitae sunt ad lacum Sabatinum; cfr. *Annali dell'Istituto di Archeologia*, 1859, p. 34 sqq.

Vicenza
Vicetia, ae, f.
Est urbs Venetiae inter Veronam et Patavium; cfr. Iustin. 20, 5; Tac. *Hist.* 3, 8, Scribendi ratio *Vicentia, ae,* est sequioris aetatis (Tab. Peut.).
Vicetini, orum (Cic. *Brut.* 11, 216; Plin. *H.N.* 3, 19, 23 [130]); Vicetinus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Vicentinus, a, um).

Vichy
Aquae Calĭdae, f.
De hac urbe Galliae, aquis medicatis celebri, memoratur in Tab. Peut.
Aquicaldenses, ium; Aquicaldensis, e.

Vico (lacus)
Lacus Ciminius vel Cimini Lacus, m. De eo plures veteres scriptores commemorant, veluti Colum. 8, 16, 2; Verg. *Aen.* 7, 697; Sil. It. 8, 491.

Victoria (in Australia)
Victoria, ae, f.
Sic appellatur una e Civitatibus Australiae.
Victoriani, orum; Victorianus, a, um (cognomentum Victorianus, i, occurrit apud Dessau I, 687).

Victoria (insula)
Victoria, ae, f.
Haec insula Canadensis in Mari Glaciali Artico est sita.

Vienna Vienne Viena Vienna Wien
Vindobona, ae, f.
Fuit origine urbs Celtica, quam Romani municipium fecerunt. Commemoratur antiquitus pluries: cfr. Itin. Ant.; Tab. Peut., Vict. Caes. 16; *Not. dign. occ.* 34, 25, 28; Iord. *Get.* 50; C.I.L. 3, pp. 564-2328. 195.
2, 328.195. Serius etiam Vienna Latine dicebatur, sed minus apte, siquidem distinguatur oportet a Vienna, Galliae urbe.
Vindobonenses, ium; Vindobonensis, e (ex usu Curiae Romanae ponitur etiam Viennensis).

Vienne
Vienna, ae, f.
Est antiqua urbs Galliae, ad Rhodanum sita; cfr. Caes. *B.G.* 7, 9, 3; Cic. *Ep.* 10, 9, 3; Tac. *Ann.* 11, 1.
Viennenses, ium; Viennensis, e.

Viet-nam
Vietnamia, ae, f.
Haec regio, cuius nomen ita interpretantur: *regio plagae meridianae* seu *regio meridiana* (cfr. *Encyclopaedia Britannica*, XXIII, p. 145), in duas fuit Civita-

tes divisa: in Vietnamiam Septentrionalem et Meridianam, sed iam in unum coaluit corpus.
Vietnamienses, ium; Vietnamiensis, e.

Vigan
Vigania, ae, f.
Est urbs Philippina.
Viganienses, ium, Viganiensis, e.

Vigevano
Viglebānum, i, n.
(cfr. Bad.; L.).
Est urbs Italiae.
Viglebanenses, ium; Viglebanensis, e.

Vignola
Vineŏla, ae, f.
Sic oppidulum in agro Mutinensi appellatur (cfr. A.A.S., 1950, p. 296).
Vineolani, orum; Vineolanus, a, um.

Vigo
Vicus Spacorum, m.
De hoc oppido Hispanico in Itin. Anton. commemoratur.
Vicenses, ium; Vicensis, e.

Vijayapuram
Viaiapuramum, i, n.
Est urbs Indica.
Viaiapuramenses, ium; Viaiapuramensis, e (ex usu Curiae Romanae: Viiayapuramensis).

Vila
Vila, ae, f.
Est oppidum princeps Novarum Ebudum.
Vilenses, ium; Vilensis, e.

Vila Cabral
Cabralopŏlis, is, f.; cfr. AP. Est oppidum Mozambici. Nunc dicitur Lichinga, ae, f.
Cabralopolitani, orum; Cabralopolitanus, a, um.

Vilkaviskis
Vilcaviscum, i, n.
Est urbs Lituaniae.
Vilcaviskenses, ium; Vilcaviscensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vilkavisvkensis).

Villaco Villach
Villacum, i, n.
Est oppidum Austriae; ab aliis ponitur: Villa ad Lacum, vel etiam Santicum.
Villacenses, ium; Villacensis, e.

Villarrica
Villa Dives, f.
Est urbs Chiliae.
Villadivitenses, ium; Villadivitensis, e.

Villavicencio
Vincentiopŏlis, is, f.
Est oppidum Columbianum.
Vicentiopolitani, orum; Vincentiopolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Villavicentiensis).

Villingen
Villinga, ae, f.; cfr. G.
Est oppidum Germaniae.
Villigenses, ium; Villigensis, e.

Villingen
Villinga, ae, f. cfr. MG.
Est oppidum Germaniae.
Villingenses, ium; Villigensis, e.

Vilna Wilna
Vilna, ae, f.
Vilnenses, ium; Vilnensis, e.

Viossa Vovussa
Aous, i, m.
Hic amnis, qui est in Iugoslavia, memoratur a Plinio *H.N.* 3, 23, 26 (145); Flor. 2, 7; Liv. 32, 5.

Vipiteno Sterzing
Vipitenum, ii, n.
Est vetus oppidum ad Isarcum fluvium, haud procul a monte Brennero positum, olim statio Romanorum. Commemoratur in Tab. Peut. et in Itin. Anton. (Vipitina).
Vipitenenses, ium; Vipitenensis, e.

Vistola Vistule Vistula Weichsel
Vistŭla, ae, f.
De hoc flumine commemoratur apud Plin. *H.N.* 4, 12, 25 (81); Mel. 3, 33; al.

Vitepsk
Vitepscum, i, n.; cfr. FB.
Vitepscenses, ium; Vitepscensis, e.

Viterbo
Viterbium, ii, n.
Est nomen (non Romanorum aetate factum) urbis Italicae.
Viterbienses, ium; Viterbiensis, e.

Vitoria (in Brasilia)
Victoria Brasiliae, f.
Victorienses, ium Brasiliae; Victoriensis, e, Brasiliae (ex usu Curiae Romanae: Victoriensis Spiritus Sancti).

Vitoria (in Hispania)
Victoria, ae, f.
Victorienses, ium; Victoriensis, e.

Vitry (-le- François)
Victoriăcum, i, n.; cfr. C.
Est oppidum Gallicum. Victoriacenses ium; Victoriacensis, e.
Eodem nomine Latino appellantur oppida, quae *Victory-en-Artois* et *Vitry-sur-Seine* nuncupantur.

Vittoria (Lago) **Victoria** (Lake)
Lacus Victorianus, m.
Hic lacus peramplus in media Africa est situs.

Vittorio Veneto
Victoria Venetorum, f.
Haec urbs, inter Plavim et Liquentiam amnes posita olim Ceneta, ae, (Italice *Ceneda*) vocabatur (cfr. V. Fort. *Vita S. Mart.* 4, 767; al.).

Viverone
Vivĕro, nis, m. (cfr. OL).
Est oppidum Italiae.
Viveronenses, ium; Viveronensis, e.

Viviers
Vivarium, ii, n.
Haec urbs Galliae haud multum abest a loco, ubi olim fuit Alba Helviorum, de qua apud Plin. *H.N.* 3, 4, 5, (36) et 14, 3, 4 (43) commemoratur.
Vivarienses, ium; Vivariensis, e.

Vladivostok Wladiwostok
Vladivostokium, ii, n. Haec urbs est in extrema parte orientali Sibiriae posita. Vladivostokienses, ium; Vladivostokiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vladivostokensis).

Vlissingen
Flissinga, ae, f.
cfr. S. Est oppidum Nederlandiae.
Flissingenses, ium; Flissingensis, e.

Vöcklabruck
Veclaepons, m.; cfr. DGAM: Veclaepontum. Est oppidum Austriae. Veclaepontani, orum; Veclaepontanus, a, um.

Voghera
Iria, ae, f.
Est urbs Italiae, ad dexteram Padi, cfr. Plin. *H.N.* 3, 5, 7, (49); Itin. Anton. et. Rav.
Iriates, ium (Liv. 31, 10), vel Irienses, ium (C.I.L. 2, p. 353); Iriensis, e.

Vojvodina
Voivodina, ae, f.
Est una e Civitatibus Foederatis Iugoslaviae.

Voivodienses, ium; Voivodiensis, e.

Volga

v. Wolga.

Volgograd

Volgogradum, i, n.
Volgogradenses, ium; Volgogradensis, e.

Volksrust

Quies Populi, f.
Est oppidum Africae Australis, quo Latine redditur nomen vulgare Africanorum sermone Nederlandico sibi proprio utentium (*volk* = populus; *rust* = quies).
Quietales Populares; Quietalis Popularis (quietalis est adi., ad quietem deam pertinens; — ex usu Curiae Romanae: Volkrustensis).

Volo

Pagăsa, ae, f. vel Pagăsae, arum.
De hac urbe Graeciae plures veteres scriptores commemorant; cfr. Plin. *H.N.* 4, 8, 15 (29); Val. Flacc. 5, 151; al.
Pagasaei, orum; Pagasaeus, a, um, vel Pagasĭcus, a, um.

Volo (sinus)

Sinus Pagasaeus, M., vel Sinus Pagasĭcus; cfr. Mel. 7, 330; Ptol. 3, 13, 17; al.

Volterra

Volaterrae, arum, f. Est urbs antiquissima Tusciae, quae olim una fuit e duodecim civitatibus foederatis Etruscorum. Memoratur a Liv., 10, 12; Cic. *Rosc. Am.*, 20; al.
Volaterrani, orum; Volaterranus, a, um.

Voltore

Vultur, ŭris, m.
Hic mons Apuliae ab Horatio, *Carm.* 9, 4, 9, et Lucano 9, 183, memoratur.

Vorarlberg

Voralberga, ae, f.
Sic haec regio Austriae ad aures Latinas est quodam modo accommodata (cfr. C).
Voralbergenses, ium; Voralbergensis, e.

Vorau

Voravia, ae, f.
Sic pagus Stiriae vocatur.
Voraviensis, e; Voraviensis, e.

Vosgi Vosges Vosgos Vosges Vogesen

Vosegus Mons, m.; scribitur etiam Vosagus et in codicibus sequioris aetatis Vogesus. Haec montium iuga inter valles Araris et Mosellae atque Rheni memorantur a Caes. *B.G.* 4, 10; Lucan. 1, 397; Plin. *H.N.* 16, 39, 76 (197); in Tab. Peut., a Venant. Fort.; in C.I.L. 13, 1, n. 4085, et 2, N. 9158

Vouvry

Vuvriăcum, i, n.
Est oppidum Helvetiae; Vuvriacenses, ium; Vuvriacensis, e.

Vucht

Feresne, n.; non inclinatur in casus.
De hoc oppido, in Nederlandia posito, commemoratur in Tab. Peut. Non est autem omnino certum num vetus statio Romana, in via Noviomago (*Nijmwegen*) Atuacam (*Tongres*) ducente, cum eo oppido reapse congruat.

Vulcano

Hiera, ae, f. vel Vulcani Insula, f.
Est una ex Aeoliis; cfr. Verg. *Aen.* 8, 422; Mel. 2, 120; Solin. 6; Esid. *Orig.* 19, 6, 37.

Waal Wahal
Vahălis, is, m.; interdum scribitur etiam Valis. Sic iam ab antiquis appellata est pars Rheni fluminis, qua ad occidentem vergit; cfr. Tac. *Ann.* 2, 6; Sidon. *Epist.* 8, 3, 3; Caes. *B.G.* 4, 10, 1: Vacalus.

Wagga-Wagga
Corvopŏlis, is, f.
Est urbs Australiae; cfr. AP.
Corvopolitani, orum; Corvopolitanus, a, um.

Waizen
v. Vácx.

Wake
Vakia, ae, f.
Est insula in Oceania sita.
Vakienses, ium; Vakiensis, e.

Walachia Walachei
v. Valacchia.

Waldshut
Silvicustodia, ae, f. (cfr. G, 386; *Vox Latina* 31, 1973, p. 82; e. a.).
Est oppidum Germanicum.
Silvicustodienses, ium; Silvicustodiensis, e.

Wales
v. Galles.

Wallersheim
Vallershemum, ii.
Est nomen monasterii piarum mulierum siti prope Confluentes in Rhenania; Vallershemenses, ium; Vallershemensis, e.

Wallis
v. Vallese.

Wallis e Futuna
Vallis et Futuna, f.; sunt insulae Oceaniae, Gallis subiectae.
Vallenses Futunenses; Vallensis, e, Futunensis, e.

Wambeek
Vambeca, ae, f. cfr. OL.
Est oppidum Belgicum.
Vambecenses, ium; Vambecensis, e.

Wankie
Vankia, ae, f.
Est oppidum Rhodesiae.
Vankienses, ium; Vankiensis, e.

Warangal
Varangalia, ae, f.
Est urbs Indica.
Varangalienses, ium; Varangaliensis, e (ex usu Curiae Romanae: Varangalensis).

Wardington
Vardintonia, ae, f.
Vardintonienses, ium; Vardintoniensis, e.

Warri
Varria, ae, f.
Est oppidum Nigeriae.
Varrienses, ium; Varriensis, e.

Warschau
v. Varsavia.

Washington (Foederata Civitas)
Vasintonia, ae, f.
Haec Civitas Foederata Americae Sept., distinguenda a cognomini urbe primaria totius Confoederationis, sita est ad Oceanum Pacificum, et Canadae a septentrionali parte conterminat.
Vasintoniani, orum; Vasintonianus, a, um.

Washington
Vasintonia, ae, f.
Est pernota urbs princeps Foederatarum Americae Sept. Civitatum.
Vasintonienses, ium; Vasintoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Washintonensis).

Waterford
Vaterfordium, ii, n.
Est oppidum Hibernium.
Vaterfordienses, ium; Vaterfordiensis, e.

Weare
Vedra, ae, f.
Est fluvius Britanniae; cfr. Ptol. 2, 3, 6.

Weggis
Guategissum, i, n.
Est oppidum Helvetiae.
Guategissenses, ium; Guategissensis, e.

Weibling
Viblinga, ae, f. (cfr. G: Wiblinga).
Viblingenses, ium; Viblingensis, e.

Weimar
Vimaria, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Vimarienses, ium; Vimariensis, e.

Weingarten
Viniana, ae, f.
Est oppidum Germaniae, ubi monasterium exstat; cfr. Ge.
Vinianenses, ium; Vinianensis, e.

Weissenfels
Leucopetra, ae, f. (cfr. Ge).
Est oppidum Germaniae.
Leucopetrenses, ium; Leucopetrensis, e.

Weisses Meer
v. Mare Bianco.

Weissrussland
v. Bielorussia.

Wellington
Vellintonia, ae, f.
Ita urbs princeps Novae Zelandiae; dicitur e nomine Arturi Wellington, praeclari militum ductoris (m. 1851).
Vellintonienses, ium; Vellintoniensis e (ex usu Curiae Romanae ponitur Vellingtonensis).

Wels
Ovilava, orum, n.
Sic appellatur oppidum, quod olim fuit in Norico, nunc urbs est Austriae Superioris; cfr. C.I.L. 3, 5630, 5606; Itin. Anton.; et Tab. Peut.
Ovilavenses, ium; Ovilavensis, e.

Werdau
Verdavia, ae, f.
Sic Germaniae urbs appellatur.
Verdavienses, ium; Verdaviensis, e.

Werden
Varthīna, ae, f.
Varthinenses, ium; Varthinensis, e.

Werra
Verra, ae, f.
Est fluvius Germaniae, qui Fuldae admixtus, Visurgim efficit.

Wertheim
Verthemum, i, n.
Est urbs in Badeniae finibus posita.
Verthemenses, ium; Verthemensis, e.

Weser
Visurgis, is, m.
De hoc flumine Germaniae Vellei. 3, 105; Mel. 3, 30; Plin. *H.N.* 4, 14, 28 (100); Tac. *Ann.* 2, 9; al. commemorant.

Wessobrunn
Vessofontanum monasterium (cfr. Martini Geberti *Iter Alemannicum*, St. Blasien, 1765); vel Vessofons, tis, m.

Westerwald
Silva Caesia, f.; cfr. OL.
Est silva Germaniae.

Westfalia Westphalie Westphalia Westfalen
Vestfalia, ae, f.
Vestfaliani, orum; Vestfalianus, a, um.

Westminster
Vestmonasterium, ii, n.
Vestmonasteriensis, e.

Westmorland
Vestmaria, ae, f. (cfr. FB).
Vestmarienses, ium; Vestmariensis, e.

West Virginia
Virginia Occidentalis, f.; v. Virginia.
Virginiani Occidentales; Virginianus Occidentalis.

Wettenhausen
Vettenhusa, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Vettenhusani, orum; Vettenhusanus, a, um.

Wettingen
Vettinga, ae, f.
Est oppidum Germaniae.
Vettingenses, ium; Vettingensis, e.

Wetzlar
Veslaria, ae, f.
Est urbs Germaniae.
Veslarienses, ium; Veslariensis, e.

Wewak
Vevakum, i, n.
Est oppidum in Papua Nova Guinea situm.
Vevakenses, ium; Vevakensis, e (ex usu Curiae Romanae: Ueuakensis).

Weyarn
Viara, ae, f. (OL: Viara).
Est vicus Bavariae.
Viarenses, ium; Viarensis, e.

Weymouth
Vimuthum, i, n.; cfr. L.
Vimuthenses, ium; Vimuthensis, e.

Wheeling
Vilinga, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Vilingenses, ium; Vilingensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vhelingensis).

White Sea
v. Mare Bianco.

Whyalla
Vialla, ae, f.
Est urbs Australiae.
Viallenses, ium; Viallensis, e.

Wiblingen
Viblinga, ae, f. Est oppidum Germaniae.
Viblingenses, ium; Vivlingensis, e.

Wiborg
Viburgum, i, n.
Est urbs Daniae.
Viburgenses, ium; Viburgensis, e.

Wichita
Vitzita, ae, f.
Est urbs in Foederatis Americae Sept. Civitatibus sita.
Vitzitenses, ium; Vitzitensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vichitensis).

Wien
v. Vienna.

Wiesbaden
Aquae Mattiăcae, f.
Est urbs Germaniae; cfr. Ammian. 29, 1.

Wight
Vectis, is, f; accusativus exit in-em; dicitur etiam Vecta, ae, f. Haec insula in Freto Britannico sita est.

Wilhelmshafen
Portus Villelmianus, m.
Est urbs Germaniae.

Wilhering
Hilaria, ae, f.
Est oppidum Austriae.
Hilariani, orum; Hilarianus, a, um.

Willemstad
Villelmostadium, ii, n. Est urbs princeps Antillarum Nederlandicarum.
Villelmostadienses, ium; Villelmostadiensis, e (ex usu Curiae Romanae: Gulielmopolitanus).

Williamsborough
Villelmoburgum, i, n.
Hoc nomine nonnullae urbes, seu oppida, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, appellantur.
Villelmoburgenses, ium; Villelmoburgensis, e.

Wilmington
Vilmintonia, ae, f.
Ita appellatur urbs, episcopi sedes, in Foederatis Civitatibus Am. Sept. sita.
Vilmintonienses, ium; Vilmintoniensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vilmingtoniensis).

Wilna
v. Vilna.

Wilten
Veldidena, ae, f.
Appellatur etiam Vetonina. Fuit castrum Romanorum, nunc vero est regio urbis Aenipontis.
Nomen occurrit in Itin. Ant.

Wiltshire
Viltesira, ae, f. (cfr. OL).
Est regio Britanniae.
Viltesirenses, ium; Viltesirensis, e.

Wimpfen
Vimpĭna, ae, f.; cfr. FB.
Est oppidum Germaniae.
Vimpinenses, ium; Vimpinensis, e.

Winchester
Vinovia, ae, f.; vel Venta, ae, f.
De hac urbe Britanniae commemoratur in Itin. Ant.; *Not. dign. occ.* 40, 21; apud Ptol. 2, 3, 16.
Vinovienses, ium; Vinoviensis, e.

Windesheim
Vindesemum, i, n.
Est vicus Nederlandicus, unde Congregatio canonicorum regularium sumpsit exordium.
Vindesemenses, ium; Vindesemensis, e.

Windhoek
Vindhukium, ii, n.
Est urbs primaria Africae australis - occidentalis seu Namibiae. Nomen conflatum est e verbis Nederlandicis *wind*, cuius vis est ventus, et *hoek* (effertur ut *huk*), quo angulus significatur.
Vindhukienses, ium; Vindhukiensis, e. (ex usu Curiae Romanae: Vindhoekensis).

Windsor
Vindesorium, ii, n. (cfr. L).
Hoc nomine oppidum, praesertim vero castrum Britannorum domus regiae, ibi exstans, appellatur.
Vindesorienses, ium; Vindesoriensis, e.

Windward Islands
Insulae Ventosae, f.
Hoc nomen (vulgare) inditum est a Britannis parvis Antillis, quae appellantur Granata, Insula Vincentiana, Insula S. Luciae, Granatilla (*Grenadine*).

Winnipeg (lacus)
Lacus Vinnipegus, i, m.
Hoc nomine lacus Canadensis vocatur. Ipsum nomen, autochthonum proprium, idem valet atque aqua limosa.

Winnipeg (urbs)
Vinnipega, ae, f.; cfr. AP.
Quoad nomen huius urbis Canadensis cfr. *Winnipeg* (lacus).
Vinnipegenses, ium; Vinnipegensis, e.

Winona
Vinona, ae, f. Est urbs in Minnesota sita, quae est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept.
Vinonenses, ium; Vinonensis, e (ex usu Curiae Romanae: Vinonaënsis).

Winterthur
Vitodurum, i, n.
De hac urbe Helvetiae, ad laevam Rheni inter lacum Venetum seu Brigantinum et Aruram (vulgo *Aare*) posita, commemoratur in Itin. Ant., et in C.I.L. 13, 2, p. 47.
Vitodurenses, ium; Vitodurensis, e.

Wisconsin
Visconsinia, ae, f.
Haec est una e Foederatis Civitatibus Americae Sept. Nomen derivatum est quidem ab autochthonum sermone, sed incerta eius interpretatio.
Visconsiani, orum; Visconsianus, a, um.

Wittenberg
Vitemberga, ae, f.; cfr. C.
Est urbs Germanica.
Vitembergenses, ium; Vitembergensis, e.

Wittlich
Viteliăcum, i, n. (cfr. OL: Vitelliăcum, Wittliăcum). Est urbs Germanica.
Viteliacenses, ium; Viteliacensis, e.

Wolfenbüttel
Guelferbytum, i, n.; cfr. G.
Est oppidum Germanicum.
Guelferbytani, orum; Guelferbytanus, a, um.

Wolfgangsee
Lacus Volfgangiensis, m.
Est amoenus lacus Austriacus.

Wonnangatta
Vonnangatta, ae, f.
Est urbs Australiae.
Vonnangattenses, ium; Vonnangattensis, e.

Wonnangatta (regio)
Vonangatta, ae, f.
Est regio Australiae.
Vonangattenses, ium; Vonangattensis, e.

Wounded Knee

Genu Saucium, n.
Est pagus autochthonum Americae Septentrionalis, qui Pelles Rubrae appellantur.

Worcester

Vigornia, ae, f.
Est urbs Britannica.
Vigornienses, ium; Vigorniensis, e.

Worms

Borbetomăgus, i, vel Borbitomăgus, m. De antiquo hoc nomine urbis Germanicae commemoratur apud Ammian. 15, 11; Ptol. (Βορβητόμαγος); in *Cod. Theod.* 13, 6, 3; Itin. Ant.; Tab. Peut. Seriore aetate nomen Vormatia, ae, f. invaluit.
Borbetomagenses, ium; Borbetomagensis, e; vel Vormatienses, ium; Vormatiensis, e.

Wörth

Verda, ae, f.; cfr. OL.
Plura oppida Germaniae (et Austriae) hoc nomine appellantur.
Verdenses, ium; Verdensis, e.

Worthington

Vortintonia, ae, f.
Est urbs Foederatarum Americae Sept. Civitatum.
Vortintonienses, ium; Vortintoniensis, e.

Württemberg

Virtemberga, ae, f. (cfr. OL: Wirtembergensis ducatus). Ab aliis ponitur Vurtemberga, ae, f.
Nomen huius regionis Gemanicae olim inditum fuit arci, prope Stutgardiam sitae, quae antiquis temporibus *Wirtinisberk, Wirdeneberch, Wirdenbercc* audiebat.
Virtembergenses, ium; Virtembergensis, e.

Würzburg

Herbipŏlis, is, f.
Est urbs Germanica, artis operibus insignis.
Herbipolitani, orum; Herbipolitanus, a, um (ex usu Curiae Romanae: Herbipolensis).

Xagua
Sinus Xaguanus, m.
Hic sinus est in insula Cuba.

Xala
Xala, ae, f.
Est oppidum Mexicanum.
Xalenses, ium; Xalensis, e.

Xalpatlahuac
Xalpatlahuacum, i, n.
Est oppidum Mexicanum.
Xalpatlahuacenses, ium.
Xalpatlahuacensis, e.

Xaltocan
Lacus Xaltocanus, m.
Est lacus Mexicanus.

Xanten
Ad Sanctos, n.
Haec est forma Latina, unde nomen urbis Germanicae Xanten est deductum.
Apud OL haec praeterea nomina occurrunt: Xanctum, i, n; Sanctum, i, n.; Santena, ae, f.; Xanctis urbs.
Nomen antiquum est Castra vetera vel Colonia Traiana.

Xavier
Xaverium, ii, n.; cfr. C.
Hoc nomine vicus Navarrus in Hispania appellatur.
Xaverienses, ium; Xaveriensis, e.

Xavier (San)
Insula Xaveriana, f.
Est insula Brasiliensis, appellata e nomine S. Francisci Xaverii, praeclari nuntii Evangelii inter ethnicos.

Xavier (San- oppidum)
Xaveriopŏlis, is, f.
Hoc nomine oppidum Brasiliense (et Argentinum) appellatur.
Xaveriopolitani, orum; Xaveriopolitanus, a, um.

Xenia
Xenia, ae, f.
Ita urbs, in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita, appellatur.
Xenienses, ium; Xeniensis, e.

Xequetepeque
Xequetepecus, i, m.
Est fluvius Peruviae.

Xingú

Xingu, n.; non inclinatur in casus.
Hoc nomine magnum Brasiliae flumen appellatur.

Xingutania

Xingutania, ae, f.
Hoc nomine territorium Brasiliense nuncupatur, appellatione ducta a flumine Xingu.
Xingutanienses, ium; Xingutaniensis, e.

Xochimilco

Xotzimilcum, i, n.
Est urbs Mexicana.
Xotzimilcenses, ium; Xotzimilcensis, e.

Xucar

Sucro, onis, m. Est fluvius Hispaniae, de quo Mela E, 92; Plin. *H.N.* 3, 20; al. commemorant.

Yakima
Iakima, ae, f.
Sic urbs, in finibus Foederatarum Americae Sept. Civitatum posita, nuncupatur.
Iakimenses, ium; Iakimensis, e (ex usu Curiae Romanae: Jakimensis).

Yale
Iala, ae, f.
Est urbs Canadensis.
Ialenses, ium; Ialensis, e.

Yalta Ialta
Ialta, ae, f.
Est urbs Russica.
Ialtenses, ium; Ialtensis, e.

Yanagava
Ianagava, ae, f.
Est urbs Iaponiensis.
Ianagavenses, ium; Ianagavensis, e.

Yangtze Kiang
Iantzekiangus, i, m.
Hic amnis maximus est fluminum Sinensium, et e maioribus Asiae et mundi. Hoc nomine (*Jang-tzé-kiang*, dicitur etiam *Ta-Kiang*) «flumen magnum» significatur. Effunditur in Mare Sinense, quod et Flavum appellatur.
Difficile quidem nomen tam peregrinum quasi Latinitate donatur. Servavi litteras *tz*, cum in lingua Latina perhibeantur hae litterae coniunctae (v. Prooemium).

Yankton
Ianctonia, ae, f.
Est urbs in Foederatis Civitatibus Americae Sept. sita.
Iactonienses, ium; Ianctoniensis, e.

Yaounde
Iaunde, is, f.
Est urbs caput Cammaruniae seu Camaruniae.
Iaundenses, ium; Iaundensis, e.

Yarmouth
Iarmuthum, i, n.; (cfr. OL Iarmutum; ubi est etiam: Gernemuta, Ernemithia, Garianonum, Gernemua, Jernemuta).
Est urbs Britannica.
Iarmuthenses, ium; Iarmuthensis, e.

Yarmouth (in Canada)
Iarmuthum Canadae, n.
Est urbs Canadensis.
Iarmuthenses, ium, Canadae; Iarmuthensis, e Canadae.

Yass
Iassum, i, n.
Est oppidum Australiae, Iassenses, ium; Iassensis, e.

Ybbs
Ipsa, ae, f.: cfr. OL.
Est urbs Austriaca; eodem nomine fluvius appellatur.
Ipsenses, ium; Ipsensis, e.

Yellow Sea
v. Giallo (Mare).

Yellowstone
Flava Petra, f.
Est oppidum in Foederatis Civitatibus Americae Sept. positum.
Flavopetrenses, ium; Flavopetrensis, e.

Yellowstone Park (National)
Horti Nationales Flavopetrenses, m.
Est regio amoenissima Foederatarum Civitatum Americae Sept.

Yellowstone River
Flumen Flava Petra; cfr. Yellowstone-Park.
Influit in Missurium.

Yemen
v. Jemen.

Yokohama
Iocohama, ae, f.
Est pernota urbs Iaponica.
Iocohamenses, ium; Iocohamensis, e (ex usu Curiae Romanae: Iokohamaënsis).

Yonne
Icaunum, i, n., vel Icauna, ae, f.
